




2
6
89











MATTHAEI VVESENBECII
Commentarius Iuris,
OECONOMIA iam olim dictus.

Ex accurata AVTHORIS *recognitione.*





BASILEAE
EX OFFICINA EPISCOPIANA,
Anno MDLXXIX.

INVICTISS. CAESARI D. MAXIMILIANO II. AVGVSTO Optimo Maximo. &c.



ITTO T. ad M. IMPERATOR *Oeconomiam Iurisprudentiæ, mediocri commentationis instrumento locupletatam: non tàm lautam illam quidem & elegantem, quàm in luculento ueterum, primæq; classis antecessorum mũdo, cultioribus illis seculis, coagmentata decenter ac collocata quondam apparuit: sed qualem in funesta, deq; cœlo tacta domo, ex malè receptis Triboniani rutis cæsis, construendi facultas, utcunq; pro nostro sanè captu fuit: cuiusq; tamen modi sit, promam, ut arbitror, condamq;, rerum mea quidem sententia bonarum, neque iuuentuti nostræ, nisi ualde fallor, inutilium. Cui siquidem regia* CAESAR *tua, quam ad omnem Reipub. procurationem, istiusmodi cum primis instructus egere constat: uel maior ille potius, meliorq; regnis animus uerè regius, qui mihi multorum est instar, aditum non difficilem, sedemq; accommodatam dabit: causa nimirum erit cur secundum hæc consectaria, deinceps in maioribus, quæ dudum ingressi sumus scribere, contendamus paulo uehementius: & mercem industriæ subtilioris aliquam, expromamus aliquando probiorem: quæ cùm T. M. inscriptione dignior, tum existimationi, si qua tamen est, nostræ fortassis honestior sit futura. Sin autem postremis istis temporibus atq; moribus, hoc totum sordet commentandi genus: adeoq; quomodo nunc fiunt iudicia, neq; culpæ reprehensionem, nec stulticiæ uituperationem, id agentes declinare possumus: concedatur tamen nobis, absoluere saltem inchoata iampridem, in eumq; propemodum adducta locum, ut parum consultò cœpisse magis pœniteat, quàm non detexere semel exorsa libeat. Itemq; uenia rationi detur nostræ, ad eum, quem res ferunt, modum ita constitutæ: ut quantumcunq; suppeditatur ocij, quod rarum est certè, concisumq;, liceat istic locare prius: & occupatis eiusmodi studijs, ab ingenti productoq; longinquitate, ac uarietate cumulato mœrore iacentem animum seuocare: quàm aut indulgendo doloribus, extremum lucis diem ante fati necessitatem accelerare: aut malè, nihilue, uel aliud etiam agendo, consumere*

uitam perditè, neq; sibi nec alteri profuturam. Cuius utiq; nostræ, sicut ærumnosum simul & laboriosum esse spacium sentio: sic breue, faciẽte Deo, diruptumq; futurum ominor. Quo danda magis est opera, tam in præcipiti cursus incitatione, ne quid uacui quandoq; temporis, sine fructu posteritatis elabatur. Addam & illud, nisi dictu iam nefas habetur, in tam lamentabili patriæ meorumq; uice, αἰσχρὸν σιωπᾶν: neq; uel Augustam T. M. fidem ac opem inclamare: uel aliquam cum ueræ ὁμολογίας, tum uerò συμπαθείας significationẽ propalàm dare. De quo nec scribere pro magnitudine commodè, neque conqueri perinde uelut dolet grauiter, nec uociferari quantum opus est liberè, neq; deplorare satis dolenter, intelligo nũc me posse. Sed ista sine quidem exceptione, propitio, cunctaq; prouidenti simul & dispensanti Deo, curæ prorsus erunt: T. uerò M. cui diuini partes officij profectò datæ sunt, prout æquius melius uidebitur, cunctorum spe pariter & expectatione bonorum decernenda tandem, summaq; cum tua gloria, tuorumq; salute, tranquillanda semel relinquuntur.

INSTITVTIONVM OECONOMIA.



IVS OMNE ROMANVM, quod in ſcholis unà profitemur, & in foro uerſamus, partim eſt Ciuile, partim Canonicum. Illud Iuſtinianum Auguſtũ, hoc Pontifices Romanos laudat authores. Iuſtinianus Imperator ius Romanorum ciuile, quatenus ad omnem poſteritatem, & quibuslibet in populis ac iuriſdictionibus, à ſumma quam præ ſe fert æquitate, magnam habiturum utilitatem uidebatur, in tres omnino libros digeſsit, Inſtitutiones, Pandectas, & Codicem: cuius Nouellæ conſtitutiones, quædam uelut pars & appendix ſunt [a]. Inſtitutiones, ut nomen ipſum eſt argumento [b], prima doctrinæ iuris elementa proponunt [c]: unde uelut in reliquis etiam diſciplinis, eruditionis primordia meritò capiuntur [d]. Hæ quadam artificiali diuiſione rectè diſtribuuntur tres in partes, tanquam organicas, ſecundum tria iuris obiecta, circa quæ ius omne ſeſe uertit [e]: quarum prima ius Perſonarum, ſecunda Rerum, tertia Actionum comprehendit [f]. Sed quia rerum cauſa duplex eſt, altera dominij [g], altera obligationis [h]: idcirco alia quadam partitione, quam inartificialem nominare poſſumus, in quatuor libros, uelut æqualia totius corporis membra, Inſtitutiones ſunt diſſectæ [i]. Horum primo, ſecundum iuris principia, quæ procœmij loco rectè præſternuntur, de iure perſonarum: ſequente, de dominijs rerum: tertio, de rerum obligationibus: quarto, de actionibus, ὡς ἔγγιστα tractatur. Author operis, Iuſtinianus. σύνεδροι Theophilus, Dorotheus, & in primis Tribonianus [k]. Impulſiua cauſa, ciuilis diſciplinæ, iuris, ac iudiciorum perturbatio, & hanc ſubſecuta emendationis neceſsitas [l]. Materia ex qua, ueterum Iuriſconſ. Inſtitutiones aliaq́;, Caij præcipuè, ſcripta [m]. Materia circa quam, iuris principia [n] & obiecta [o]: de quibus non omnia neque obſoleta & antiquata, ſed ut initio cuiuſcunq; artis fieri par eſt, prima præcipuáque, nec non maximè neceſſaria Iuriſprudẽtiæ capita, communesq́;

a l. 1. 2. C. de uet. iur. enucle. & in conſtitut. δίδωκεν.
b l. penult. in princ. locat. l. ſi cuius. 13. l. inde. 5. de uſufruc.
c §. antepen. in procœm. Inſt. d. conſtit. δίδωκεν.
d §. his igitur. Inſt. de iuſt. & iur. d. conſtitut. δίδωκεν.
e §. ult. Inſtit. de iur. natural. l. 1. 2. de ſtat. hom.
f d. §. ult. & de rer. diuiſ. de act. in princip.
g inf. de rer. diuiſ.
h inf. de oblig.
i in princip. Inſtit. de obligat. ex delict.
k in procœm. Inſt. & conſtit. δίδωκεν. c. reſponſa. 6. diſt. 2.
l l. 2. C. de uet. iure. conſtit. δίδωκεν. & procœm. Pandect.
m §. quas ex omnibus. in procœm. Inſtit.
n de iuſt. & iur. cum tit. ſequent.
o de iure perſona.

munesque quædam theses, regulæ, definitiones item universales, his in elementis proponuntur [a]. Forma compositionis θεματικὴ, ad principem maximè διδασκαλίαν accommodata: quod non de quadam exquisita methodo, sed populari tractationis ratione, nimirum argumento huic forensi potissimum apta, candidè scilicet accipiatur. Finis, ut discere uolentibus re ipsa sint, quod nomine profitentur, Institutiones, & συμμετρικὴ quædam ac conueniens primæ eruditionis Isagoge [b]. Effectus, quòd habeant uim legum, tam in foro quàm schola [c]. Adiacentia, ordo & breuitas [d]: item in discentibus, ingenium, & uehemens ad hoc studiũ affectus, eidemque respondens assiduitas & exercitatio [e]. Affinia, præter reliqua iuris utriusque uolumina, ius diuinum [f], omnis Iurisprudentiæ norma quædam ἀρχιτεκτονική: & cùm cæteræ liberales disciplinæ [g], tum in primis ethica ac dialectica: quarum illa Iurisprudentiæ parens est. ubi namque desinit Ethicus, incipit consultus [h]. hæc cùm huius, tum omnium scientiarum uelut ingeniosa dispẽsatrix & administra perhibetur. Contraria, uerbositas, ταυτολογία, res obsoletæ, singulares, obscuræ, minutæ, difficiles, & id genus alia [i], tyronum captui minus obuia, nec satis accommodata: quibus à uitijs utinam compositores nostri tam accuratè libellum hunc seiungere, purumque putum præstare studio habuissent, quàm id præclarè uoluit Iustinianus, & in proœmio huius epitomes recepit. Sed quandoq; bonus dormitat Homerus: neq; principũ consilijs & mandatis officia semper ad amussim respondent: nec in humanis denique quicquam omnibus est numeris absolutum. Proinde rem ad ipsam modò ueniamus.

a §. 2. de iust. et iur.
b const. Διδασκ.
c §. ult. in proœm. Instit. l. 2. §. sed et enim. 8. C. de uet. iur. enucle. §. cuius. constit. omnium. & const. Διδωκεν. in proœm. Pandect.
d §. 2. de iust. & iur. & in proœm.
e uide quæ dixi in princip. Inst.
f c. 1. 2. distin. 1.
g l. 1. in princ. de uar. et extraor. cog.
h Sic Ethic. Arist. sequuntur polit.
i in proœ. Instit. & §. 2. de iustit. & iur.

INSTITVTIONVM

LIBER I.



IVRIS studiosum in primis scire oportet quid sit ius, in quo uersatur [a]. Id ex causis, definitionibus & diuisionibus eiusdem, cognosci potest [b]. Scire quippe rem est per causas nosse [c]. Causa iuris nostri, scilicet Romani, de quo solo tractamus, est [d] Iusticia. 1. Ius, ars boni & æqui [e]: id est, ut sub nomine Iurisprudẽtiæ definitur (nec enim aliud ius est Rom. de quo tractamus) diuinarum atq; humanarũ re- 1. De iusticia & iure.

rum

a l. 2. §. Seruius. 22. de orig. iur. l. 1. in princip. de iust. & iur.
b l. scire. 17. de legib.
c Arist. 1. Poster. & 1. Phys. & 2. Metaph. Mopha de ratio. stud. lib. 2. cap. 4. d uide j. & ff. de iust. & iur. e l. 1. de iust. & iur.

rum noticia, iusti atq; iniusti sciētia [a]. Est aūt respectu finis, cuius præcipua meritò habetur ratio [b], uel Publicū, quod ad statum Reipub. Romanæ spectat: uel Priuatū, quod ad singulorum refertur utilitatem [c]. Illud ex opportunitatib. usuq; Imperij potissimùm Romani sumptū, ut fini nimirū suo congruat. In quo nulli fit iniuria, licet non omnia principijs hîc naturæ conueniant: cum hoc non priuatæ singulorū, sed publicæ res, q̄ nullius sunt in bonis, dispensentur. Priuatū uerò, quia priuatorū fortunas moderatur & distribuit, idcirco conueniens & opportunū, acceptumq; singulis, atq; ita perpetuū concordiæ uinculū ut sit, iustum & æquale cuiq; debet esse: quod aliter effici nequit, quàm si de principijs boni & æqui, natura notis ac immotis, arcessatur, & cum his maxima saltem parte congruat. Est itaq; du-

2. De iure natur. gēt. & ciuil.

ctum partim ex præceptis naturæ cōis 2, quæ quædā iuris principia in ea animæ facultate, qua irascimur & appetimus, cuiusq; animantes etiā reliquæ non sunt omnino expertes, innata habet: quod Naturale ius appellamus [d]: partim ex naturæ solius humanæ recta rõe, eiusdemq; rõcinatione & usurpatione: quod nostris ius est Gentium [e]: partim etiam ex institutis scitisq; ciuilibus, tam aliarum benè constitutarū Rerumpub. quàm ipsius pop. Ro. [f] cuius uni⁹ ius priuatum de illis, ad quos modo digitum intendimus, fontibus, deriuatū [g], libris nostris solum explicatur. Itaq; nō sunt hæ species à iure Rom. separatæ: sed huius genere complexuq; continentur oēs. Nec.n. ius nobis est naturale, quamlibet iuris speciem ex natura ducat, quod ciuitate Romana non sit donatū. ut, uerbi gratia, obligatio ad ἀντίδωρα, uindicta, bonorum cōio, ingrati actio, promiscua maris & fœminę uel plurium coniugatio, &c. neq; ius gentiū, seruitutes, potestas dñica, commerciorum iura, &c. nec ius ciuile Atticum, Spartanum, aut alterius populi: nisi quatenus unumquodq; horū in ll. XII. & commētarios nostrorum relatū est. Quę uerò inde sumpta, & ciuitate Romana, uel usu uel cōstitutione donata sunt, respectu causæ tantūmodo sic discernūtur, ut alia naturę, alia iuris gentiū, alia ciuilia perhibeātur: cū unū sint ius Ro. quo sensu ex antiqua aut noua Roma ius oē suum ortū trahere nō absurdè perhibetur [h]. Sic ēt, ut exēplis res fiat planior, eadē rõe prohibentur accusare [i], iudicare [k], postulare [l], testamentū condere [m], nubere [n]: alij natura, alij morib. alij legibus, alij sexu, ætate, conditione, &c. oēs enim hæ prohibitiones iuris Ro. sunt:

quamuis

a in prin. hoc t. l. iusticia. 10. ff. eo.
b c. dilectus. 26. ubi gloss. uerb. causa. de rescript. Bal. l. eam. 14. nu. 1. C. de fideic. Auth. ex causa. C. de lib. præt.
c l. 1. §. 1. de iust. & iur. §. ult. h. t.
d l. 1. in fi. ff. eo. in prin. h. t.
e §. 2. 3. 4. cum seq. h. t. l. 2. 4. 5. 9. pen. eo.
f l. 6. cū seq. eo. §. constat. 4. cum seq. h. t.
g l. 1. §. ult. cum ll. seq. l. oēs. 9. l. pen. de iust. & iur. §. 1. 2. 3. cum seq. h. tit.
h l. omnes. 6. C. de ferijs.
i l. hos accusare. 12. de accusat.
k l. cū prætor. 12. de iudi.
l l. de postulando cum simil.
m l. 5. & passim de testā.
n in princ. Inst. de nup. & ff. eo. passim.

quamuis ortũ & τὸ διότι ſuũ aliæ aliunde, quò etiá hactenus
referũtur, trahãt. A' forma porrò diuiditur hoc noſtrũ argu
mentũ in ius ſcriptũ & non ſcriptũ [a]. Aut .n. ſcripto cõſtat,
ut leges [b] pop. Ro. q̃ tabulis æreis incidebantur [c], plebiſci-
ta [d]: ſenatuſcõſulta [e]: principũ placita [f]: magiſtrat⁹ edicta [g]:
prudentum rñſa [h]: aut ſine ſcripto, ex morib. utentiũ inue-
teratis exiſtit: ut conſuetudo [i]. Materia latiſsimè patet &
extenditur: cùm ad perſonas quibus ius redditur, quarũq;
cauſa cõſtitutum hoc eſt [k]: tum ad res, de quibus redditur:
tum ad actiones, per quas redditur [l]. Perſonarum ius 3 cir- 3 De iure
ca ſtatum potiſsimùm uerſatur: hoc eſt, ſecundũ perſonalẽ perſonarũ.
capitis conditionem, in qua hominum quiſq; ſtat [m]: unde
& dictus ſtatus. Hæc enim prima & ſumma eſt de homine
iuris quæſtio [n]: nam ſexus naturæ, non iuris eſt. Caput ſta-
tus partim eſt publicum ſeu humanũ, ex iure gentium: par
tim ciuile, ex iure ciuitatis: partim domeſticum familiare
ſeu gentilitium, ex iure familiæ: quæ tria ſtatus capita, ut
inquit Alphenus [o], à genere, à ciuitate, à rerum (ſcilicet hu
manarum) cõi natura tribuuntur: & maxima, media, mini-
ma capitis diminutione tolluntur [p]: aut certè mutantur &
minuuntur: ut in minima minutione olim, durantibus ado
ptionũ atq; emancipationũ ſolennibus [q], uſuuenire conſue
uit. Quod ad ſtatum attinet publicum iuris gentiũ (natura
enim cõmuni omnes eâdem conditione naſcuntur [r]) aut
liberi ſunt homines, aut ſerui. Illi in naturali degunt facul-
tate faciendi quod libet, niſi quid ui aut iure prohibeatur [s]:
hi in bellis capti ſeruatiq; [t] (unde nomen & origo eſt) con
tra naturam dominio ſubijciuntur alieno [u]: quorum quidẽ
una eſt conditio [x], nempe libertatis priuatio: in qua eandẽ
omnes ſeruitutẽ ſeruiunt. Quippe Vaſalli, Mercenarij, & ſi-
miles liberi noſtræ ætatis homines, ſerui non ſunt, etſi ſer-
uitia debeant non magis quàm liberti, qui operas [y]: ſecun-
dum quid tamen, hoc eſt, miniſteria [z], non ſimpliciter, neq;
quo

a §. conſtat. h. t.
b §. lex. h. tit.
c l. 2. C. de frumen. ſeu canon. urb. Conſtan. lib. 11. c. lex eſt. c. conſtitutio. diſt. 1. l. humanũ. 8. uerb. dictari. C. de legib. l. 2. §. 1. uerb. in tabulis perſcriptas. de orig. iur.
d §. plebiſcit. hoc tit.
e §. ſenatuſcon. hoc tit.
f §. ſed & quod. princ. hoc tit.
g §. prætorum. hoc tit.
h §. reſponſa. hoc tit. l. 6. eod.
i §. ex non ſcripto. 10. h. tit. l. de quibus. 31. de legib.
k l. 2. de ſta. hom.
l §. ultim. hoc tit. l. 1. de ſtat. homin.
m l. de ſtatu. 15. de teſtament. tot. tit. de ſtat. lib. & C. ne de ſtat. defunct. l. 3. de capit. diminutio. l. Caius. 12. de iur. patronatus.
n l. 3. de ſtat. hom.
o l. 3. de interd. & relegat.
p uide j. & ff. de cap. diminut.
q l. ult. C. de emanc. Vlpia. tit. 10. ubi Cuiac. uide quæ dixi Inſtit. de cap. dimi. §. 1. num. 6.
r l. quod attinet. 32. de reg. iur. l. hos accuſare. 12. §. pen. de accuſat.
s l. 4. de ſtat. hom. in prin. h. t.
t Cic. pro L. Flacco ſic de gente Iudaica loquitur, quòd fuerit uicta, capta, ſeruata.
u l. 5. de ſtat. hom. l. 4. de iuſt. & iur. t. hoc tit.
x l. 5. de ſtat. hom.
y tot. tit. de oper. lib.
z l. 4. de uſu & habitat. uide Bal. §. ult. de pace Conſt. Theop. in §. 1. Inſtit. eod. l. 1. §. familiæ. de ui arma. & Inſtit. per quas perſon. nob. acq. in fin.

quo ad ſtatum, ſeruis cōparantur[a]. Liberorum quidā ingenui ſunt, quidam libertini. Illi naſcuntur, hi fiunt. Nam ingenuus 4 eſt, qui ſtatim ut natus eſt, liber eſt[b]: cuiuſmodi habetur, qui ex matre libera naſcitur[c]. Etenim huic libertatem ſemper agnaſci neceſſarium eſt, ſiue ex iuſtis nuptijs procreetur: quia tunc iure ciuili particeps eſt conditionis & ingenuitatis paternæ[d]: quem patrem, ut conſtet matrimonium, liberū & ciuem Romanū eſſe neceſſum eſt[e]. ſeu extra nuptias generetur: quod tum lege naturæ (ad quam hîc itur, quia ciuili non agnoſcitur) cū generatorē iure ciuitatis iuſtū, cuius familiæ inſeratur, non habeat, conditionē uentris, hoc eſt matris ſequatur[f]. Ingenui perhibentur omnes in orbe Romano uiuentes, Antonini Baſsiani, aut ſaltem Seueri (quem & Alexandrū uocant) conſtitutione, ciues Romani effecti[g]: cùm alia ciuium Romanorū, alia Latinorū, alia peregrinorū antea fuiſſet cōditio[h]. Quod diſcrimen pòſt in bonis manſit, etiā ingenuorū[i], quemadmodū & in perſonis libertinorum[k]: quorum multitudine ciuitatem, præter morem maiorum, decusq; Reipub. compleri, ueteres noluerunt[l]. Sed hoc quoq; Iuſtinianus ſuſtulit[m]. Libertinos 5 fieri diximus. Sunt enim quos ex iuſta ſeruitute domini manumittunt[n] (qui ſcilicet non ex aliqua cauſa, uelut in fraudem creditorum[o], aut ob minorē ætatem[p], lege Ælia Sentia manumittere prohibeantur 6:) aut inter uiuos, aut in ultima uoluntate 7: cuius libertatem ueteri lege Fuſia Caninia nonnihil hac in parte conſtrictam[q], Iuſtinianus ea antiquata planè uoluit eſſe ſolutam: omnesque, quod magis eſt, etiam libertinos, Latina & dedititia libertate ſublata, poſt adeptam mox libertatem, ciues effici Romanos[r]: cum antea ſolennius tantùm manumiſsi ciuitatē adipiſcerentur, reliqui priuatè mancipio nexuq; ſoluti, Latinorum duntaxat ſtatum adſciſcerēt, aut extrema dedititiorum conditione relinquerentur[s]. Quod quidem Iuſtiniani beneficium perinde credo tunc gratum fuiſſe pluri-

b mis,

4. De ingenuis.

5. De libertinis.

6. Quibus ex cauſ. manu. nō poſ.

7. De lege Fuſia (uel, ut uet. habent, Suffia) tollenda.

a uide diſtinctionem ſeruitutis ſecundum Stoicos, apud Laert. & Cuiac. de feud. in prin.
b in prin. h. t.
c l. 2. §. 1. de ſtat. hom.
d l. cum legitimæ. 19. cum l. ſeq. de ſtat. hom.
e in princ. Inſt. de nupt.
f l. lex naturæ. 24. de ſtat. hom. l. eius. 9. ad municipa.
g l. in orbe. 17. de ſtat. hom. No. 78. ut de cæterò liberti. §. ult.
h Cic. pro Cor. Balb. l. uni. C. de Lat. li. Theophil. j. tit. 1. de liber. l. 1. ad munic. d. Nouell. 78. §. ult.
i j. de uſuc. l. 1. 2. de cenſib.
k j. tit. 1. & C. de Lat. & ded. lib. toll.
l Dionyſ. Halicar. lib. 4. fac. l. 2. C. de indic. uid. l. ſuper. 9. C. de quæſtionib.
m §. ult. uerb. Edictum diui Traiani deleri cenſuimus (unde præſupponitur, eouſq; duraſſe.) Inſtitut. de ſucceß. liber. Nouell. 78. § ult. ut decæterò liberti. ubi gloriatur, ad exemplum Antonini hoc ſe omnibus indulgere.
n l. 5. de ſtat. hom. uide Auguſt. lib. 1. de excuſat. tut.
o §. 1. hoc titul.
p §. eadem. hoc titul.
q Vide Theophil. hîc, & noſtras annotationes.
r hoc titul. & C. de Lat. lib. & de dedit. lib. toll.
s uide Theophil. hic, & Caium in Inſtit. Vlp. in fragmen. Paulum in lib. ſententent. §. ultim. Inſtitut. de ſucceſſ. liber.

mis, atque nunc acciperetur, si tollatur una lege discrimen nobilitatis (nam & hæc putatur ad statũ hodie uelut quædam ingenuitas pertinere [a]) omnibus liberis, eandem gentilitatis notam usurpare iussis: præterquam quòd tum necessitas temporum, rerumque uastitas, tot barbaris nationibus in Imperium Roman. infusis, illud fecit excusatius [b], & numerum ciuium Reipubl. orbatæ quouis impleri redǳique pacto permisit [c]. Primum igitur caput status est iuris naturalis [d]: quod maxima capitis minutione, uidelicet seruitute inducta tollitur [e], ex iure gentium, uel etiam lege ciuili, per seruitutem pœnæ [f]. Alterum caput status est ciuile, quo quilibet Roman. Imperio subiectus simulatque liber factus est, in iure Romanæ ciuitatis, uelut ciuis numeratur & consistit: omniumque munerum ac priuilegiorum huius fit particeps: quodque media capitis minutione, quæ peregrinos ex ciuibus facit, & salua libertate ius ciuitatis aufert, amittitur [g]. Tertium status caput priuatum est & familiare: ex quo uel suæ quisq; familiæ, iurisque, uel alterius censetur. 8. Alieni iuris habentur, tam serui, qui dominica sunt in potestate, ex iure gentium ducta [h], legibus uerò Romanis temperata [i] quàm liberi, qui patria 9 potestate ciuili, & Roman. ciuium propria [k], continentur: siue sint ex iustis concepti nuptijs 10, hoc est matrimonio, quod est indiuidua [l] unius [m] uiri & mulieris, ciuium Romanorum puberum [n] coniunctio, & societas secundum præcepta legum [o] contracta [p]: siue per actum adoptionis 11 uel arrogationis legitimum [q], quo natura qui non sunt, lege filijfamiliâs efficiuntur [r], in familiam alienam cooptati: filij quidem familiâs, per adoptionem: qui uerò sui sunt iuris, per arrogationem [s]: donec eiusmodi scilicet potestas certo modo fuerit dissoluta: tam naturali, puta morte [t]: quàm ciuili, uelut morte ciuili [u], captiuitate [x], emancipatione [y], noua adoptione [z], dignitate [a], delicto

8. De ijs qui sunt sui uel al. iur.

9. De patria potestate.

10. De nuptijs.

11. De adoptionib.

a *ut quidẽ contra §. 3. Institut. quibus mod. ius patr. potest. l. 3. l. 6. de senator. uult non obscure Tiraq. de nob. cap. 14. numer. 5. in fine. & apertius Ias. §. præiudiciales num. 20. Inst. de actionib.*
b *l. eos. 12. in fi. de decurionibus.*
c *fac. l. ulti. C. de bon. lib. l. 2. in fin. Cod. de indic. uid. toll.*
d *l. 4. de iustic. & iur.*
e *d. l. 4. l. 3. & tot. ti. de cap. diminution. §. 1. 2. ȷ. eod.*
f *l. 2. l. quod ad statum. 11. de pœn. in princip. uerb. atrocitate sententiæ. infrà de cap. diminution.*
g *uide inf. & ff. de capit. minut. l. 1. & ibi Dd. C. de hær. instit.*
h *l. 4. de iust. & iur.*
i *l. 2. ff. eod.*
k *§. 1. hoc titul.*
l *in princip. de pat. potestat.*
m *§. affinitatis. cum sequent. hoc titul. de nupt. l. eum qui duas. 18. Cod. de adult.*
n *in princip. hoc titul.*
o *in princ. hoc tit.*
p *in prin. supra tit. 1.*
q *l. actus. 77. de regul. iur.*
r *Gell. lib. 5. cap. 19.*
s *l. 2. & passim de adopt.*
t *§. 1. hoc titul.*
u *§. 2. hoc titul.*
x *§. si ab hostib. 4. hoc tit.*
y *l. ulti. C. de emancip. supra. quibus ex caus. §. præterea. 5. hoc tit.*
z *§. sed etsi 7. hoc tit. l. penult. C. de adopt.*
a *§. filiusfa. 3. hoc tit. Nou. 81. Nouell. 123. l. ult. C. de decurionib. lib. 10.*

12. Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

cto[a] 12. Qui sui iuris & familiæ sint, ex his quos alieni iuris esse diximus, intelligi potest. Quicunque enim in potestate non sunt aliena, hos suæ potestatis esse sequens est[b]. Hi porrò uel arbitrio, ut uelint, uiuendi, suo relinquuntur: uelut adulti, mentis compotes, rebusque gerendis idonei suis[c]: aut tutela curationéue reguntur aliena: ut pupilli, minores, & qui his comparantur prodigi, furiosi, &c.[d] Tutela uis est ac potestas in capite (pupilli scilicet[e]) libero, ad tuendum eum qui propter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa: data quidem propinquis: permissa parentibus, ut de hac suis prospiciant iure publico testamenti[f]: magistratibus, ut communi potestate iurisdictionis dent[g].

13. De tutelis.

In tutela 13 sunt pupilli, hoc est, impuberes, qui in patris potestate esse desierunt[h]: nec enim alieni iuris impuberibus tutela opus est[i]. Ea uerò, respectu causæ potissimùm efficientis, triplex existimatur. Prima testamentaria, paterno testamento[k] impuberibus liberis[l], qui quidem in potestate sint, relicta 14: ex lege nimirum XII. quæ lex, uti quisque legassit super pecunia tuteláue rei suæ, ita ius esse uoluit[m]. Vt autem legata codicillis etiam testamento non confirmatis hodie relinquuntur, sic & tutela[n]. Emancipati non sunt in re sacrísque patrijs, nec iure suorum. His igitur neutiquam rectè datur tutor testamento[o], ut nec à matre[p] (quæ in potestate non habet[q]) nisi filio instituto[r], quasi tunc in rem potius quàm personam eius dari uideatur[s]: aliter datus confirmatur, datus à matre quidem ex inquisitione[t]: à patre omnimodo, id est, sine inquisitione[u]. Altera tutela, quæ illius in defectum[x] succedit est legitima agnatorum. 15 hodie etiam cognatorum[y] qui capite minuti non sunt 16: nec maxima[z] diminutione, quæ caput & libertati & ciuitati eximit[a]: neque media, quæ ciuitatem tantùm

14. De ijs qui testamento tutores dare possunt.

15. De legitima agnatorum tutela.

16. De capitis diminutione.

 aufert

a l. ultim. Cod. de spectacul. libr. 11. l. si leones. 13. C. de Episc. audien.

b l. 2. de his qui sunt sui uel alieni iur.

c l. 2. de stat. hom. l. 2. de ijs qui sunt sui iur. l. in re. Cod. mandati.

d l. 1. & tot. tit. de curat. fur. § 1. 2. hoc titul.

e l. 4. de testamentar. tutela.

f l. 3. de testamentis. Vide quæ dixi Instit. de tutel. & ff. eodem.

g ut in simili, in l. leg. 130. de uerborum significatione.

h l. pupillus. 139. de uerbor. significatio. i in princip. Institut. de tutel. l. 1. eod. k §. 2. de tutelis. l l. 1. de testamentar. tutel. l. 2. de uulgar. m l. uerbis. 120. de uerbor. significatione. Vlpian. titu. 11. n l. 3. de testamentar. tutel. o §. ultim. hoc titul. p l. 1. Cod. de confirma. tuto. l. peto. §. mater. de legat. 2. q §. ultim. suprà de adoption. r l. 4. Cod. de testamentar. tutel. s l. 4. ff. de testamentar. tutel. t l. 1. Cod. de confirma. tuto. u §. ultim. hoc titul. l. 2. 3. 4. Cod. de confirma. tuto. ubi gloss. & Dd. x §. 1. & 2. Institut. de legitim. agnat. tutel. l. si quis. 1. de testamentar. tutel. y §. ex his. in Authentic. de hæred. ab intestat. Nouell. 118. z §. 1. hoc titul. a l. quidam. 17. de pœn. d. §. 1.

auferta[a]: nec interdum minima[b], quæ illis saluis familiam duntaxat mutat[c]. Item patronorum tutela 17, non propalàm, sed per consequentias hæreditatum ipsis data in caput libertorum, quibus ab intestato succederent[d], agnatorum instar[e]: ut ad quos emolumentum & spes successionis, ad eosdem onus tutelæ pertineret[f]. Et parentum tutela 18, exemplo patronorum in caput emancipatorum liberorum cōstituta[g]: quamuis potius fiduciaria sit, quàm legitima[h]: qualis est & mortuo patre fratrum (quæ fratria seu fraterna dici potest) fiduciaria 19, à fiducia emancipationis[i] dicta: à qua ut illa distingueretur, cœpit uocari legitima. Tertia species est, huius utriusque uice deficientis, honoraria seu datiua 20: à magistratu data, qui secundum DEVM & parentes communis esse pater debet[k], uelut & Princeps[l]. Porrò tutelæ finis est, ut authoritate tutorum 21, impubes ætas tantisper defendatur & regatur[m], nec quicquam, quo deteriorem conditionem suam faciat, sine tutoris interuentu gerere possit[n]: donec tutela finiatur 22 pubertate pupilli aut morte[o], dignitate[p], statusúe mutatione[q], tam ipsius quàm tutorum, sed diuersimodè. Nam casus in pupilli caput incidens, tutelam prorsus extinguit: accidens uerò tutori, finit quidem tutelam in ipsius persona, non uerò in capite pupilli: cui alius semper tutor dandus est, donec pubescat[r]. Tutelæ hunc ad modum pubertate finitæ, succedit cura seu curatio 23. etiam more Saxonico, quo in curam licet non nomine, tamen re iuréque tutela transit[s]. Hæc cura similiter est aut legitima, aut datiua. Testamento namque curator non datur[t]: quia pubes ius testamenti habet[u], & in suam tutelam uenit[x]: ut aliam illi curam circundare, & ius suæ tutelæ factionisque testamenti publicum[y] auferre pater non possit[z]. Datus tamen testamento à prætore confirmatur[a]: maximè si non minori, sed ei qui in legi-

17. De legitima patronorum tutela.

18. De legitima parentum tutela.

19. De fiduciaria tutela.

20. De Attiliano tutore, &c.

21. De authoritate tutorum.

22. Quib. modis tutela finiatur.

23. De curatoribus.

a §. 2. hoc titul. d. l. quidam.
b l. quo tutela. 7. de cap. diminut.
c l. 3. de capit. diminut.
d l. 3. de legit. tutel.
e inf. de success. liber.
f §. 1. hoc titul.
g l. 3. §. ultim. de legit. tute. §. 1. hoc titul.
h Vlp. titu. 11. Caius Institu. lib. 1. cap. 6. l. 1. si à patr. l. si ad patrem. 10. de suis & legit. §. ultim. infrà de legitim. agna. tutel.
i Vide quæ dixi Instit. hoc tit.
k l. 4. C. de defens. ciuita.
l Nouell. 98. in fin. & l. si quis. 34. C. de inofficios. testamento.
m §. penultim. infrà de Attilian. tutore. l. quòd si. 14. de solut. l. 4. rem pupill. saluam fore.
n §. 1. hoc titul. l. 8. paßim, eod.
o §. 1. 2. & tot. hoc titul. & Cod. tot. titul. quando tut. uel curat. esse des.
p cap. 5. 6. Nouell. 123.
q § sed & capitis. hoc titul.
r §. 2. suprà de Attiliano tutore. l. 4. Cod. in quibus caus. tuto. hab.
s uide Mause suprà de nupt. §. 1. mihi fol. 64.
t l. curatorem. 6. Cod. de negot. gest.
u l. 5 de test.
x §. 1. infrà de pupill. substitut.
y l. 3. de testament.
z l. 2. de uulg. & pup.
a in princip. hoc titul. de curatoribus.

in legitima eſt curatione, puta prodigo, furioſo, detur[a]. Nam ubicunque datur curator à lege, poteſt etiam, ut noſtri quidem uolunt, ſaltem ut confirmetur, dari teſtamento[b]: cum lex & teſtamentum, teſtator & legislator, à pari procedant[c]. In datiua itaque, hoc eſt, à magiſtratu data curatione, habentur minores 25. annis, ex quo pubeſres facti ſunt[d]: nempe mares à decimoquarto, fœminæ à 12. ætatis anno completo[e]: utrique ſine diſcrimine ſexus, ad uirilem & ſtatam uſq; ætatem, ſeu 25. annum exactum[f]: quia licet puberes corpore fiant[g], ideoq; factionẽ habeant teſtamenti[h], ac poteſtatem ſuo more uiuendi[i] & nubendi[k]: ea tamen infirmitate comperiuntur animi & conſilij, ut bona commodè ſua diſpenſare non poſsint[l]. Quam etiam ob cauſam uſurpatum eſt, ut nõ quemadmodum pubertatis, ſic adultæ etiam ætatis tempus diſparitate ſexus uariet[m]. Nam quamlibet fœminæ maturius pubeſcãt corpore: tamen nec ingenio, neque animi uigore, & conſilio, citius maribus adoleſcũt. Quapropter uterq; iuxta ſexus, ad 25. uſque uitæ annum, pariter pro minore cenſetur, & datiua regitur curatione. Legitimæ uerò agnatorum curæ, quã lex XII. induxit[n], relinquũtur furioſi, prodigi, fatui, omneſq; qui maioris quidem ætatis ſunt, ſed ea animi uel corporis conſtitutione atque inualetudine, ut ſuis ſuperesse rebus haud ſatis utiliter cõmodeq; poſsint[o]. Quã quam & his ſolent modò Romæ præfectus urbis aut prætores, in prouincijs præſides ex inquiſitione curatores dare[p]: quo caſu datiui atque honorarij ſunt, unaq; tantùm, nempe datiuæ curæ ſpecies relinquitur. In multis ea cum tutela congruit. Etenim tutores & curatores eodem ſatiſdãt 24 modo: datis nẽpe fideiuſſoribus, uel per iuſiurãdũ[q]: niſi teſtamẽto dati ſint[r]. Satiſdãt aũt rem eius cui præſunt, adminiſtratione ſua ſaluam fore[s]: ijſdem ex cauſis ab officio tam excuſantur 25, ut impediti[t], quàm remouẽtur[u], ut ſuſpecti 26. Differũt primùm effectrice cauſa: quia tutor teſtamento datur[x], curator non item[y]: ille uel inuito[z], hic uolenti tantùm[a]: præterquam in iudicio[b], uel bonorum alie-

24. De ſatiſdationibus tutorũ & curatorum.

25. De excuſationibus tutorũ & curatorum.

26. De ſuſpectis tutorib & curatorib.

a l. de creationib. 20. C. de Epiſco. aud.
b Bald. & Caſtrenſ. l. curatorem. 6. in fin. C. de neego. geſt.
c l. ſi ita fuerint. de manu. teſta. Euerar. loc. lega. à lege ad teſta. uerſic. Quintò facit, quòd ubicunq; datur curator, etc.
d §. 1. hoc tit.
e d. §. 1.
f l. 1. de minor.
g §. 1. ĩ. quibus mod. tut.
h l. 5. de teſta.
i §. 1. uer. inuiti. ſcilicet ipſi. h. e. quo ad perſonã, nõ accipiunt. hoc tit.
k in princ. Inſtit. de nupt.
l d. l. 1. de minor. §. 1. h. t.
m l. 3. ubi dixi, de minorib.
n §. 2. h. t. l. 1. de cura. furio. Vlp cap. 12.
o d. l. 1. d. §. 1.
p § furioſi. uerſ. ſed ſolent. h. t. l. obſeruare. § ſæpe. de curat. fur.
q Vide in l. ult. C. de admin. tut.
r de tutore tex. hic in prin. de ſatiſd. de curatore, in l. ſi filio. 6. de confir. tut. l. de creationib. 20. C. de Epiſc. audien.
s t. t. C. de tut. uel curat. qui ſatis non dedit. l. ult. C. de admi. tut.
t Vid. ff & C. de excuſa. tuto.
u ff. & C. de ſuſp. tutor.
x t. t. de teſtam. tutel.
y §. 1. ĩ. de curator.
z Vide Parat. ff. eod.
a §. 1. hoc tit.
b d. §. 1.

alienatione [a]. Materia circa quá, quòd ille præficiatur duntaxat impuberi qui sui sit iuris [b], hic puberi, minori tamen, etiam filiofam. [c] item & impuberibus [d], & adultis interdum [e]: ille personæ principaliter [f], in consequentiam tantùm bonis [g], & quidem uniuersis [h]: alioqui tutela integra nó esset, nec plenè tueretur. Itaque nec partim esse potest, quamuis administratio diuidi queat [i]. Hic bonis potius quàm personæ [k], (quáuis hanc nullus negligere debeat [l].) neque solùm uniuersis, sed certæ etiam parti, speciei, causæ rectè datur [m]: ijsq; tantùm in summa procurandis, unde damnum facere minor posſit. Nam hoc fine curatio inducta est: ideoq; ad testamenti factionem, nuptias, similesq; actus legitimos non pertinet. Forma deinceps administrationis secernuntur: quoniá ille authoritatem personæ pupilli in contrahendo præstat [n], hic consensum [o] duntaxat in bonorum dispésatione: quam & ipsam una minor tractare nihilominus potest [p]. Fine, quòd curator ea re cóstituatur, ut bona pręcipuè curet, ne minor re sua abuti posſit: ille, ut personam tueatur. Ex quo alteri nomen officio congruens à tuendo [q], alteri à curando [r]. Effectu, quòd illius maior quàm huius sit potestas: cum sine tutore pupillus non obligetur [s]: minor sine curatore, quo ad personam obstringi posſit [t]: licet non etiam quantum ad bona [u], tutoris potestas magis ad patriam accedat, curatoris ad curationem ciuilé Reipub. in qua adolescétes plenius iam ius césequuntur [x]. Vnde illa uis & potestas, qualis nempe patria est, seu ui patria, in capite libero esse definitur [y]; hæc non item. Et tantum hîc de personis. nec enim in elementis omnia sunt persequenda: sed præcipua quædam annotasse capita, satis esse superq; debet.

INSTITVTIONVM
LIBER II.

CIrca rerum uel dominia 1, quibus ius in re quæritur [a], uel obligationes, quibus ius ad rem nanciscimur, 1. De rer. diuis. & acquirē. ear. domin.

a l.1.2. de mino. dixi. Inst. h.t.
b d.§.1.
c Nouell.117.
d l. curatorem. 25. de curat. da. l.2.3. C. in quibus caus. tut. hab. &c.
e §.2.h.t. de curat. t.t. ff. C. de curat. fur.
f l. cum plures. 12.§.3. de administ. tuto.
g d.§.3. ubi Dd.
h §. ad certū. s̄. qui testa. tut. da. poss. §. datus. j̄. de excusa. tut. l. propter. 21. ff. eo. tit.
i toto tit. 6. de diuid. tutel.
k l. in copulandis. 5. C. de nup. l. sciendum. 20. de rit. nup. No. 117.
l l. consilio. 7. de cura furi.
m §.1. h.t. l. nō tātum. 7. de tutor. & curat. da. §. ad certum. s̄. qui testa. §. datus. j̄ de excusat. tuto.
n l.2.5. de regulis iuris. uide ff. de auth. & consen. tut.
o l. cū in una. 17. §.1. de appella.
p l. Aurelio. 20. §.1. de lib. leg.
q §.1. s̄. de tutel.
r ut est tralatitium. §. est & aliud. Inst. de donat. l. si idem 7. C. de codicil. l.4. C. de ferijs.
s §.1. in fin. s̄. de auth. tuto. l.1. l.7. de rescind. uend. l.1. de nouat.
t l. puberes. 101. de uerb. obligat.
u l.3. C. de in integ. restitut. l.1.2.3. de minoribus.
x l. qua ætate. 5. de testamen. in princ. Instit. de nupt. cum simil.
y in prin. Instit. de tutel.
a l. ult. de legib.

mur[a] omnis quæstio iuris, quod quidẽ ad res pertinet, uersatur[b]. Dominiũ est ꝓprietas rei, seu ꝓprietatis dominiũ[c], plena rei potestas[d], hoc est dominiũ[e], seu ius quo res est nostra[f]. Nostra perhibetur, quæ est in patrimonio[g] ac potestate[h]. In patrimonio cẽsentur, nõ res uel communes natura[i], uel iure gentiũ & Imperij Romani publicæ[k], uel iure ciuitatis ad uniuersitatẽ pertinentes[l]: itẽ quæ nullius in bonis sunt[m], res sacræ, scilicet sacratæ & dicatæ Deo[n] religiosæ, manib.[o] sanctæ, ciuitatũ munitionib.[p] sed illæ, quarũ sit commerciũ: & dominiũ singulis, quæsitũ est aut quæri potest[q], uel naturali aliqua uel ciuili ex causa[r], hoc est titulo dominij iusto[s]. nam iniustus ꝓ nullo habetur[t]. Naturali siue iuris gentiũ ex causa: ut occupatione[u], inuẽtione[x], iusta captiuitate[y], alluuione[z], specificatione[a], confusione, commixtione[b], ædificatione[c], plãtatione[d] satione[e], inscriptione[f], pictura[g], fructuũ perceptione[h], traditione[i], uel uera in rebus corporalib. uel ficta in incorporeis 2. per usum & patientiã[k], cuiusmodi sunt seruitutes: cùm prædiales seu reales, quæ à re immobili eiusdẽ generis rei, puta prædio, debentur 3, uel urbano prædio, uelut luminũ, tigni, stillicidij, altius non tollendi: uel rustico, ut iter, actus, uia, aquæ ductus[l]: unde seruitutes prædiorũ urbanorũ aut rusticorũ appellantur: tũ personales, quæ personæ debentur à re qualibet[m]: cuius usus esse sine abusu rei possit[n], & cũ persona uiuunt & extinguũtur[o]: ut ususfructus 4, usus, habitatio 5. in re aliena, salua rei substantia[p]. Vsusfructus plenum utendi fruendi, inhabitandi ius cõtinet, etiã ad uoluptatẽ & utilitatem

2. De reb. corpor. & incorpora.
3. De seruitut. prædior.
4. De usufructu.
5. De usu & habita.

a De obligat. & action. in princi. ĩ. l. 3. de usufr. l. 2. 3. de act. emp. l. id apud se 143. de uerb. sig.
b l. ult. de legi.
c l. 4. C. de probat.
d § ult. Inst. de usuf.
e l. potestatis. de uerb. sig.
f l. 1. § ult. si quad. paup. l. in rebus. C. de iur. dot.
g in princ. h. t.
h l. in re. 21. C. mãd. l. 2. de ijs qui sunt sui uel al. iur. l. fœminæ. 3. §. illud. ubi Bald. C de sec. nup.
i §. 2. h. t. l. 2. 3. 4. de rer. diuis. l. 1. cũ seq. de acq. rer. dom.
k §. 3. h. t. l. 5. cum seq. de rer. diuis.
l l. 5. § 1. de rer. diuis. §. uniuersitatis. h. t.
m §. nullius. h. t.
n §. sacræ. 6 h. t. d. l. 5. §. 2. l. sacra 9. de rer. diuis.
o d. l. 5. §. 4. §. religiosũ. 7. h. t.
p l. sanctũ. 8. l. ult. de rer. diuis. §. sanctæ. 8. h. t.
q ex ratione l. pen. de mil. testa.
r §. singulorum. 9 h. t.
s l. 3. § ult. de acq. poss.
t l. 7. C. de acq. poß. l. 8. C. de præscrip. lon. temp. Bal. in l. inciuilẽ. nu. 2. C. de furt. Panor. in c. grauis. nu. 7. de rest. spolia. Matth. Affl. in §. si quis per 30. ann. si de feud. defunc. Franc. Bald trac. præscrip. parte 3. partis princ. nu. 2. 3. & l. Celsus. in princ. quæst. 1. de usucap.
u §. feræ. 10. § interdum. 35. h. t.
x l. 3. de rer. diuis. §. itẽ. 16. §. thesauros. 32.
y §. item ea. 15. h. t.
z §. præterea. 18. h. t. l. 7. §. 1. de acq. rer. dom.
a d. l. 7. §. 5. de acq. rer. domin. §. cum ex aliena, 12. h. t.
b §. si duorum. 23. h. t. d. l. 7. §. 6.
c §. cum in suo. 24. h. t.
d § si Titius. 26. h. t. l. adeò. 7. § ult. de acq. do.
e l. qua ratione. 9. de acq. do.
f §. literæ. 27. h. t.
g §. si quis. 28. h. t.
h §. si quis à nõ domino. 29 h. t.
i §. per traditionẽ. 33. h. t.
k l. 3. de usufr. l. 2. de act. emp.
l §. 1. 2. h. t. t. t. ff. eo. cum t. t. seq.
m §. 2. h. t. l. 35. 48. ff. eo.
n Vide §. 2. h. t. & t. t. D. de usufruc. ear. rer quæ usu consum.
o l. ambiguitatẽ. 12. l. ult. §. pen. C. de usufr. l. usus. 22. de usu & hab. l. unic. §. 1. C. de cad. toll.
p l. 1. & t. t. de usufr.

tatē[a]: usus, ius utendi tantùm ad necessitatem[b]: habitatio tantūmodo ius habitandi quod in facto consistit, & ab usu ædiū q iuris est, modo ac effectu differt[c]. Cuiusmodi quidē seruitutes debētur quidē ex pactis & cōuentionib.[d] constituūtur tn̄ & quęrūtur per patientiā tantùm ꝓprietarij & usum possessoris quasi traditiōe[e]: sine qua res iure gentiū nō transferūtur[f]. Iure ciuili acquiritur dominiū, partim titulo singulari, partim per uniuersitatē. Singulari, ut usucapione 6, hoc est acquisitione[g] dominij per cōtinuationē[h] possessionis[i], usurpatæ in re aliena[k], bona fide[l], & iusto titulo[m], ac tēpore legibus definito[n]. Itē donatione 7: quæ nō solùm iure gentiū trāsfert dominiū ex traditiōe[o]: sed quodā etiā modo ciuili, citra traditionē[p], ut in donatione causa mortis[q], ꝓpter nuptias[r], & serui cōmunis manumissiones[s]. dum tn̄ alienatio fiat, & ab eo qui alienare 8, hoc est, dominiū transferre queat[t], & in illū, qui sibi uel alij acquirere possit 9. Quidā enim quāuis domini, tn̄ alienare nequeūt: ut maritus, mulier rem dotalē, extra necessitatis causam[u]: quā ipsam tn̄ ut in minorū rebus, cognosci, & à iudice probari decreto oportere, puto[x]. Nec enim præsumitur talis causa nisi ꝓbetur[y]. Itē pupillus[z], & (ut dixi) minor, quiq; horū iure utūtur[a] Ecclesiæ[b], ciuitates[c], &c. Nec etiā rectè ius alienant suū, quod alterius respectu obnoxiū habēt ac quasi dimidiatum emphyteutæ[d], uasalli[e], horūq; domini[f], Episcopi[g], superiores etiam reges[h]: ut nec usufructuarius extraneo[i]: nec etiā seruitus sine re cui adhæret, ritè alienatur aut cōstituitur[k]: atq; ita in similibus. Cōtrà qui dn̄i non sunt, interim alienare possunt: ut creditor hypothecarius[l], admi-

6. De usu capionib.

7. De donationib.

8. Quib. alienare licet uel nō.

9. Per quas perso. cuique acquiritur.

a l.2.l.7. et passim de usufr.
b §.1. Inst. de usu & habit. & ff. eod.
c l. si habitatio. 10. D. eo.
d l.3. de usufru. §.1. in fin. h.t.
e d.l.3.l.2. de actio. emp.
f l. traditionib. C. de pact. §. per traditionem. hoc tit.
g l. 8. 12. 18. 21. de donation. caus. mor.
h d.l.3. l.pe. C. de præscrip. long. temp.
i l.2. C. de præscrip. 30. anno. c. sine possessione. de reg. iur. in 6.
k l. 4. §. lana. de usucap. l. 2. pro emptor.

l l. bonæ. 110. de uerbor. significat. l.1. cum sequen. C. de præscription. long. c. fin. de præscription. m l.4. C. de præscript. long. l. Celsus. 27. ubi Bart. & Dd. de usucap. n l.3. ff. eod. tit. o §. per traditionem. uerb. causa donationis. s̄. de rer. diuis. l.3. de obliga. p §. 1. §. est & aliud. 3. hoc tit. q l.2. de Publ. in rem act. l. ult. C. de donat. caus. mort. iuncta l.1.2. C. com. de legat. r Bald. in Authen. siue. C. ad Velle. No. 97. s § ult. h.t. t l. 1. C. de fund. dota. u l.1. de fund. dot. uide Fab. hîc x l.1. 3. 5. & passim de reb. eor. y Bart l. inter omnes. §. recte. de furt. & l. sed etsi lege. §. scire. ubi Ang. de pet. hær. Tiraq. de pœn. causa. 43. nu. 9. z §.3. h.t. a c.1.2. de in integ. rest. l.3. C. de iur. reip. l.4. C. quib. ex caus. maio. b Vide ex̄. de reb. Eccles. c l. ult. C. de uen. reb. ciuit. d l. ult. C. de iur. emphyt. e tot. tit. de probib. feud. aliena. f § ex eadem. de lege Corra. §. præterea. de prohibit. feud. alie. per Fed. cap. 1. §. domino. si de feud. controu. sit. g Vide ex̄. de his quæ fiunt à prælato, & de reb. Eccles. h cap. dilecto. ubi Panorm. & Felyn. de iureiur. Felyn. cap. auditis. nu. 26. de præscrip. Bar. de Casas. in proprio huius alienat. tracta. i §. ult. s̄. de usufr. k §. ult. s̄. de seruit. l §.2. h.t. tot. t. ff. de distrac. pigno.

administrator[a], executor[b], &c. Sunt etiã qui nõ ſibi, ſed alij quærũt: ut ſerui, filijfam.[c] Sunt qui nec ſibi nec alij: ut ſerui pœnæ[d]. Et ita quidem iure ciuili titulis ſingularibus per nos aut alios acquirimus. Per uniuerſitatẽ iure ciuili quæritur, ex ſucceſsionibus tam mortuorum quàm uiuẽtium. Succeſsiones mortuorum deferuntur, partim ex cauſa teſtati, partim ab inteſtato[e]. Ex cauſa teſtati, uel iure uniuerſali, puta teſtamento: uel ſingulari, ut ex alia qualibet ultima uoluntate[f]. Teſtamentum 10 eſt legitima ultimæ uoluntatis conteſtatio (unde etiã nomen eſt[g]) ſeu iuſta ſententiæ poſtremæ declaratio, de eo quod quis poſt mortem hæreditate ſua fieri uelit[h]. Hoc aut paganum eſt, aut militare 11. Militare, quod fit à militibus actu militantibus[i], nullis ſolennibus conſtat[k]. Milites enim cum arma magis quàm iura calleant[l], teſtantur quomodo uelint, quomodo poſsint[m]: dum duobus ſaltẽ teſtibus aut ſcriptura probetur eorũ uoluntas[n]. Paganũ à paganis, hoc eſt, qui milites non ſunt, conditur: ijs ſcilicet quibus permiſſum ſit facere teſtamentũ 12: hoc eſt, qui non prohibẽtur aut ob ſtatum, ut qui ſunt in aliena poteſtate[o]: aut ob uitium animi, ut impuberes, furioſi[p]: aut ob uitium corporis, ut ſurdi & muti[q]. Debet autem fieri tale teſtamẽtum coram ſeptem teſtibus[r], maribus, ciuibus Romanis[s], ad id rogatis[t]: uel in ſcriptis[u], uel per nuncupationem[x]: ita quidem, ut liberi, ſi quos teſtator habeat, uel inſtituantur, uel exhæredentur 13. Nam hoc principale teſtationis ius eſt[y]: cum præteriti teſtamentum annihilent[z]: olim quidem totum[a], hodie quo ad inſtitutionem[b]. Quæ cum ſit fundamentum huius ultimæ uoluntatis[c], & nota per quã à cæteris id genus ſeparatur[d] hinc fit, ut licet deſint liberi, tamẽ quo ualeat teſtamentum, ſemper alius omnino ſit hæres inſtituendus 14: primo quidem gradu, hoc eſt, per inſtitutionem omnino: quia teſtamenti fundamentum eſt[e]: ſecundo autem gradu ex arbitrio teſtantis (nec enim hic æquè neceſſarius eſt) nẽpe per ſubſtitutionem (ſubſtituta hæc quædam eſt inſtitutio) tam uulgarẽ 15, quæ uulgò cuiuis ſubiungitur inſtituto: ut, Si ille hæres non ſit, tunc ſubſtitutus ſit: quàm pupillarem 16: quæ ſolis pupillis, quos teſtator

10. De teſtamen. ordinan.

11. De militari teſtamento.

12. Quibus nõ eſt permiſſum facere teſt.

13. De exheredatione liberorum.

14. De hæredibus inſtituendis.

15. De uulgari ſubſtitutione.

16. De pupillari ſubſtitutione.

a l. ult. & tot. tit. de bon. ciuit.
b l. à diuo. 15. de re iudic.
c §. 1. 2. h. t.
d l. 3. de his quæ pro nõ ſcrip. l. 1. C. de hær. inſt.
e l. 3. de pet. hæredit. l. lege. 130. de uerb. ſignif.
f §. ult. ſ. per quas perſo. nob. acq.
g in prin. h. t.
h l. 1. de teſt.
i l. milites. 25. C. eo. tit. §. 3. & 4. h. tit.
k l. 1. de teſta. mil. & tot. hoc tit.
l l. ult. in prin. C. de iur. de liber.
m l. 1. eod. d. l. milites. 15.
n l. Lucius. 40. eod. §. 1. §. 2. hoc tit.
o l. eius. 8. l. de ſtatu. 15. cod.
p §. 2. h. t.
q §. 3. 4. h. tit.
r §. 2. cum ſeq. ſ. de teſta. l. ſi unus. C. eo.

s §. 2. hoc tit. de teſtam. t l. hæredes. 21. §. 2. ff. de teſtamen. u §. 3. ſ. eod. tit. x §. ult. h. tit. y l. inter. 30. de liber. & poſthum. z §. 1. 2. h. t. a l. filio. 17. §. 1. de iniuſt. teſtam. b Auth. ex cauſa. C. de liber. præter. ubi uide tamen Cuiac. No. 18. 115. c l. 1. de hær. inſt. d l. non codicillum. 14. C. de teſt. e l. 1. de hær. inſt. §. ante. j. de leg.

in potestate habet, in duplicẽ casum subijcitur[a]: ex qua institutione utrauis uelut titulo uniuersali, dũ tamen testamentũ firmũ sit, nec aliquo casu rũpatur, irritúmue 17 fiat: neq; etiá ab exhæredatis præteritisq; liberis, parentibus, fratrib. inofficiosum dicatur[b] 18: dominiũ defertur uniuersitatis, hoc est, hæreditatis[c], totiusq; iuris quod defunctus habuit[d], defertur aũt hæredi instituto 19: uel ipso iure, ut necessario, puta seruo[e], aut suo, nempe filiofam. in potestate & familia proximo, nec abstinenti[f]: uel extraneo hæredi facto per aditioné[g], seu pro hærede gestioné[h]. Ex causa porrò testati singulari, dominiũ transit ac defertur titulo legati[i], 20 quo directis uerbis à testatore donatur[k]: ac fidei cómissi quo obliquè donatũ fidei hæredis committitur[l]: quomodo acquirũtur cum partes uniuersitatis quædá (nisi quatenus quid ademptũ, sit translatũ 21, Falcidia lege 22 imminutũ) ut fideicommissariæ detracta quarta[m] hæreditates 23: tũ res singulares, si quando scilicet res eiusmodi relinquuntur singulæ 24: tam testamento non tamẽ per institutioné[n], sed legatũ aut fideicómissum: quàm codicillis 25, qui minoris sunt solennitatis: quia titulũ institutionis non admittũt[o]: proindeq; familiam, hoc est hæreditatem non transferunt[p]: ideoq; minore solennitate habẽt opus: & coram quinq; testibus, quibuscunq;, etiam fœminis, neq; rogatis (quod tamen hodie quidam correctum putant[q]) modò in scriptis, modò sine scriptis ritè perficiũtur[r]. Ac quoniam institutione carent, hæres ab intestato, si aliud factum non sit testamentum, nihilominus succedere, & si supra dodrantem hæreditas exhausta sit, fideicommissis uel legatis (ná & hæc hodie ab intestato rectè relinquuntur, contrà quàm olim[s]) detrahere Falcidiam inde potest[t].

17. Quib. mod. testa. infirmen.
18. De inoffic. testamento.
19. De hæredũ qualitate & differ.
20. De legatis.
21. De ademptiõe & tráslat. legat.
22. De lege Falcid.
23. De fideicõmissa. hæreditatib.
24. De singulis reb. per fideicom. relic.
25. De codicillis.

INSTITVTIONVM
LIBER III.

DEficiente testamenti causa, ab intestato dominia hæreditatum, titulo successionis uniuersali quæruntur[a] 1. Intestatus propriè decedit, qui testamen tum

1. De hæreditatib. quæ ab intestato defer.

a l. 2. l. 4. de uulga.
b §. 2. hoc tit. de inoff. l. 5. eo. l. fratris. 21. l. fratres. 27. C. eod.
c §. ultim. j. de hæred. qual.
d l. hæreditates. 62. l. hæredem. 59. de reg. iur.
e §. 2. cum sequen. h. t. l. in suis. 11. de liber. & post.
f §. 1. h. tit. §. 2. 3. cum seq. j. de hær. quæ ab intest.
g §. extraneis. 6. h. t.
h l. pro hærede. 20. de ac. hær. ubi dixi.
i §. ult. Inst. per quas person.
k §. 1. h. tit. de legat.
l uide quæ dixi ad tit. j. de singul. reb.
m l. in donationib. & passim. C. ad l. Falc. & h. t. De lege Falc. uide quæ dixi ff. & C. eo. tit.
n uide l. quoties. 13. C. de hær. inst. ubi traditur, institutũ in re certa pro legatario haberi.
o l. non codicillum. 14. C. de testam. §. ult. h. t. l. si idem. 7. C. eod. tit.
p §. fin. h. t. d. l. non codicillum. cum simil.
q Ig. l. 1. §. hoc aũt. nu. 66. ad Sylla. Molin. cons. 31. nu. 4. 5.
r l. ult. ubi gl. & Dd. C. eod. de codicill.
s §. pen. ubi dixi. Instit. de fideicom.
t l. filiusfa. 18. ad l. Falc. l. in donationib. 12. C. eo. l. 1. §. sed utrum. quor. bonor.
a uide §. 1. & seq. hoc tit.

tum ritè nullum fecit[a]. Sed & is pro inteſtato eſt, cuius teſtamentum eſt ruptum irritúmue factum[b], aut ob aditionem non inſecutam deſtitutum[c]. Eius ſucceſsionem lex defert[d] primò liberis deſcendentibus, gradu proximis, aut iure repræſentationis illum ſubeuntibus[e]: hodie quidem abſque ullo ſexus & poteſtatis diſcrimine[f]: poſt hos demum agnatis 2, utriuſque modò ſexus[g]: quibus tamen ex Senatuſconſulto (quod ipſum pro lege eſt[h], & legitimam proinde hæreditatem defert[i]) Tertulliano 3 & Orfitiano 4, parentes præferuntur: iure præſertim nouo[k]. Secundum iſtos defertur ſucceſsio cæteris cognatis 5 pro gradus cuiuſque prærogatiua & proximitate 6. Sed hodie cum agnatis hi pariter admittuntur, quoties eodem in gradu ſunt: nec enim iure repræſentationis ultra primum gradum collaterales ueniunt[l]. Ad exemplum legis prætor quoſdam lege deſtitutos ex æquo & bono admittit: non quidem ad hæreditatem (neque enim hæredes facit[m], ut nec dominos[n]) ſed ad bonorum poſſeſsionem: quæ non quidèm nomen, at opes & bona hæreditatis effectu confert[o]: quomodo ex edicto ſuo patronis 7, eorumque liberis, queis manumiſsi aſsignati ſunt 8, in ſucceſsione libertorum, alijsq́; , iure ciuili non æquè adiutis, prætor bonorum poſſeſsionem 9, quæ nihil aliud quàm prætoria eſt ſucceſsio[p], intra certam pollicetur diem[q]. Atque ita quidem ex ſucceſsionibus mortuorũ, titulo & cauſa non minus uniuerſali quàm ſingulari, partim uniuerſitates, partim res ſingulæ iure ciuili quæruntur. Inter uiuos uerò eundem penè ad modum, ſucceditur (quanquam nõ ita frequenter, ut ex ſucceſsionibus, de quibus ea re prius actum) in uniuerſum alterius ius, arrogatione 10 (non etiã perinde iure nouo adoptione[r]:) per quam bona arrogati omnia, dominio arrogantis ex ui patriæ poteſtatis cedũt[s]: item addictione 11, aut uenditione rerũ debitoris, non exiſtentis ſoluendo 12: qua is qui uniuerſitatem eiuſmodi emit, uel cui addicta eſt, uelut ſucceſſor cuncti iuris euadit[t], perinde ut & fiſcus cum bona publicat[u]: aut in alterum ex alterius delicto trãsfert: ut ex ſenatuſcõſ. Claudiano, quod

 hodie

2. De legitima agnatorum succeſsio.
3. De ſenatuſconſul. Tertul.
4. De ſenatuſc. Orfitia.
5. De ſucceſ. cogn.
6. De gradibus cognationis.
7. De ſucceſsione libertorum.
8. De aſsignat. liber.
9. De bono. poſſeſſionibus.
10. De acquiſit. per arrogat.
11. De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.
12. De ſucceſ. ſubla. quæ fiebãt per bonorum uend. & ex S. C. Claud.

a l. 1. de ſuis & legit.
b §. 1. h. t.
c §. cum autem. cum ſeq. h. t. §. 3. ĩ. de leg. Fal. l. inteſtatus. 64. de uerb. ſignif. l. 1. de ſuis.
d l. 1. de petit. hære. ĩ. de agna. ſucceſ.
e §. 2. 3. cũ ſeq. h. t. Nou. 118. §. 1. 2.
f uide circa finẽ huius tit. & in Auth. de hæred. ab inte. No. 118.
g §. 4. 5. Nou. 118. et paßim hoc tit.
h l. non ambigitur. 9. de legib.
i l. 3. de petit. hæred.
k d. Nou. 118.
l d. Nou. 118.
m §. 2. h. tit. de bon. poſſeſ.
n l. 3. ſi uſuſfr. peta.
o l. 3. de bonor. poſſeſſ.
p l. 3. §. 2. de bõ. poſſeſſ.

q uide l. ult. l. 2. l. 4. C. qui admit. §. cum igitur. hoc tit. r l. penult. C. de adopt. s ĩ. per quas perſon. nob. acquir. t l. 2. & tot. tit. de hæred. uend uide ff & C. de reb. autho. iud. poß. u l. 2. C. de bon. proſcri. Dd. in l. Gallus. §. etſi parente. ubi Iaſ. numer. 21. cum ſeq. de lib. & poſthum. deciſ. Neap. 385. num. 2. latè Spec. de actore, nu. 14. per l. ſi debitor. de fideiuß. l. quoties. 14. de nouat. l. ſi quis poſt. de bon. damna.

hodie abrogatum est[a]: non etiam bonorum uenditiones[b], quamuis ordinariorum iudiciorũ solennia in his obsoleuerint ut & in alijs[c]. Et hactenus quidem de iure in re, hoc est, dominio rerum citra tractatum conuentionis acquirendo: nunc de iure ad rem, per contractus & obligationes 13 consequẽdo. Obligatio est iuris uinculum, quo necessitate astringimur, alicuius rei soluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura[d]. Ea aut est ex cõtractu, uel quasi: aut ex delicto, uel quasi. Cõtractum ab effectu Labeo definit esse contractam ultrò, citroq; obligationem[e]. Delictum non crimen significat publicũ, quo Reip. obligamur (nam hoc alterius est loci[f]) sed priuatam noxam, ex qua uelut ex contractu[g] alter alteri fit obnoxius[h]. Quasi, nota est improprietatis[i], signans illa quæ similitudinem magis quàm speciem præ se ferunt contractus[k] aut delicti[l]. Ex delicto uno modo obligamur, nempe re seu maleficio ipso[m]. Cæterùm ex contractu, pro quadruplici eius differentia, quadrupliciter. aut re: nimirum ex conuentionibus, quæ re constant 14, ut mutuo, deposito, commodato pignore[n], permutatione[o]: aut uerbis 15: puta stipulationibus unius, pluriúmue correorum 16, etiam seruorum 17, qualibuscunque 18, dum ne inutilibus 19: tam principalium reorum, quàm eorum qui rem alienam fide sua esse iubent, ut fideiussorum 20: aut literis 21: quibus interdum præcipuè contrahitur[p] uel ex legis dispositione[q]: uel ex partium conuentione[r], quæ & ipsa lex contractus est[s]. Denique & consensu 22: ut emptione, uenditione 23. qua res precio ueneunt & commutantur[t]: locatione & conductione 24, quomodo usus rei uel operæ certa pensione[u] conceditur: societate 25, qua pecuniæ operæque à pluribus, ad commune lucrum & damnum in negociationem conferuntur[x]: mandato 26, quo aliena negocia, sponte & gratuito perficienda suscipiuntur[y]. Ex quasi contractu 27: ut gestu alienorum, citra mandatum tamen negociorum[z]: tutela[a]: aditione hæreditatis[b]: indebiti solutione[c]: unde non solùm nostro, sed eorum etiam qui potestate nostra

13. De obligationibus.
14. Quib. mod. re cõtra. oblig.
15. De uerborũ obligationib.
16. De duobus reis.
17. De stipul. seruo.
18 De diuisio. stipulat.
19. De inutilib. stipulat.
20. De fideiuss.
21. De liter. oblig.
22. De cõsensu obligat.
23. De empt. & uenditione.
24. De locat. & conductione.
25. De societate.
26. De mãdato.
27. De obligatiõ. ex quasi contractu.

a §. ult. h. tit.
b ff. & C. de bo. auth. iud. uend. l. 3. cum seq. de cess. bonor.
c l. 1. 2. C. de form. & impetr. l. ordo. 8. de pub. iud. §. ult. Instit. de inter.
d §. 1. hoc tit.
e l. Labeo. 18. de uerb. sign.
f ĩ. de pub. iudic.
g l. omnẽ. 20. de iudicijs.
h l. quid sit. 16. §. quod aiunt. 16. de ædil. edic.
i §. ult. ĩ. de usu & hab.
k ĩ. de obl. ex qua. del. l. 5. de oblig.
l infrà de obl. ex qua. delic.
m l. 4. de oblig. & act.
n §. 1. 2. 3. & toto hoc tit.
o l. 3. 6. 7. C. de rer. permut. l. 1. ff. eod.
p l. contractus. 14. C. de fid. instr. §. 1. ĩ. de empt. & uend.
q l. antiquæ. 23. C. ad Vell. l. 3. C. si min. se ma. uid gl. c 1. de censib. lib. 6.
r l. contractus. 14. C. de fid. instrum. §. 1. Inst. de empt. & uend.
s l. 1. §. si conuenit. 5. depos. l. iuris gẽtium. 7. § quinimò. uerb. legẽ cõtractui dãt. de pac. l. cõtractus. de reg. iur.
t l. 1. de rer. per. l. 1. de cont. emp. l. pe. C. de rer. perm.
u uide quæ dixi ff. loca.
x l. 3. pro soc. cũ seq. Cic. 5. Verr.
y l. 1. & passim. mãd. §. ul. h. t.
z l. 4. de ob. §. 1. h. t.
a §. 2. h. t.
b §. hæres. 4. h. t.
c §. itẽ. 5. h. t.

28. Per quas perso. nobis obligatio acquiritur.

29. Quibus modis tollitur obligatio.

nostra cõtinentur, facto 28, obligatio ad res q̃ in obligationem deductæ sunt, petendas, efficax quæritur: donec iusto aliquo soluatur mõ 29: uel naturali, ut solutione eius quod debetur [a]: uel ciuili, ut nouatione: qua nouatur, hoc est, in aliam nouá transfunditur obligatio [b], cum hoc actũ expressumq; est [c]: itẽ delegatione, per q̃ in aliũ transfertur, & ideo in priore debitore indistinctè semperq; perimitur [d]: & acceptilatione [e], hoc est, imaginaria solutione [f]: qũo id qđ debitum est, q̃uis reuera solutũ nõ sit, in Aquilianá stipulationẽ deducitur ac renouatur, & sic cõstans utiq; iam uerbis obligatio, cõtrarijs uerbis pro soluto deinceps acceptum rectè fertur & habetur [g].

INSTITVTIONVM

LIBER IIII.

1. De obligationibus ex delicto.

2. De ui bonorum raptorum.

3. De lege Aquilia.

4. De injurijs.

5. De obligationib. ex quasi delicto.

Ex delictis oritur ad rem obligatio ciuilis & priuata quo de genere hîc agimus: non etiá illo quod corpora, quæ in patrimonio & re familiari nõ sunt [a], publicis pœnis iudicijsq; ob iniuriá exemplumq; publicũ, obijcit [b]. Nascitur aũt illa qñ quid dolo malo culpáue fit, cũ alterius iniuria, qđ iure prohibitũ sit admittere: ut est furtũ 1, unde furti actio ciuilis, priuata, pœnalis, pecuniaria: manifesti in quadruplũ, nec manifesti in duplũ [c]: quorum neutri ut ciuili plurimùm (unde hæc æstimantur) rei persecutio, quæ separatim cõpetit, inest [d]. Itẽ rapina 2: unde ui bonorũ raptorũ in quadruplũ actio: cui, uelut prætoriæ, simplũ insit [e]. Et damnũ iniuria culpáue datũ, qđ lege Aquilia 3 resarciri postulatur. Deniq; contumelia existimationi facta 4: quæ iniuriarũ actione, in quantũ æquum bonũq; iudici uidebitur, arbitrariè uindicatur [f]. Ex uno facto põt quis incidere in Aquiliá & iniuriarũ actionẽ, cũ diuersis ex fontib. causisq; fluát. Iniuria. n. ex affectu fit: damnum ex culpa: & ideo põt utraq; actio, ex uno facto cõpetere [g]. ut qđ amplius in altera est, ét consequi liceat [h]. Ex quasi delicto obligationes ueniũt 5, qñ sine machinatione uel culpa aliqua grauiore, tanq̃ per imprudentiá seu culpá alienã, quæ tñ præstari debeat, aliquid cũ alterius priuato detrimento cõmittitur, quod fieri nõ oportebat. Per imprudentiá, ut quoties errore (nam fraudis alia est causa [i]) malè iudicatur [k]: aut positũ in

c 3

a §.1. hoc tit. b l. 1. de nouat. §.2.h.tit. c l.ult.C.de nouat. alioqui ne ope quidẽ exceptionis.l. si delegatio. ubi Salic. nu. 3.C.eo.ut hãc dicit cõem Alex. cons.173. uisis. nu.4.5. uol.7.& consil. 60. uiso. nu.2.uol.2. d l.2. C. de nouat. gl.l.3.eo. ti.in pri.Bar. l. singularia. nu.19.& Ias. ibi. nu. 38. si cert.peta. Decius cõs. 421. nu. 16. Alex. cons. 173. nu. 2.uol.7. cons. 10. nu.1. uol. 2. consil. 60. nu.1.uol.6. e §.2.3.h.t. f l. solutionis. 54. l. penult. de solut. g §.2. h.tit. & ff.de acceptilat.

a l.liber homo. ad l.Aquil. b de pub.iudic. ff & Inst. c uid hoc t.& ff.eo §.in duplum.19.§.quadrupli.21.j.de actio. d §.ult. h.t. e §.1.h.t.d.§.quadrupli. f §.penul.h.t. g l.qui seruũ. 33.de actio.ex reg. l.unic.C.quand. ciuil. act. h d.l.seruum. i uide C.de pœn.iud.qui malè iud. k §.1. hoc tit.l.filius.15.de iudic.l.ult.de uar.& extraor.cognit.tot.t.t.C.de pœn.iud.

in publico, suspensúmue quod nocere potest, habetur[a] per culpam alienam, ut si quid ex ædibus deiectum effusúmue à familia sit, quod noceat[b]: aut in naui, caupona, stabulo, ab his qui exercitori parent, detrimentũ oblatum sit[c]. familię enim culpam paterfamiliâs & exercitor pręstare damnum passis, in eiusmodi coguntur[d]. Ex his ergo obligationum fontibus, ius ad rem quæritur[e]: qđ deinceps persequimur actionib. 6: quæ nihil aliud sunt, quàm ius persequēdi in iudicio, quod sibi debetur[f]: tam realibus quàm personalib.[g]: tam ciuilib. quàm prætorijs[h]: tam rei persecutorijs quàm pœnalibus[i] & mistis[k]: tam bonæ fidei[l], quàm strictis uel arbitrarijs: quibus aliàs quidem solidum, aliàs minus consequimur[m]: cùm ab eo qui contraxit, tũ abs illo cuius mandatu, respectu, fide, bonóue, contractum est 7: unde qđ iussu, institoria, exercitoria, tributoria, de in rem uerso, de peculio actiones[n]. Ex generali edicto[o]: Quod cum eo qui in aliena ptáte est, negocium esse gestum dicetur, eius nomine actionē in patrem dominúmue dabo[p]. Sic etiam, cuius ex domo damnum datũ est, in eum ex alieno, puta suorũ, facto, noxalis 8, & de quadrupede 9 formula cõpetit: licet ipse damnũ nullus fecerit. Neq; nostro duntaxat nomine, sed etiã alieno, uelut tutorio, procuratorio, &c. actio rectè institui potest[q] 10: dum tñ idoneè satisdetur 11, rem ratam dñm habiturum[r]: sicut contrà rei procurator qui mandatũ habet, aut defensor qui sine mandato se ingerit[s], de iudicato soluēdo cauere debet[t]: & dum tñ agatur intra præstituta legibus tempora 12: quæ in ciuilibus rei persecutorijs, ut plurimùm sunt annorum triginta[u]: in criminalibus uiginti[x], in pœnalib. prætorijs anni unius[y]: quoad per litis perpetuentur contestationem[z]. uel quasi[a], ad 40. annos[b]. nec exceptionibus 13 (quibus intentio excluditur, nisi replicatione saluetur[c]) 14 submoueri: possit neq; interdicto 15 ali quo

6. De actionibus.
7. Quod cũ eo qui in aliena potestate.
8. De noxalibus actio.
9. Si quadrupes pauperiē fecisse dicatur.
10. De ijs per quos agere possumus.
11. De satisdationibus.
12. De perpetuis & temporalibus actionibus.
13. De exceptionib.
14. De replicationibus.
15. De interdictis.

a §.2.h.tit.l.1.l.3. de his qui deiec.
b §.2.h.tit. tot. tit. de his qui deiec.
c §.3. hoc tit. t. ti.naut.caup. stab.
d l.1. 2.3. naut. caup.
e l. id apud se. 143. de uerb. signif.
f §.1.hoc tit.
g §.2.hoc tit.
h §. sed istæ.3. cum seq.h.t.
i §.pœnales.12. §.sequens.16.
k §.ex maleficijs.17.§. quædam.18.
l §.actionũ.24. cum seq.
m §. sunt præterea.34.cum seq.h.t.
n §.1. 2. cũ seq. h.tit. & ff.t. titu.de pecul. cum seq.
o l.1.in prin. ubi triplex esse edictum dicitur, de pecul.
p l.penul.& t.t.C.quod cum eo.
q l.furti.6. §.1. de his qui not.infam l.1.2. de postulan. tot.tit.de procur.
r uide §.1.2.hoc tit.& ff.rem rat. hab.
s l.seruus 33.de procurat.§.ult.hoc tit.
t §.penul.& §.ult.hoc tit.
u l.3. l.4.8.cum seq. C.de præscrip.30.annor.
x l.querela.12.ubi Dd.de fals.
y l.in honorarijs. 34. de obligat. l.2. de except.
z l.senatus. de off.præs. l.ordinata.de liber. caus. l.constitutionibus.33.de act. l.si eum.§ qui minora. si quis cautio.
a l.2. C.quan. libel. princip. ob. l.nam postea. 9. §.2. de iureiurand. de his quæ litis contestatæ instar perpetuant. uide Balb. de præscriptione. parte ultima, 6. partis. quæstione 2.
b l.ultim. Cod. de præscriptione 30. anno. de quo uide omnino Balb. præallegat. loc. quæstione 1.
c l.2. de exceptio.

quo possessorio, qđ causam ꝓprietatis suspendat[a], differri: neq; pœna temerè litigantiũ 16, ꝑ officiũ iudicis 17, qđ actioni aliàs deseruit atq; defert[b], coerceri petitores queant. Atq; ita quidẽ ex ciuilib. obligationib⁹, ac causis priuatis & pecuniarijs agitur. Aliter ex publicis 18, quib. ipsa nocentũ capita pœnis Reipub. capitalib. subijciuntur, ob admissum facinus, ad publicũ exemplũ & uindictã pertinẽs[c]: ut maiestatis, adulterij, stupri, cædis, plagij, sacrilegij[d], &c. Nam hîc nec ad agendũ, neq; ad defendendũ alieno quisquã nomine procurator[e], nisi ad allegãdas absentię causas[f] admittitur: & alia agendi (quia de alia re, & quidem grauiore) ratio[g], etiam absq; certa petitione & conclusione[h]: qua uel maximè tñ in pecuniarijs opus est[i]: aliæ satisdationes[k], atque inscriptiones[l], multaq; præterea singularia, pro argumenti momento, requiruntur: ut ex latioribus Pandectarũ commentarijs[m], quo nunc progredimur, intelligi licet.

16. De pœna tem. litigant.
17. De officio iud.
18. De publicis iudicijs.

PANDECTARVM
SEV DIGESTORVM
OECONOMIA.



Andectarum nomen Græcum, Digestorũ Latinum est: illud à materia, quòd disputationes ueterũ I. C. quæ quidẽ usum in pręsentiarũ habeant, hic liber contineat oẽs[a]: hoc à forma & digestione sumptum: quo Iulianus suas ad edictum perpetuũ cõmentationes inscripsit quod in his nihil suum pręter digerẽdi curã agnosceret, unde sicut res ita titulum nostri sumpsisse uidentur. Est.n. hoc præcipuũ Iurisprudentiæ opus, quinquaginta omnino libris contextũ: in quod Iustinianus perpetuũ edictum, eiusq; interpretationem ac cæteras ueterũ consultorũ iuris commentationes, quatenus usum habere possent, secundũ ordinẽ ipsius edicti perpetui, à naturali iurisdictionũ serie acceptum, digessit: ut sublatis aliquando tandem antiquę Iurisprudentiæ disputationibus, & dispunctis obsoletis, contrarijs, nõ necessarijs, certum inde ius Imperatoris authoritate deinceps redderetur. Diuisio duplex, ut Institutionum: inartificialis, in quinquaginta libros æqualiter facta: artificialis, in

a l. si de ui. 37. de iudic. l. is qui. 24. de rei uendic. l. ordinarij. 13. Cod. eo. tit.
b tot. hoc tit. l. quòd si. 4. de eo quod cer. loc.
c uide quæ dixi in princ. hoc tit. & ff. eod.
d uid. h. tit. & l. 1. ac tot. tit. ff. de pub. iudic.
e l. pen. §. ult. de pub. iudic. l. 2. 3. 5. C. de ijs qui acc. l. ulti. C. de procura. l. ult. C. de iniur. c. tua. ubi Canon. de procurato.
f Bart. & Dd. l. 1. an per aliũ caus. app.
g l. 2. & tot. ti. ff. de accusat. ubi dixi.
h Bart. & Dd. l. 2. §. si publi. de adult. l. 3. de accus. Ias. l. 3. C. de eoden. Ferra. in inquis. uerbi, Super.
i d. l. 3. C. de eden. Bart. l. quod ergo. §. pœna: de his qui notan. infam. Ias. §. omnium. num. 137. Instit. de action.
k l. 1. ubi Bart. de cust. reor.
l l. ulti. Cod. de accusatio. & ff. eo. ubi dixi.
m l. ordo. & tot. tit. de publ. iudic. l. 2. cum seq. de accusa. & tit. de cust. reor.
a l. 2. §. quod cœlesti. C. de uet. iur. enucl.

in partes ſeptem: quarũ prima, iuris & iudiciorũ (ſecundũ quorum progreſsionem & ordiné ius his omne libris concinnatum diximus) principia ſeu πρῶτα: altera, iudicia realia: tertia, perſonalia rerum creditarũ: quarta, eorũ quę illis accedunt, pignorũ, dotium, tutelarũ: quinta ultimarum uoluntatum: ſexta, poſſeſsionũ: ſeptima, ſtipulationũ, item criminalium & extraordinariarũ rerum argumenta & iuriſdictiones comprehendit. Author Iuſtinianus authoritate: opere & ſtudio Tribonianus, aliiq; de huius arbitrio ad id adhibiti. Impulſiua, ueteris Iuriſprudétiæ cõfuſio, diſſonantia, & copia ac multitudo nimia. Materia ex qua, cõmentarij ueterũ I.C. non omniũ ſed maximè probatorũ, circumſcripta tñ ſingulorũ eminentia & authoritate: neq; oẽs, ſed præcipuè quib. edictũ perpetuum fuit explanatũ. Materia circa quam, res utiles, receptæ, rõi conſentaneæ, ſimplices, congruentes, non obſoletæ, nõ diſſonæ, neq; repetitæ, aut inutiles, &c. Forma pro materia ſubiecta, ad iuriſdictionũ, quibus omne ius redditur, filũ, initia, progreſſus & finem cõpoſita, ex edicto perpetuo: quod omnia ferè iudicia, cũ ſuis cauſsis & materijs hunc ad modũ complectebatur. Finis, ut omnis Romana Iuriſprudẽtia in unam conſonantiã redigi, & ad uſum fori perennè accõmodari poſsit. Effect⁹, quòd habeát Pandectę uim legũ, & ex ijs ius dici ac recitari debeat, perinde ac ex reliquis Iuſtiniani libris. Adiacẽs, interpretatio quæ fieri debet ex morib. & uſu populorũ [a], iuriſdictione magiſtratuũ [b], prudẽtia Iuriſconſultorũ [c], authoritate principis [d]. Affinia, ſtatuta, priuilegia ciuitatum, aliarumq; uniuerſitatũ [e], & conſuetudines regionũ [f], quæ nunc pro iure uſurpantur [g]. Sed Codex maximè Pandectis uicinus. Nam ad eandẽ perpetui edicti ſeriẽ uterq; liber eſt informatus. Et primò quidẽ Codex: ſed hic mox eſt abolitus, nouo Codice, poſt ęditas iam Pandectas, recõcinnato: quo nunc utimur. Itaq; rectè huic Pandectæ anteponũtur: maximè cum hæ præ illo legendæ & euoluẽdæ ſint, tam de Iuſtiniani præſcripto [h]: q̃ ex recto ſtudiorũ inſtituto. Hæ.n. ad θεωρίαν, Codex ad praxin magis facit: quod gen⁹ ultimo loco iam adultis, & ad forũ ex ſchola properãtibus, eſt proponendũ. Contraria, ſunt ἀντινομίαι, malitioſa iuris interpretatio, & ex edicto Iuſtiniani, cõmentationes ac gloſſemata, præter παράτιτλα, his adiecta: ut hæc omnia ex longis Iuſtiniani cõſtitutionibus, quas uice proœmij Pandectis & Codici præmiſit, & aliunde intelligi etiam poſſunt [i].

a *l. minimè. 22. l. ſi de interpretatione. 36. cum l. ſeq. de legib.*
b *l. non poſſũt. 11. cum l. ſeq. eo. tit.*
c *l. 2. §. his legibus. 2. de origi. iur. l. nam ut ait. 12. de legib.*
d *l. & ideo. 10. cum ſequ. de legib. l. 1. l. ult. C. eod.*
e *§. penul. C. de Iuſtin. Cod. confir.*
f *l. de quibus. 31. cum ll. ſequent. de legib.*
g *uide l. 1. 2. & ibi. Dd. C. quæ ſit long. conſue. l. 3. de ſepul. uio. ca. ult. & ibi Cano. ex̃. de conſuet.*
h *conſt. omnẽ, etc. alijs proœm. Pan.*
i *l. 1. 2. C. de uet. iur. enuclean. &c.*

DIGESTORVM
LIBER I.

1. De iusti cia & iure.

IVs in libris nostris Iurisprudentiam Romanã, quæ una illis explicatur[a], significat[b]: quo sensu Vlpianus[c] ait nomen iuris à iusticia 1 descendere: quòd hæc illius uelut parẽs est[d], & circa hanc ritè distribuendam, oẽ illud uersatur[e]: adq; normã huius uniuersum congruere debet[f]: & in id deniq; unum collineare, ut iusticia in cõitate ciuilis uitę seruetur[g]: eoq; definitur esse ars, hoc est, doctrina boni & æqui[h], id est, iusticiæ uniuersalis & particularis[i]: & ut philosophia non simulata sed uera, utilis recta sub nomine Iurisprudentię, idem tñ subiectum significante, diuinarũ atq; humanarũ rerum noticia, iusti atq; iniusti sciẽtia[k]. Hoc ius Romanũ à materia & fine in publicũ, quod ad statũ rei Romanæ pertinet, & priuatũ, quod ad singulorũ spectat, utilitatem, distribuitur[l]. Illud ex una Reip. necessitate uel opportunitate, hoc ex p̃ceptis aut naturalibus, aut iuris gentium, aut ciuilib. collectũ est[m]. Ex naturalibus cõis naturæ principijs & inclinationibus cum rõe congruentibus, & iuris causam habentibus, quatenus effictũ est, ius naturæ dicitur[n]. Qua uerò parte ex cõi omniũ gentium usurpatione in ciuitatẽ Ro. receptũ est ob honestatem[o] aut utilitatẽ manifestam[p], Ius appellatur gentiũ[q]. Quà porro uel ex institutis particularibus aliarum bene cõstitutarũ Rerumpub. uel ex legibus moribusq; ipsius pop. Ro. deriuatur & constat, Ius ciuile nominatur[r]. Eius causam facit Modestinus[s] aut consensum pop. Ro.[t] scilicet adhuc liberi[u]: aut authoritatẽ principis magistratusq;[x], puta senatus[y], dictatoris, &c. cui populus suum ius tradidit[z], & obedire necesse habet[a]: aut consuetudinẽ[b], qua tacito uelut consensu ius aliquod usurpatur[c] & usu confirmatur[d]. Originẽ 2 porrò ciuilem

2. De orig. iur. ciuil. & omniũ magistra. & de successione Iurisprudentium.

a §.2. uerb. incipientibus nobis exponere iura pop. Ro. b §. sed ius. 2. Instit. de iur. natural. c l.1. de iust. & iur. in prin. d gl. l.1. uerb. iusticia. ubi Dd. h. ti. Iser. in c. 1. nu. 60. quæ sint regal. e c.2. de off. ordinar. c.1. de ord. cognit. c. 1. de offic. de legat. ca.1. de mut. pet. Ias. l. petens. 27. nu.5. Cod. de pac. §. omnium. num.150. Inst. de actio. f l.2. de legib. l. penult. h. ti. l. placuit. 8. C. de iud. Clem. 1. de excess. præla. Nouel. 163. de releua. trib. in prin. g Nou.30. de procos. Capp. Bal. Auth. statuimus. nu.2. C. de Epis. & cler. Cicero lib.1. de Orat. Crauet. de antiq. §.3. h l.1. hoc tit. i l. penul. h. t. l. hac lege. C. de pac. conuent. k in l. iusticia. 10. h. t. in prin. Instit. eo. ubi ius positũ in rub. definitur nomine iurisprudentiæ, & pòst distribuitur nomine iuris. l l.1. §.1. h. t. m l. 1. §. ult. h. t. §. ult. Instit. eo. t. n d. l.1. §. ult. §.1. Inst. de iur. nat. o l. omnes. 9. l. pen. h. t. p §.2.3. cum seq. Inst. de iur. natural. q §.2.3. Inst. de Iust. & Iure. l. omnes. 9. ubi Bar. & Dd. h. t. r uide Instit. de iur. natural. d. l. omnes. h. t. s l. pen. ĵ. de legibus. t l.1. l. de quibus. 31. de legibus. u §. lex est. Institut. de iur. natural. x l.2. §.1.2. cum sequent. de origine iuris. y l. non ambigitur. 8. de legibus. z l.1. de constitut. princip. a l. leges. & t. t. C. de legib. §. sed & quod. Inst. de iur. nat. b §. ex non scripto. eod. tit. c d. l. de quibus l. sed & ea. 34. de legib. d l. si de interpretatione. 36. cum l. seq. eo. ti.

uilem & progreſſum Ro. Iuris idem Modeſtinus hiſtorica narratione fuſius exponit [a]. Materiá Caius uult eſſe perſonas [b], quib. ius redditur, & quarũ cauſa conſtitutũ eſt [c], res de quib. redditur: & actiones per quas redditur: circa quæ tria uelut obiecta ius omne Romanũ tanquam in cardine uertitur. Cęterùm quòd Vlpianus [d] totũ ius in acquirẽdo, conſeruando, aut minuendo conſiſtere ſcribit: id ſcd̃m ſubiectam, de qua agit materiá, hoc eſt, de iure ad res duntaxat pertinente, accipiatur [e]. In quo ſanè quidẽ argumento hoc agitur: aut quemadmodũ quid cuiuſq; fiat: aut qua rõe q̃s rem uel ius ſuũ conſeruet: aut quomodo alienet atq; amittat. Forma iuris uel ſcripto conſtat, uel ſine ſcripto: uelut & contractuũ aliarumq; obligationũ, quæ partim conſenſu, partim ſcriptura perficiuntur [f]. Leges 3 alię quanquá abſq; ſcriptura & fieri & eſſe poſſunt [g], tñ Romanis, quorũ his libris Iuriſprudentia ſolùm explicatur, leges Quiritũ (de his enim nos agimus) ius ſcriptũ ſunt [h]: quod & initiò mox q̃ latæ eſſent in æreas tabulas perſcribebantur [i]: & deinceps in libros primùm Iuriſconſultorũ, pòſt Iuſtiniani ſunt relatæ [k]. Eodemq; S.C. plebiſcita, edicta, rñſa prudentũ, conſtitutiones principũ 4, pari rõe referuntur [l]. Nam hæc omnia Romanis ſcriptura conſtitêre: qui nullo non ſcripto iure, præter cõſuetudines, ſunt uſi [m]: tametſi in alijs Rebuſpub. ut apud Lacedæmonios, etiá leges non ſcriptæ uſurparentur [n]. Sed in libris noſtris de iure & inſtitutis populi tantũmodo Rom. agi diximus [o]: quò etiá duntaxat eiuſmodi definitiones ac diuiſiones pertinere credendũ eſt [p]. Etſi uerò mores & inſtituta pop. Rom. deinceps in cõmentarios Iuriſconſ. indeq; in libros noſtros, atq; ita in literas & ſcripturam magna ex parte relata ſunt [q]: naturá tñ uimq; propterea non amiſerunt ſuam [r]: & abeſſe nequit, quin ſcd̃m leges,

aliæ

3. De legibus & S.C. & long. conſuet.

4. De conſtitutio. principũ.

a l.1.2. de orig. iur.

b l.1.2. de ſtat. hom. §. ultim. Inſtit. de iur. natur.

c l.2. de ſtat. homin. d. §. ult.

d l. ult. de legibus.

e Nam ſumptũ eſt rñſum illud ex lib. 2. Inſtit. ubi de rebus egit: ut Caius & noſter Iuſtinianus. id quod & rñſa inde deſumpta Vlpiani alia indicant. l.1. de ſeruit. ruſtic. prædio. l. 1. comm. prædio. l. etiam. 15. de lega. 1. l. 5. de mor. cauſ. donat.

f §.1. Inſtitu. de empt. & uendit. l. contractus. 14. C. de fid. inſtr.

g §. in his. n. ciuitatib. Inſt. de iur. nat.

h §. conſtat. uerſ. ſcriptum ius eſt lex. Inſt. de iur. nat. l. humanum. 8. C. de legib. l.1.2. h.t. c. lex eſt. diſt. 1. c. erit. uerb. conſcripta. diſt. 4.

i l.2. in fi. C. de frumen. ſeu cano. urb. Conſtan. lib. 11.

k l.1. §. pen. C. de uet. iure enuclean.

l d. §. cõſtat. Inſt. de iur. nat. uid. l. humanũ. 8. C. de legib.

m §. ex non ſcripto. Inſt. eo. t. d. l. de quibus.

n d. §. in his enim. Inſt. eod. tit.

o §.2. uerb. incipientib. nobis exponere iura pop. Rom. §.3. uerb. quod ad ſtatum rei Romanæ. Inſt. de iuſtic. & iur. §.2. uerſ. & pop. Rom. §.3. Inſtit. de iur. natur. l.1. uerb. huius ſtudij quod ad ſtatum rei Roman. de iuſt. & iur. l.1.2. Cod. de ueter. iur. enuclean. & in proœm. Pand.

p d. l.1. §. huius. de iuſtic. & iur.

q ut in l.5.16. de iuriſd. l. ſolent. 6. de off. procoſ. l.4. in quibus cauſ. pign. tac. contr.

r c.2. de præben. in 6. Iaſ. poſt Bartol. num. 36. de legibus. Graſſ. lib. 1. com. op. quæſtio. 1.

aliæ ex alijs ſemper cōſuetudines producantur[a]: ut dubiū nō ſit, & antea ſemper & etiamnū ius Rom. utraq; hac parte conſtare. Finis eſt, ut honeſtè uiuatur: nemo iniuria lędatur: ſuum cuiq; tribuatur[b]: atq; ita conſeruetur in Imperio Rom. iuſticia[c]: quæ eſt conſtans & perpetua uoluntas, ſeu (ut Cicero loquitur) habitus animi & affectio[d], item perpetua & conſtans rōne[e], ſuum cuiq; tribuendi[f], & inde bene uiuendi[g], æqualitatemq; inter homines retinēdi: qui finis eſt omniū Rerumpub. politicus, & ad incolumitatē ſocietatis humanæ inprimis neceſſarius[h]. Virtus, hoc eſt, effectus & officiū huius Iuris eſt, imperare honeſta ac iuſta, uetare his contraria, permittere media, punire ſcelerata[i]: atq; hiſce uelut diſciplinæ frænis, aut ad obedientiā aut ad pœnam ſummos & infimos æquo pariq; iure conſtringere & obligare[k]. Adiacentia, ſimplicitas[l], æquitas[m], ἐπιείκεια[n], uſus[o] &c. Affinia, conſuetudines[p], & ſtatuta locorū particularia[q]. Itē deciſiōes ꝓuinciales, ut Rotę, Neapolitanę &c.[r], Canones[s], dicta patrū[t] leges priuatæ[u], &c. Contraria, denegatio iuris & iuſticiæ[x], iniuriæ[y], calumniæ[z], malitioſæ interpretationes[a], error[b], cōtra rōem placita[c], uel noua[d], hoc eſt, iniuſta[e], &c. Ita præcognitis iuris principijs, unde quid, quotuplex, & quibus ex cauſis, ac quale ius ſit Romanum, intelligitur, ad materiā iam eſt progrediendū: quā diximus eſſe perſonas, res, & actiones. De perſonis prius agendum, quia rebus ſunt digniores[f] & precioſiores[g], maximè in iſto tractatu ubi cauſæ finalis rōem habent, quoniā illarum cauſa ius omne conſtitutū eſt[h]. Perſona hñem ſignificat, quaſi ciuili perſona habituq; indutū[i], cū natura duntaxat duabus cōſtet partibus, anima & corpore: quarū illa longè pręſtantiſsima eſt[k]. Cætera nudus & egens ut cauſa

a c.1. de ſeu. cog.
b §. iuris. 3. Inſt. de iuſtic. & iur. l. iuſticia. 10. eo.
c Nou. 30. 163. l. placuit. 8. C. de iud. l. 1. in princip. de iuſt. & iur.
d li. 5. de Finib.
e li. 1. de Legib.
f d. l. iuſticia. 10. in princ. Inſt. eo.
g l. 1. in fi. prin. de iuſtic. & iur.
h Cic. lib. 1. de Orat.
i l. legis. 7. de legibus. ca. 2. 3. diſt. 3. c. 1. 2. 3. 4. & paſſim diſt. 4.
k l. leges. l. non dubium. cum ſimil. C. de legibus.
l §. cæterùm. Inſt. de legit. agn. ſucc.

m l. in omnib. 71. de reg. iur. d. l. placuit. 8. C. de iud. l. 4. de eo q. cer. loc. n l. bona. 31. depoſ. l. ſi ſeruū. 91. §. 2. de uer. obl. l. pen. de pœn. o l. ult. §. pen. C. de bonis quæ liber. l. 2. C. com. de lega. p l. 4. de cuſt. reor. q l. uni. in fi. C. de Iuſtinia. C. confir. t. t. de decret. ab ord. r Menoch. conſ. 58. nu. 28. s in auth. ut cler. apud propriū epiſc. circa fi. t diſt. 9. 10. Iaſ. in rub. nu. 38. ſi cert. peta. u c. regula. in fi. cū c. ſeq. diſtinc. 3. x l. 2. C. de off. ciuil. iud. Nou. 86. Clem. 1. ubi Zaba. de exceſ. prælato. c. ex tenore. 11. de for. comp. y l. 1. de in iur. l. 1. de appel. l. 5. §. 1. ad leg. Aquil. z d. l. ſi ſeruū. 91. §. ſequitur. 2. in fi. de uer. obl. t. t. de calum. l. 1. ad S. C. Turpil. a l. nulla. 25. l. contra. 29. cum ſimil. C. de legib. b l. q. non rōe. 39. de legib. c l. in his. 15. d. l. q. non rōe. de legib. d l. 1. & t. t. q. quiſq; iur. Rub. de oper. no. nuncia. e l. meminerint. 6. C. unde ui. d. l. 1. q. quiſq; iur. f l. 1. 2. h. t. §. not. Inſt. de iur. nat. g l. in ſeruorū. 10. de pœn. l. ſancimus. 27. C. de ſacroſ. eccle. h l. 1. 2. de ſta. hom. §. ult. Inſti. de iure natur. gen. & ciuil. i l. fundi. de act. emp. l. tutor. de his quibus ut indign. l. 3. ne quis eum, &c. k c. cum. 13. de pœnit. l. ſancimus. 17. in fi. C. de ſacroſ. eccle.

neceſsitatis ac utilitatis in politeuma collocetur aliquod inibiq; ꝑſona quadã ciuili ueſtiatur. Ad perſonã hanc ius ptinet ſtatus 5: ꝗ perſonarũ proprius eſt, & cuius diſcrimẽ iuris eſt[a]: cùm quoad naturã primam, ſexus quidẽ duplex ſit[b], conditio uerò capitis ac ſtatus, una & cõis[c]. Cæterùm ius partim gentiũ, qđ pòſt in ciuitatem Ro. receptũ eſt: partim ciuile, differentiã & ordines, ut in cõitate uitæ fieri neceſſe eſt, inter hominũ capita facit. Iure.n. gentiũ aut liberi ſunt oẽs, aut ſerui[d]: horũ una cõditio[e], illi uel ingenui, uel libertini[f]. Vt autẽ ſerui hoc iure ſunt in ptãte dñica[g], ſic iure ciuili, hoc eſt, morib.[h], & exinde lege xij. tab.[i] iuſti liberi in ptãte patria: ideoq; alieni perhibentur eſſe iuris 6. Iuſti ſunt naturales[k] & legitimi, hoc eſt, ex legitimis iuſtisq; nuptijs[l], concepti ẽt ex quinquagenaria matre[m]: nam & inter decrepitos coniugiũ cõſtat[n]: nec eſt quinquagenarię partus pro monſtro qđ liberis nunq̃ annumeratur[o]: ut nec pãrere fœminã id ætatis: uelut medici teſtãtur. non tñ undecimo poſt mortẽ patris mẽſe[p] editus ſcđm Iuſtiniani quidem Nouellam legitimus eſt, quod tñ iuxtà phyſici damnant & auerſantur: ut & illud, quod perperã deciſum eſt[q], octauo à uirginitate menſe natũ, pro mortuo monſtroq;, aut alieno, abdicandũ. Pro iuſtis ẽt ſunt ꝑ ſubſequens coniugiũ legitimati, ꝗ illis ꝑ omnia adæquant̃[r]. deniq; legitimi facti quopiam actu ciuili, puta adoptione 7, arrogatione[s], reſcripto principis[t], oblatione curię[u] ac ſimilib. modis[x] quib. legitimati in allodialib. tantùm, non ẽt hodie in feudis, pro iuſtis habentur[y], exceptis ijs qui ꝑ ſubſequens matrimoniũ legitimantur: nam hi ẽt in his pro legitimis admittuntur ac habentur[z], quia legitimatio talis ex Iure Canonico pręcedẽs depurgat omne uitium atq; tollit[a]. Porrò natura tantùm filij ſunt, non lege, ſpurij[b], naturales[c], ex damnato coitu concepti[d], &c. qui prorſus & ꝑ omnia iniuſti ſunt: nec iure ciuili,

5. De ſtatu hominum.

6. De his qui ſunt ſui uel alieni iuris.

7. De adoptionib. & emancipationib. & alijs modis quibus ius pat. poteſtat. ſoluitur.

a l.3. cũ ſeq. de ſta. hom. Inſt. de iur. perſo.
b l.4. C. de lib. præt. l. in multis. 9. de ſtat. hom.
c l. hos accuſare. 11. §. pen. de accuſ. l.4. de iuſt. et iur. in princ. Inſt. de liberti. l. ꝗ attinet. 32. de reg. iur.
d l.4. de iuſt. et iur. l.4.5. h.t. Inſtit. de iur. perſo. et de libert.
e d.l.5. h.t. Inſt. de iur. perſo. in fin.
f d.l.5. h.t. Inſt. de iur. perſo. & de ingen. de libert.
g in prin. Inſt. de his qui ſunt ſui uel al. iur. d.l.5.
h l. patre. 8. de his qui ſunt ſui uel al. iur.
i in prin. Inſt. de pa. po. l. in ſuis. 11. de lib. & poſt. k l. ult. h.t. l l.3.4.5. h.t. m l. ſi maior. 12. C. de natu. lib. n l. ſancimus. 26. C. de nup. o l. non ſunt liberi. 14. de ſtat. hom. Paul. lib. 4. ſent. ti. 9. p Nou. 39. §. ult. in Auth. de reſt. & ea quæ parit: contra ꝗ. Alc. diſput. q deci. Neap. 236. r l.6.11. C. de na. lib. §. fi. Inſt. de nup. c. tanta. qui filij ſint legit. §. ult. Inſt. de nup. uid. C. de na. lib. & in Auth. quib. mo. natu. Schurff. conſ. 1. cent. 1. s l.1.2. de adopt. l. pen. in fi. C. eo. ti. §.7. Inſt. eo. t uid. in Auth. quib. mod. natur. & C. de nat. lib. u l.3.5.10. C. de nat. lib. §. aliqñ. 12. Inſt. de nup. x §. in plurimis. 5. Inſt. de adopt. y §. adoptiuus. §. naturales. ſi de feu. fue. cont. ubi Dd. z Alu. & Dd. d. §. naturales. Ang. & alij. §. penul. Inſt. de nup. Schurf. conſ. 1. cent. 1. dixi multis in conſ. 44. a c. tanta. ubi Panor. Fel. Qui fil. ſint legit. b §. pen. Inſt. de nup. l. uulgo. 23. de ſtat. hom. c t.t. C. de nat. lib. d auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.

ciuili, quod eos nõ agnoſcit, in poteſtate aut familia haben tur patris[a]: ſed uentrẽ ut qui plus laborauerit[b], hoc eſt ma trẽ lege naturę tanquã reliquæ animãtes, quo ad conditionẽ & ſtatũ ſequũtur[c]: nõ quo ad ciuilẽ etiam poteſtatẽ[d]: cũ fœmina in poteſtate liberos habere nequeat[e], niſi ex ſpeciali priuilegio principis ac indulto[f]. Eiuſmodi aũt poteſtas certo modo ſoluitur, cũ naturali, puta morte[g]: tũ ciuili, uelut emãcipatione[h]. Et hæc in genere de perſonis ceu πρῶτα quædã ſufficiant. Nã de reliquo earũ iure, pòſt amplius exponetur in tractatione iudiciorũ, quę præcipuè perſonis, à quibus, & quibus ius dicitur, cõſtãt[i]. Alterũ iuris obiectũ, res de quibus ius dicitur, eſſe præmonuimus. Quarũ ſpecies & differentiæ, ex diuiſione, qualitates, ex differẽtijs & proprietatib. dignoſcũtur 8. Res aut corporeę ſunt, aut incorporeæ[k]. Earũ propriũ, ſub tactũ ſenſumq; cadere, diuiſionẽ, traditionẽ, poſſeſsionẽ, uſucapionẽ recipere: his omnia eiuſmodi abſunt, quoniã & corpus abeſt[l]. Rurſum aliæ diuini ſunt iuris[m]: quarũ propriũ eſt, nullius eſſe in bonis[n]: ut ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ[o]: alię humani iuris[p]: quę uel in publico ſunt iure omniũ[q], uel in priuato ſingulorũ[r]: publici iuris, cùm quæ cõmunia ſunt iure naturæ[s], tũ quæ publica[t], tã iure gentiũ[u], & Imperij Rom.[x] quàm iure ciuili uniuerſitatis[y]. Sed de rebus in expoſitione actionũ quib. petũtur, tanquã propriũ illarũ ſubiectũ ac argumentũ plura dici ſolent[z]. Quare ſatis hìc ſit, & hæc de rebus πρῶτα, in ueſtibulo iuriſdictionũ, quibus ius omne concluditur collocari. Tertiũ iuris obiectũ, actiones ſeu iudicia poſuimus: quorum cõprehenſione & expoſitione, cùm edictũ perpetuũ, tum noſtri libri, qui ad eiuſdem formã cõcinnati ſunt, omne ius cõplectuntur & perpurgãt[a]. Ea nimirũ explicatio ducitur à magiſtratibus qui iudicijs præſunt[b], eorumq; officio, quod illa ſuſtinet[c], uelut à capite ſuo[d]. Ordo & corpus magiſtratuum populi Rom. (nam de his tãtùm agitur in iure noſtro, quod Romanorum duntaxat eſſe diximus,

8. De rerũ diuiſione & qualitate.

 quan-

a §. pen. Inſtit. de nup.
b No. 156. No. 162.
c l. lex natur. 24. de ſtat. hom.
d in princ. de patr. poteſt. Inſt.
e §. fœminæ. Inſt. de adoption.
f l. nam & fœminæ. 21. h. t.
g in princ. Inſtit. quib. mo. pat. pot. ſol.
h §. præterea. Inſtit. quib. mod. pat. l. emãcipari. 35. h. tit. C. de eman. lib.
i c. forus. de uerb. ſignif. t. t. C. qui legit. perſon.
k Inſtit. de reb. cor. et incor. l. 1. in fi. h. t.
l l. ſeruus. 43. §. 1. de acq. rer. dom. l. 2. §. ſi iter. de act. emp. l. ſequitur. 4. §. ſi uiam. 16. de uſuc. l. ſeruitutes. 14. de ſeruit. l. ſi ego. 13. §. 1. de Publ. in rem actio.
m l. 1. hoc tit.
n §. nullius. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 6. §. 2. hoc tit.
o d. l. 6. §. 2. hoc tit. §. ſacræ. Inſtit. de rer. diuiſ.
p l. 1. h. t.
q l. 2. 3. 4. 5. h. t.
r §. ſingulorum. Inſtit. de rer. diuiſ.
s l. 2. 3. 4. h. t. §. 1. Inſt. de rer. diuiſ. l. 1. cum ſeq. de acquir. rer. dom.
t l. 5. h. t. §. 2. Inſt. de rer. diuiſ.
u d. l. 5. d. §. 2.
x l. bona. 15. de uerb. ſignif.
y §. uniuerſitatis. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 5. §. 1. h. t.
z §. 1. Inſt. de actionib.
a l. 2. C. de uet. iur. & in proœm. Pand. l. 12. de ſtat. hom. §. ult. Inſt. de iur. nat. gen. & ciuil.
b de iuriſdict. cum mul. tit. ſeq. l. cum prætor. 12. de iudic.
c l. 1. 3. cum ſeq. de iuriſdic.
d c. forus. de uerb. ſignif.

quanquam ob æquitatem ab omnibus ferè populis pro iu re quodá gentium uſurpari magna parte modò cœpit) eſt ſenatus 9: in quo & ipſo ordine ac collegio olim actiones & iudicia ſæpius exercebantur. Genera duo: alterũ urbanũ, alterum prouinciale[a]. Vrbanorum magiſtratuũ ſummi & ordinarij in Repub. Cõſules 10. ná dictatura extra ordinẽ neceſsitati dabatur[b]: de qua in ordinarijs magiſtratib. agi nihil eſt neceſſe: præſertim cum ad Cæſares, qui perpetui Dictatores ex lege regia haberentur, inde uſq; à temporibus Iuriſc. & perpetui edicti, unde Pandectæ deſumptæ ſunt, ea iam eſſet tráslata. Conſulibus porrò ſub Auguſtis pares uel etiá ſuperiores fuêre præfecti prætorio[c] 11: uelut principis uicarij[d] cum mera imperij poteſtate[e]: ité præfectus urbis 12 cum poteſtate minore & mixta: rerum nempe criminalium in urbe tátùm ac Italia, nomine principis iudex[f]. Secundum hos cauſarũ ciuilium potius quàm criminalium cognitores[g] ut quæſtores 13, conquirendis cuſtodiẽdiſq; pecunijs publicis cũ iuriſdictione pręfecti: & prętores 14, iuriſdictioni duntaxat ciuili, non criminali (niſi in leuioribus[h]) ad tribunal præpoſiti: quorũ illi digniores antiquitate originis[i], hi dignitate & poteſtate iuriſdictionis[k], in libera adhuc Repub. antecelluerũt. Qua tépeſtate prætores creabátur, numero cõplures, pro Reipub. neceſsitate & uſu: alij minores[l], duo maiores[m]: ac in his quoque alter princeps, & reſpectu alterius, authore Feſto, maior, qui ciuibus: alter, qui peregrinis ius diceret[n]: unde edicta tá urbana ciuibus, quàm prouincialia peregrinis ꝓpoſita[o]: quorum multa in libris noſtris métio. Sub Impp. dominatu, uice uerſa diminuta horũ eſt authoritas[p], creuit cũ imperio quæſtura[q]: uſq; eò, ut pro altera principis manu, alteroq; oculo haberetur: libris, hoc eſt, orationib. & literis ac ſcrinijs principalibus præfecta[r]. In quo munere qui eſſent, cádidati principis appellabátur[s]: quòd ueſte cádida, in argumentũ integritatis, uterẽtur. Hodie Cancellarij dicuntur.

Præ-

9. De ſenatoribus.

10. De officio conſulis.

11. De officio præfecti prætorio.

12. De officio præfecti urbi.

13. De officio quæſtoris.

14. De officio prætoris.

a l. 7. in fin. de off. proconſ. l. 2. §. 17. de orig. iur.
b l. 2. §. populus. 10. de origiur.
c uide C. de of. præfec. prætor.
d l. 1. C. de off. uica. l. quilibet. 3. l. ne quis. C. de decurion. l. à procoſ. C. de appellat.
e uide Cuiac. hîc in Parat.
f l. 1. & t. h. t.
g de quæſtor. l. 2. & 3. uide C. ubi cauſ. ſta. de prætore, l. 1. in fin. de ſuſp. tuto.
h l. 3. de ſuſpectis tutor.
i l. 1. h. t. l. 2. §. deinde. 12. de orig. iur.
k d. l. 2. §. cũq; is. de origin. iur. & J. de iuriſdict. §. prætorũ. Inſtitut. de iur. natur.
l l. 2. §. 12. de orig. iur. Nouell. 13. 25. 26.
m l. ſi apud utrunque prætorem, h. tit. urbanum & peregrinum. C. de appellat.
n d. l. 2. §. 1. 2.
o ut l. 1. de alie. iudic. mutan. cauſ. l. 1. & tot. tit. quod cuiuſq; uniuerſitatis. Inſcriptione l. 5. de interrogat. actio.
p l. 1. 2. h. t.
q l. 1. h. t.
r l. iubemus. 34. C. de appel. l. 1. 2. C. eo. t. l. comperimus. 12. l. ult. C. de prox. ſacr. ſcrin. l. 2. C. de pet. bon. lib. 10. l. ult. C. de diſcuſſ. lib. 10. Nou. 53. 11. l. eos. C. de excuſ. mun. lib. 10. l. 5. C. qui mil. lib. 12. No. Valen. de homic. & l. 1. de offi. quæſt. C. Val. Procop. lib. 1. de bell. Perſ. Niceta. lib. 7. De his uide plura apud Cuiac. l. 2. C. de pet. bon. lib. 10. & l. ult. C. de diſcuſ. lib. 10.
s l. 1. h. tit.

15. De officio præfecti uigilũ.

Præfectus annonæ [a], itẽ uigilum 15, ac custodiarum quæ arcendis noctu incendijs & tumultibus excubabãt [b], propriè magistratus non est: quoniã extra ordinem ius dicit [c]. Vrbanis tamen magistratibus, quorũ uices noctu præsertim gerit, rectè accensetur [d]. Prouinciales magistratus aut uniuersales sunt, ut procos. 16 horũq; legati [e]: unus uel plures [f], à Senatu dati: cum amplis. hoc est, consulari potestate [g]: ad gubernandas prouincias consulares missi [h]: & his paulo minores ac absque legato [i] (cum ipsi sint legati Cæsaris [k]) præfectus Ægypto Augustalis 17, rectoresque proprætores & præsides 18, prouincijs impositi Cæsareis [l] principali diplomate [m], aut speciales sunt seu particulares: uel præpositi alicui causarum uniuersitati [n], ut procuratores Cæsaris, seu rationales 19 causis rebusq; fiscalibus: uel præfecti alicuius prouinciæ, ciuitati, locóue particulari: ut Iuridicus Alexandriæ 20, Ægypti: ad speculandas res præfecti Augustalis, cui non subijceretur, opportuno loco collocatus: uel ab his ipsis mandatam habentes iurisdictionem 21, aut omnem, aut in una specie [o]: ut iudices pedanei, qui sicut legati procos. sic tanquam uicarij præsidibus adiungebantur [p]: regulariter quidem delectu principis [q], uel præfecti prætorio [r], quemadmodum legati electione Senatus: interdum uerò, & ad minores causas, ipsius arbitrio præsidis, ob publicam utilitatem [s], aut necessariam ipsius rectoris absentiã [t]. Quibus pedaneis ut in urbe prætores [u], sic in prouincijs præsides (uelut & procos. legatis) iurisdictionem mandabant [x]. Ab hoc autem ordine cui sic generatim mandatur iurisdictio, omnino distant priuati iudices ad singulas dati causas & species, ac delegati [y]: qui nullam omnino iurisdictionem aut potestatem habẽt [z]: cuiusmodi ferè sunt etiã assessores 22, quibus nõ tota iurisdictio, neq; totius causæ cognitio, ut pedaneis [a], sed pars tãtùm [b], demandabatur ut examinatio [c], nõ etiã definitio [d], propterea quòd adessent & haberentur, non gratia iuris dicendi,

16. De offi. proc. & legati.

17. De officio præfecti Augustalis.

18. De officio præsidis.

19. De offi. procuratoris Cæsaris & rationalis.

20. De off. Iuridici Alexandriæ.

21. De officio eiuscui mãdata est iurisdict.

22. De officio assessorum.

a *l. 2. §. 17. de orig. iur.*
b *l. 3. h. t. d. l. 2. de orig. iur.*
c *d. l. 2. §. 17. de orig. iur.*
d *ut l. 1. 2. ubi Bart. quis à quo appell. l. 1. C. de off. eius qui uic. l 3. h. t.*
e *l. 4. h. t.*
f *l. 2. quis à quo appell. l. pen. uerb. legat. de off. eius.*
g *l. si in aliam. 7. in fin. h. t.*
h *uid. l. 2. §. capta. cum seq. de orig. iur.*
i *l. 1. §. suspec. ad Turp. Gouean. l. 1. de iurisd.*
k *l. 1. uerb. legati Cæsaris. l. pen. de offi. præsid.*
l *Dion, Strabo, Suet. Tacit. in uita Augusti, Dion lib. 53.*
m *l. sæpe. 8. cũ l. seq. h. tit. & in Auth. de man. princip.*
n *l. solet. 16. de iurisd. l. 5. de off. proc.*
o *uide l. solet. 16. cum l. seq. de iurisd. l. 4. de off. proc.*
p *l. generaliter. 9. de off. proc. l. pen. l. ul. de off. eius cui man. iurisd.*
q *§. 1. cum seq. in Auth. de iud.*
r *l. 2. C. de off. eius. qui uic. rec. pro.*
s *l. 2. C. de ped. iud.*
t *l. ult. eo. t. l. 1. de off. eius cui man. iurisd.*
u *l. solet. 16. cum l. seq. de iurisd.*
x *l. 4. §. post hæc. 5. cũ ll. seq. de off. proc.*
y *l. ult. C. ubi & apud quem cog. in integ. restit.*
z *uid. Gou. de iurisd. Cuia. No. 53. parte 3.*
a *l. pen. l. ult. de off. eius cui man. iur. d. l. 1. C. de off. eius. qui uic. rec*
b *§. illud. in Auth. de iud & de his accipe. l. 5. de re iud.*
c *§. iudices. in Auth. de iudic.*
d *d. l. 5. d. §. illud. No. 60.*

di[a],ſed conſilij ſuggerendi[b],unde conſiliarij dicti[c]) atq; adeò,ut nomen oſtendit, in iure ius dicenti aſsiderent[d]: ex quo intelligi poteſt, quantum à pedaneis diſtent[e]: etiamſi Alciatus in alia omnia tranſierit[f].

a l.ul. C.de offic.aſſeſſ.
b l.1.l.5.h.t.
c d.l.5.l.1.l.5. C.eod.
d uide ff. & Cod. quæ dixi ad hũc tit.
e §. 1. §. iudices. §. appellationes. §. ſi quis. §. audient. de iudici. §. illud. de defenſ. ciuit.in Auth.
f Parerg. lib.1. cap. 41. & l. pe. C.de pac.

LIBER II.

HOrum porrò magiſtratuum non una in iure reddendo eſt iuriſdictio 1: maiores enim Imperium habẽt merum,hoc eſt,ius gladij[a],medij mixtũ[b],inferiores iuriſdictionẽ[c], nonnulli etiam iudices, ſcilicet dati,cognitionem tantmumodo[d]. Iuriſdictio dicitur à iure dicundo, quod eſt à Græco δικάζω[e],proprieq; ſignificat notionẽ[f],hoc eſt,cognitionẽ & definitionem cauſarum, quæ iure magiſtratus cõpetit[g]:quã hodie ordinariam uocant, ut & ordinarium iudicẽ,hoc eſt magiſtratũ[h],eum cui Reip.procuratio ſeu iudicium,iuriſq; dictio,publicè à populo uel principe data eſt[i],ut eam ſuo iure, hoc eſt, ex officij ſui poteſtate habeat[k]. Mandata iuriſdictio non eſt abſolutè iuriſdictio, ſed relatiuè:mãdata ſcilicet[l],ſeu uicaria[m]:multo minus iudicis delegati ſeu dati cognitio[n],iudicatio[o],notio[p]: unde cognitor appellatur[q]. Itaq; nec propriè hoc genus iuriſdictio dicitur[r]:ut nec imperium[s],quod à iuriſdictione ſeiunctum eſt[t]:quãuis officio ius dicentis,hoc eſt ſuperioris magiſtratus,qui pro tribunali ius dicit[u],imperiũ cõtineatur[x]: quia plerũq; cum tali magiſtratu etiã imperium detur[y]: ſicut uice uerſa,cui imperium cõpetit, penes eundẽ eſt cum plurimũ iuriſdictio[z]. Vnde definitur eſſe magiſtratus, qui cũ aliqua poteſtate eſt[a]:hoc eſt,cũ imperio[b]. Nam nec imperiũ abſq; notione exerceri facilè poteſt, aut etiã debet[c]: nec iuriſdictio ſine imperio & poteſtate coercẽdi[d]:quomodo & Æſchines ait inutilẽ eſſe magiſtratum,niſi neruos habeat imperij,quibus ad obedientiã adducere & cõſtringere

1. De iuriſdictione.

a l.3.h.t.l. nemo.70.de regul. iur. l. 1. de offic. eius. cui man. eſt iuriſd.
b l.3.h.t.
c d. l. 3. l. unic. ſi quis ius dicen. uer. non tamẽ duumuiris. l. & quia.6.h.t.
d l.5. de re iud.
e Var.lib.4.de lingua Latina. f l.notionem.99.de uer.ſign.l.ait.5.de re iudic. g l. 4.§.fin.l.ſolent.6.de offi.proconſ.l.1.de off.eius cui man.eſt iuriſd. h uide ex̃.de offi. iud.ord.& C.de off. diuerſ.iud.& de off. eius qui uic. gerit. & paßim Cod. lib.1. & in Nouel. i l.eum.13.hoc tit. k l.5.hoc tit. l l.5.6.& paßim.hoc tit. m l.ſolet.16.hoc tit.l.1.2.quis à quo appel. n d.l.notionem.99.de uer.ſign. o l.4.§.non omnis.8.de re milit. p l.5.de re iud. q l.1.C.qui pro ſua iuriſd. r l.5.h.t.l.5.de re iud.l.4.de int.ac. s l.ea.26.ad mun. t l.1.de off.eius.l.3.h.t. u l.1.de iud.l.2. ſi quis in ius uoc.l.3.de off.proc.l.qui iuriſdict.10.h.t. x l.1.h.tit.l.1. de off.præf.urb.
y l.1.§.1.de off.præf.urb.l.4.l.de omnib.10.l.congruit.13.de off.præſid.l.6. de off. proc.
z l.3.hoc tit. a l.eum.13.de iuriſd. b l.poteſtatis.215.de uerb.ſign. c l.nec quicquam.9.de off.proc. d l.1.in fi.l.2,l.ul.de off.eius.l.2,h.t.

re contumaces posſit. ἐν πλάτει tamen, & pro ſubiecta materia, etiam iuriſdictionis nomine, abſolutè poſito, uenit[a] tá mandata iuriſdictio[b], (à qua tamen iudicis dati cognitionem, ut ſpeciem à iuriſdictione ſeparatam excludimus[c]) quàm imperium[d]: quod eſt aut merum, hoc eſt, prorſus à iuriſdictione ſeparatum, ut ius gladij[e]: quia non adhæret iuriſdictioni magiſtratus, neq; cũ ea in genere legibus Ro. transfertur, ſed ſeparatim uelut priuilegio mandatoq; ſpeciali conceditur[f]: aut mixtum[g], cum iuriſdictione ſcilicet, cui adhæret[h], & cum qua uniuerſaliter tranſit[i]: ut apparet in danda bonorum poſſeſsione[k], uel iudicis dandi licẽtia[l]: hoc eſt, poteſtate dandi iudicẽ, quæ ordinariæ iuriſdictioni ineſt, & cum ea transfertur[m]. Cum igitur tam uariæ ſint iuriſdictionum ſpecies, & diſtincta tribunalia ac cognitiones, quæ ſuper hæc materijs etiam uariant (nam hic ius dicit de Eccleſiaſticis[n], ille de temporalibus[o]: alius de feudalibus[p], quidá de criminalibus[q]: alij de pecuniarijs duntaxat, uel omnibus, uel certæ tantùm quantitatis[r]: hi ciuibus[s], illi peregrinis[t]) hac de cauſa opus eſt in omni iudicio rectè inſtituendo, ut pro cuiuſque controuerſiæ qualitate, competens iudex adeatur[u]: alioqui cauſa ſtricto iure cadit, qui ad uetitum examen eam trahit[x]: aut certè quod nunc ex æquitate magis receptũ eſt, nihil efficit: cùm propoſita exceptione declinatoria[y], quicquid apud incompetentem fit, ad nihilum reducatur[z]. Cæterùm & illud neceſſarium eſt, ut coram iudice competente actio, qua actor à reo aliquid petat, ædatur[a]. Ea quondam ædebatur aut ex albo magiſtratus[b], quod perpetuæ iuriſdictiõis cauſa proponi ſolet[c], nec citra pœnam quingentorum aureorũ corrumpi poterat[d], penè ijſdem quibus edictum conceptum eſſet, uerbis[e]: etiá ad albũ producto aduerſario, & demonſtrato inibi, quid actionis ex qua parte clauſuláue dictatu-

e rus

2. De euictionibus, & duplę stipulationibus.

euictione 2, si tertius aliquis rem emptam, iure dominij, uel alio quopiam reali, ab emptore recuperet euincatque per iudicem, & auferat [k]. Nam ad hanc cum omni sumptu præstandam ex natura contractus, aut quæ adijci solet duplæ stipulatione uenditor tenetur [l]: si quidem legitimè, & pendente lite euictio denunciata ei sit [m], nec illa denunciatio frustratoria futura sit [n], neque exceptiones quæ euincenti obijci possunt iustæ per negligentiam sint omissæ [o]: ut exceptio rei aliquando uenditæ 3, hoc est, ab ipso

3. De exceptiōe rei uenditæ & traditæ.

euincente alienatæ (uendere enim hîc quemlibet alienationis titulum, larga significatione designat [p]) atque traditæ: quæ ipsum agentem possessionis quæ repetitur, laudet authorem, eoq; à limine iudicij excludat [q]: secundum regulam: Quem de euictione tenet actio, eundem agētem multo

a l. sciendum. 19. §. deinde. de ædil. edict.

b l. 1. C. de ueter. iur. enucl.

c l. si uenditor. 28. l. ædiles. 38. l. 43. §. 6. hoc tit.

d l. redhibitoria. 45. hoc tit.

e l. 1. 2. C. eod.

f l. si quid. 18. l. iustißimè. 44. & passim h. t.

g d. l. si quid. 18. l. bouem. 43. §. aliquando. 6. eod.

h d. l. bouem. 43. §. aliquando. 6. hoc tit. i Angel. d. §. aliquando. Cremen. sing. 160. k l. non tantum. 24. hoc tit. l Bartol. contra gloss. l. 1. l. si controuersia. l. si status. C. de euiction. l. uenditores. de uerbor. obligation. l. 6. C. de euict. l. 11. de action. empt. l. quòd si nolit. 31. §. quia aßidua. 18. de ædil. edict. uid. l. 6. 7. 8. 16. 17. C. de euict. m c. ult. de empt. l. 17. 20. 23. C. de euict. uid. distinct. Bart. & Dd. l. si rem. 28. §. fin. hoc tit. l. qui concubinam. §. si hæres. de lega. 3. Mar. in Spec. part. 6. §. authoris laudatio. 5. n l. emptor. 8. ubi Bald. num. 4. C. eod. Crauet. consil. 83. num. 6. cons. 179. nu. 6. l. ex empto. 11. §. uenditorem. 4. de act. empt. l. si fundo. 53. §. fin. de euiction. Fulg. l. si ideo. eod. tit. rubr. in §. morte. num. 218. de op. nou. nunc. o d. cap. ult. l. si fideiussor. manda. p l. statuliberi. 29. in fi. de statuliber. q l. 6. C. de fid. instrumen. & iur. hastæ fiscal. lib. 10. ubi Bart. Ang. Ioan. de Plat. Phil. Franc. cap. 1. pag. 29. de lit. contest. in 6. Soc. cap. 1. quæst. 7. except. 26. de lit. contest. Alexan. ad Bartol. l. uir bonus. iudica. sol. Blan. de comprob. quæst. 4. §. allegationes, num. 12, Socin, consil. 38. pro decisione. in fin. uol. 1.

multo magis repellit exceptio[a]: quæ etiam contra fideiuſſorem ualere debet[b].

LIBER XXII.

PRæterea dátur huic pediſſequę actióes qũo uocat l.1. C.de iur.uet.enucl ēt de uſuris 1, quę pro uſu creditæ rei pręſtátur[a], tá cómunibus, qñ ex ſtipulatu tantũ debentur[b], niſi in Reip. uel menſæ argentariæ pecunia, uel ijs rebus quæ menſura conſtant, ubi ex nudo pacto ueniunt[c]: quàm nauticis 2, quæ ob periculũ à creditore contra naturá mutui ſuſceptum[d], uerũ fœnus, hoc eſt, merum lucrum, & quidem maius alijs terreſtribus uſuris continent, etiam abſq; ſtipulatione ex ſola pactione, propter utilitaté traiectionis debentur[e]: item de fructibus, quos res natura fert[f] (unde dicuntur[g]) atq; cauſis, hoc eſt, rei quæ petitur utilitatibus ciuilibus, quæ ex re (ut ita dicá) cauſantur[h]: alijsq; rerum creditarũ acceſsionibus: cum uel ex ſtipulatione pactóue, nõ tñ ſupra duplum ſortis[i] debentur[k]: uel extra conuentionis cauſam ex mora[l]: in bonæ quidé fidei iudicijs à tépore moræ etiá extraiudicialis[m]: in ſtrictis à mora duntaxat iudiciali, hoc eſt, lite cõteſtata[n]: dum tñ cõtractus probatio 3 idonea conſtet: aut ex artificiali documento: puta fide inſtrumentorum 4, quæ fidem faciunt contra ſcribentem[o], ſubſcribentem[p], ſigillantem[q], producentem[r], omneſque quorum uoluntate ſcriptura facta ſit[s], non contra tertium[t], niſi in antiquis[u], item atteſtatione teſtium 5 iuratorum[x], ſaltem duorum[y], qui idoneam ſcientiæ ſuæ rationem reddant[z]: aut probatione artificiali[a]: ducta nimirũ ex ſignis, ſuſpicionib. cõiecturis, præſumptionibus[b] iuris,

1. De uſuris & fructib. & cauſis & omnibus acceſſionib. & mora.
2. De nautico fœnore.
3. De probationib. & præſumptionib.
4. De fide inſtrumentorum.
5. De teſtibus.
6. De iuris & facti ignorátia.

a l. uendicantem. 17. §. de euict. l. exceptione. 11. C. e.t. Dd. l. cum à matre. C. de rei uend.
b l. exceptione. 11. C. de euictionib.

a uid. quæ dixi de uſur.
b l. Titia. 26. de præſcrip. uerb.
c Cuiac. lib. 9. obſer. cap. 15.
d §. item. 15. Inſtitut. quibus mod. re contrah. oblig.
e uide Cuiac. lib. 9. obſer. cap. 15. & paßim h. tit.
f l. fructus. 7. §. ſi uir. 10. ſol. matr.
g Varroni.
h l. reſtituere. 35. de uerb. ſignific. l. Iulianus. 17. l. præterea. 20. l. ſi nauis. 62. de rei uend. l. cum fundus. 31. ſi cert. petat. l. uideamus. 38. de uſur.
i Nouell. 121. & 137. 160.
k l. 4. cum ſimil. h. t. l. 1. C. de iudic.
l l. mora. 32. h. t.
m l. 3. in prin. d. l. mora. §. 1. h. t.
n l. 3. l. lite. 13. l. uideamus. 38. h. t. l. cum fundus. 31. ſi cert. peta. l. moræ. C. de rei uen. l. quod te. 5. l. uinum. ubi Dd. ſi cert. peta.
o l. Publia. §. ult. depoſiti.
p l. ſicut. 8. §. non uidetur. 10. quibus modis pign. Schurff. conſil. 17. cent. 1.
q cap. 2. ubi Panormit. Dec. & Dd. de fid. inſtrumen. Caſtr. & Dd. l. ſi procuratorem. de procurat. & l. quæ dotis. ſolut. matrim. l. 1. §. ſi quis neget. ſolut. matrim.
r l. cum precum. ubi gloſſ. & Bald. C. de liber. cauſ. l. 1. §. æditiones. ubi gloſſ. & Iaſ. num. 12. de ædend.
s l. ad probationem. 21. ubi Bald. C. de probat. Cano. cap. illud. de præſumpt. Bald. Authent. ſi quis in aliquo. C. de eden.
t l. ſi conſtiterit. 8. ubi Bald. C. de fid. inſtrum.
u uide Crauet. de antiq. temp.
x l. iuriſiurandi. C. de teſtib.
y l. ſola. C. eod. tit. l. ubi. ff. eo.
z Dd. in d. l. ſola.
a Ariſtot. Cic. in Top. Quintil. lib. 5. cap. 1. cum ſequen.
b tot. tit. ex. de præſumption. & paßim ff. de probat. & præſumpt.

7.De iuris & facti ignorātia. ris, facti, scientiæ, ignorantiæ 7: quæ regulariter non præsumitur [a], ut nec contractus ipsi [b]. Nam cōuentiones quia facti sunt [c], eo non præsumūtur [d], sed probantur [e]: quoties uerò præsumuntur, eo ipso probantur, quòd non probetur contrarium [f].

a l. uerius. 21. de probationibus. b l. siue. 12. C. de probat. c l. consilio. 7. in fin. de curat. furio. d l. asseueratio. 10. C. de non num. pecu. l. siue possidetis. 12. C. de probat. e l. quoties. 15. uerb. emisse probaueris. C. de rei uendicat. l. cum res. 12. in uerbo, factam emptionē docere debes. C. de prob. cū simil. f l. 2. uer. probaueris. C. si quis igno. rē mino. l. super. 6. C. qui mil. lib. 12. l. 4. de peric. tuto. Bartol. l. qui sub conditione. de condit. & demonstr.

LIBER XXIII.

1.De sponsalibus. Commercijs, unde actiones & iudicia existunt, annumeranda sunt sponsalia 1, & nuptiæ, à ueteri nubendi sponsas ritu sic dictæ: nam pactione & consensu contrahuntur [a]: quæque has consequuntur dotium dationes: quas & ipsas quoddam conuentionis esse genus constat [b]: item donationes propter nuptias, pactaque dotalia, & diuortia: quæ & ipsa pro contractu quodam habentur [c]: certè distractus quidam sunt, qui eiusdem iuris, cuius sit contractus, esse iudicantur [d]. Sponsalia sunt mutua futurarum nuptiarum promissio [e]. 2. De ritu nuptiarum. Nuptiæ 2 seu matrimonium est legitima [f] coniunctio [g] maris & fœminæ [h], consortium [i] & societas omnis uitæ [k]: diuini & humani iuris [l] atque domus communicatio [m]: consensu mutuaque uoluntate conciliata [n]. unde tam ante nuptias, quàm post eas perfectas, uel etiam solutas, iudicia multifariam existunt. Nam ante coniugium ex sponso pactioneue, quæ hîc ex solo semper consensu, tanquam contractu nominato ad agendum est efficax, agitur [o]: ut aut sponsalia perficiantur, aut arrhæ reddantur [p]: aut etiam absque his, officio iudicis implorato, quod loco actionis est [q], ut fides coniugij promissa impleatur [r]. Constante aūt matrimonio agitur [s], ut dos, quæ est substātia mulieris [t], ad subleuāda cōiugij onera marito pacta detur [u] 3: Itē ut seruētur pacta dotalitia 4

3.De iure dotium.

4.De pactis dotalibus.

i quum-

a l. nuptias. 31. de regul. iur. l. penult. C. de incest. nupt. b l. contractus. 23. uerb. dotis datio. de regul. iur. l. exigere. 65. de iudic. c l. si uxor. 12. de iudic. l. iurisgentium. 7. §. quinimò. 1. uersic. ut puta. de pact. d cap. de illis. de despon. imp. cap. unic. eod. in 6. l. item. 20. de pet. hæred. e l. 1. hoc tit. de sponsal. f in princip. Institut. de nupt. g l. 1. h. tit. h l. 1. de iust. & iur. in fin. i l. 1. h. tit. k l. si rerum. 57. de re iudic. l. 4. uerb. socia. C. de crim. ex. hæred. l l. 1. hoc tit. m l. 4. C. de crim. exp. hæredit. n l. 4. de fid. instr. l. nuptias. 31. de regul. iur. l. penul. C. de incest. nupt. o Gell. lib. 4. cap. 4. l. 4. l. in sponsalib. 7. l. ult. hoc tit. l. ad exactionem. 6. C. de dot. promis. c. tua. 25. ubi Dd. extrà de sponsal. p l. ult. C. de sponsalib. q l. quòd si minor. 24. §. final. de minorib. Ias. l. 1. num. 8. 9. de iurisdict. r Specul. de sponsal. §. restat. s l. ult. de iur. dot. uide infrà ad tit. C. de rei ux. act. t l. aßiduis. in princip. C. qui potio. in pign. u l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. dotis. 8. ff. eod. tit. Bart. num. 21. & Dd. l. 1. sol. matr.

quālibet nuda[a], quę utilia tñ doti & licita ſint[b], nec ad ſucceſsiones hæreditatum futuras pertineant[c]: neu fundus alienetur dotalis 5 quo nomine rem omnem ſoli leges complectuntur[d], noſtri uerò res etiam mobiles[e], quæ ſeruari poſſunt[f], pecunia excepta[g], cum perire huius debitio nequeat[h]. Dotalis accipitur de inæſtimato[i] (nam æſtimatus pro uendito eſt[k]) qui ne conſentiente quidē hodie fœmina rectè abalienatur[l]. quáquá illud ſanè uerū eſt, cū dos nulla dicta aut data eſt, nihilominus eſſe coniugiū[m] (etiamſi nulla tunc ſubſit dotis actio[n]) quando dotem celebrent nuptiæ: has autem dos non faciat, ſed coniunctorum affectus[o]: cæteroqui nullæ conſtarét inter pauperes: quod eſt dictu abſurdiſsimum.

5. De fūndo dotali.

a l.6. C. de dot. promiſ.
b l.2.3.4.5.6. cum ſeq. h.t.
c l.5. C. de pac. con. l. pactum.15. l. licet.19. C. de pact. l.4. C. de inutil. ſtipulat.
d l. unica. C. de rei uxo. act. l.3. cap. de iur. dot. l. 1. cap. de ſeru. pig. da. l. res quæ. de iur. dot.
e Bart. l.1. numer. 18. ſol. matr. & Authen. ſiue. C. ad Velleian. l. ſi æſtimatis. ſolu. matrim. cap. penult. de conſuet.

LIBER XXIIII.

ITem ut donationes reuocentur ueræ 1 (nam ſecus in improprijs, ut remuneratorijs[a], reciprocis[b], ob cám[c], mortis cauſa[d]) inter cōiuges cōtra legis XII. ꝓhibitionē à Solone ductā, factę: niſi cōfirmatę ſint morte[e], aut iuramēto[f]. Deniq; ut cōiugiū officio iudicis, cuius & hîc imploratio loco actionis eſt, ꝑ diuortiū diſſoluatur[g] 2: ex iuſta cá adulterij[h], deſertiōis[i], hæreſeos[k], infidelitatis[l], inſidiarū[m], ꝓpinquitatis[n], affinitatis[o], idoneè ſcilicet ꝓbata[p]. Soluto uerò

1. De donationib. inter uir. & uxo.

2. De diuortijs & repudijs.

f l. lex quæ. C. de adm. tuto. g Tiraquell. de retract. prox. §.1. gloſſ. 7. num.103. h l. incendium. C. ſi certum petatur. i l. plerunque.11. de iur. dot. l.2. C. eod. k l.3. pro empt. l. ſed etſi. 7. §.1. de pub. act. Nouell. 61. l §.1. Inſtitut. quib. alien. lic. Nouell. 61. in Authent. ut immob. m Nouell. 74. de liberis & indot. nupt. n l. ulti. C. de donat. ante nupt. o capit. ſed nec uſque. 5. Nouell. 18. de triente & ſemiſſe. cap. nuptias. 1. in Authent. de nupt. Nouell. 22.

a Iaſ. l. ex hoc iure. 5. numer. 55. de iuſtic. & iur. b Mynſing. obſeruat. 33. centur. 2. quidam tamen non aliter ualere uolunt, quàm ſi in caſum mortis concipiantur. Iaſ. & Dd. l. ſi pater. C. de inoffic. teſtam. Vide de his omnibus Tiraquell. l. ſi unquam. uerb. donatione. C. de reuoc. donat. c l. quod autem. 7. §. ſi uir. 2. hoc tit. gloſſ. Bartol. l. ſi uoluntate. C. de dot. promiſſ. d l. ſed interim. 11. §.1. de donat. inter uirum & uxorem. l. ſi pater. ubi Iaſ. nu.2. & 6. C. de inoffic. teſtamen. e l. donationes. 25. C. eod. f cap. cum contingat. de iureiurand. g Specul. tit. qui matrimon. accuſ. poſſ. §. debet. numer. 1. & 3. h cap. 4. 5. de diuort. cap. tuæ. de procur. cap. 3. 4. cum ſequen. de adult. l. conſenſu. 8. C. de repud. i l. uxor. 7. cum Authent. ſequen. C. de repud. §. nouimus. in Authent. de nupt. k cap. de illa. 6. cap. quanto. 7. de diuor. l cap. 2. de diuor. m c. 1. de diuor. d. l. conſenſu. n cap. 2. de diuor. o cap. ult. de diuor. uid. tit. de conſang. & affinit. p cap. 2. 4. 5. ult. de diuor. d. l. conſenſu.

uerò ita ciuiliter, uel per mortẽ etiam naturaliter cõiugio, præſtò eſt bonæ fidei actio[a]: qua petitur, ut dos reddatur 3 nuptiarũ cauſa data[b], quaſi ceſſante cauſa ob quá data ſit[c].

3. Soluto matr. quẽadmo. dos petatur.

LIBER XXV.

NIſi quatenus retineri poteſt[a] (quanquam hæc retentionum iura hodie admodum reſtricta ſunt[b]) uel ex cauſa donationis confirmatæ, morte[c], aut aliter[d]: uel ob mores improbos[e]: uelut ob adulterium[f] uoluntarium[g]: uel ob impenſas 1 neceſſarias[h] aut utiles[i] aut uoluptuarias[k], in rebus dotalibus factas: uel ob res amotas 2, (quarum nomine quoque actio uelut ex contractu oritur:) uel propter liberos[l]: qui pro talibus agniti (uelut agnoſci in dubio debent[m]) alendi ſunt 3 ex patrimonio cõiugum quod repetitur[n], eius inprimis qui diuortio cauſam dedit[o]: aliàs uerò patris[p], in ſubſidium etiam matris[q]. Alendi ſunt autem: nõ ſolùm nati, ſed & nedum nati: quos eapropter uentre inſpecto 4, grauidoque probato, in poſſeſsionem 5 bonorum mitti paternorum petitam, abſque dolo tamen & calumnia 6, ſolenne eſt: neque ſolùm quando ex iuſtis nuptijs, ſed etiam ciuili concubinatu 7 generátur. Cócubinatus enim inter duas perſonas, uelut quoddam coniugij ſchema, quadantenus iure ciuili permiſſus fuit[r]: ſcortatio uerò promiſcua & meretricium non item[s].

1. De impẽſis in res dotales factis.
2. De act. rerũ amotarum.
3. De agnoſcendis & alẽdis liberis uel parẽtib. uel patronis, uel libertis.
4. De uentre inſpiciendo.
5. Si uẽtris nomine in poſſeſsionem miſſa, eadem poſſeſsio dolo malo ad aliũ translata eſſe dicatur.
6. Si mulier uẽtris nomine in poſſeſsiõe calumniæ cauſa eſſe dicatur.
7. De concubinis.

LIBER XXVI.

QVin & ſoluto per mortem uiri coniugio ad hoc agi poteſt, & uerò debet, ut de tutela 1 liberis pupillis proſpiciatur[a]. Id quod implorato officio magiſtratus, qui ſummus tutor eſt[b], expediri & impetrari conſueuit[c]. De quo hoc etiam commodius iſto iam loco tra-

1. De tutelis.

 ctatur,

a §.fuerat. Inſt. de act. l. un. §.cũaũt. C. de rei ux. actio. b l. ul. C. de do. ante nupt. l. 3. de iur. do. §. ſed nec. in Authẽ. de trien. et ſemiß. Dd. l. 1. ſolut. mat. c l. ult. de cond. dic. ſine cau. a Vlpia. tit 6. b l. unic. §. taceat. C. de rei uxo. act. c l. donationes. 25. C. de donat. int. uir. & uxorem. d l. cum contingat. de iure iur. l. ſed etſi. 26. de dona. inter uir. & uxo. e Vlpia. tit. 6. f l. Lucius. 38. l. cum mulier. 47. ſol. matr. l. conſenſu. 8. C. de repud. Cano. in cap. plerunq;. de donatione inter uirum & uxorem. cap. tuæ de procurat. g l. ſi uxor. 13. §. penultim. de adulter. h l. 1. 5. 14. 15. 16. de impen. l. impenſæ. 79. de uerbor. ſignification. l. ſi neceſſarias. 8. l. ſi ſeruos. 25. de pignor. actio. l. unic. §. taceat. C. de rei uxor. act. i l. 3. 8. 10. de impenſ. d. §. taceat. k l. 7. 9. 10. 11. eod. l. ſi uerum. 52. de re iudic. l Vlpianus titul. 6. m l. filium. 6. de his qui ſunt ſui iuris. l. 1. l. 3. de agnoſcen. liber. hoc tit. l. 4. de in ius uocand. l. miles. 11. §. defuncto. 9. ad l. Iul. de adulter. n uide Nouell. 117. & 98. & C. de alend. liber. o §. illud. 7. Nouell. 117. in Authent. ut lic. matr. & auiæ. p l. ultim. C. de alen. liber. l. 1. §. idem. uer. pater alere cogitur. hoc tit. q l. 5. §. ſi mater. ubi Bart. & Dd. hoc tit. & l. nec filium. C. de pat. pot. Bal. l. alimenta. nu. 2. C. de neg. geſt. Socin. conſ. 161. pro deciſione. num. 2. fol. 2. r cap. 4. pen. Nouell. 89. & l. 10. 11. C. de nat. lib. s Nouell. 134. a ꝗ. qui pet. tut. b Bart. l. 3. C. de in int. reſt. l. ſi infans. in fi. C. de iur. deli. Bal. l. quicunq;. in princ. C. de bo. quæ lib. c ꝗ. qui pet. tut.

ctatur, quòd ſecundum alimenta, liberis tutela maximè neceſſaria ſit: & poſt cõtractus, qui hactenus expoſiti ſunt, ad quaſi contractus (qui quidẽ antè ob rerũ connexitatem nõ ſunt perpurgati [a]) unde ſimiliter obligationes & actiones naſcuntur, ſit recta uia propter rerum affinitatem, deſcendendũ [b]. In his aũt tutela & curatio inprimis numerantur [c]. Tutela eſt uis, ſeu (ut Theophilus legit [d]) ius & poteſtas, patriæ uidelicet ſimilis, ſeu ui patria (patris enim loco tutor eſt [e]) in capite libero ciuis Ro. necdũ perfecti & municipis cõſtituta [f] ad tuendũ eum, qui per ætatẽ ſe ſua ſponte defendere nequit, iure ciuili data & permiſſa [g]: permiſſa quidem parentibus [h], ut liberis in poteſtate cõſtitutis, eam ſuo arbitratu præſtituant, ex legis permiſſu [i] in teſtamẽto 2 uel codillis [k], unde tutela teſtamẽtaria uocatur [l]: quæ ſi minus ritè cõſtituta ſit, aut ab eo data ſit qui dare nõ poſsit, ut matre [m], patruo [n], authoritate cõfirmatur; prætoris [o] præſidis'ue [p], ex naturali parentũ & propinquorũ affectione [q], ob præſumptam circa liberos & neceſſarios prouidentiam [r]. Data porrò, & immediatè à lege XII. impoſita in illius defectũ, proximis agnatis [s] 4: quos nemo præterea dat, ſed lex ipſa XII. cum ſatiſdatione in uſitata tutores facit [t]: aut ne his quidẽ idoneis exiſtentib. permiſſa 5 ordinario denique magiſtratui [u]: ut is de cõceſſu ueteris legis [x], & more maiorũ [y], etiã conſtitutionib. Principũ [z], honorarios tutores pupillo, ſicut & curatores præficiat [a]. unde rectius honoraria quàm datiua tutela dici poteſt [b]: etiãſi in materia teſtamẽtariæ tutelæ alio ſenſu honorarius dicatur tutor, quẽ non negocij cauſa gerẽdi [c], nec rei noticiæ [d] rationis'ue accipiẽdæ gratia [e] (quãquã pro ſuo officio periculoq; eã exigere debet [f]) ſed ut obſeruatorem cuſtodemq; pater cæteris tutoribus præponit [g]: quomodo & honorarius magiſtratus [h], item honorati [i] & ſpecioſi [k]. Illos tamen ipſos dare quoque magiſtratus in iure dicitur [l]: unde fortaſsis nomẽ eſt tutelæ datiuæ:

2. De teſtamẽtaria tutela.

3. De confirmãdo tutore uel curatore.

4. De legitimis tutoribus.

5. De tutorib. & curatorib. datis ab his qui ius dãdi habent, & qui in quib. cauſis ſpecialiter dari poſsint.

a ut de negoc. geſt. de con. indeb.
b Inſt. de obli. ex q. contra.
c §. tutor. Inſtit. de oblig. ex q. cõtr. l. 5. §. 1. de oblig.
d Inſtit. de tutel. in princ. Δίκαιον.
e Harmenop. lib. 5. tit. 11.
f l. 1. §. 1. de regul. iur.
g l. 1. h. t.
h uide §. 2. Inſtit. de tut.
i l. lege. 130. de uerb. ſign.
k l. 3. de teſtamen. tutel.
l tot. hoc tit.
m l. 2. de cõfir. tutor. & uide C. eod.
n l. 5. de confir. tutor.
o l. 1. & paſſim, de confir. tut.
p §. ult. Inſtit. de tutel.
q l. iſti. 8. in fi. quod met. cauſ. l. nec in ea. 22. ad l. Iul. de adul. uide Alcia. reg. 1. præſump. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
r l. ult. C. de curat. fur. l. de creationib. C. de epiſc. audien. l. amiciſſ. 36. de excuſ. tutor. s l. 5. 6. de legit. tutor. de quib. Cuia. Obſ. li. 11. c. 26. t l. 5. de legit. tutor. u l. 2. l. 3. cũ ſeq. h. t. x §. 1. Inſt. eo. y §. 2. 3. Inſt. eo. z §. 4. Inſt. eo. a Vlpia. tit. 12. b ut in §. 1. Inſt. de bon. poſ. l. et per iuſiur. 13. §. pe. ff. acceptil. c l. 3. §. 1. de adm. tut. d l. q. ſi. 14. §. 1. de ſolut. e l. iure. 26. §. 1. de teſt. tut. f l. 3. §. 1. de adm. tut. g d. l. 3. §. 1. l. ſi quis. 60. §. 1. de rit. nup. h l. 3. C. ubi ſenat. l. 3. C. ut dign. ordo. li. 12. i l. 1. C. de off. ciuil. iud. l. 18. C. de epiſ. l. 1. C. Theod. quib. eq. uſus. t. t. de bon. uehic. li. 11. k l. 5. C. de poſtul. l. ſpecioſis. 100. de uer. ſig. No. 62. l l. 5. de legi. tut. l. 1. 2. 3. cũ ſeq. de tut. & cur. dat. et in rub. ib.

uæ[a]: ut hoc ab honoraria illa teſtamentariorum tutorum curatione diſtinguatur commodius. Quanquam autem petitoribus ceſſantibus, magiſtratus ultrò ſuaque ſponte pupillis de tutore prouidere debet[b]: ut cuius ſupremus ipſe tutor ſit, & in quem paterno eſſe animo debeat[c]: tamē ordinarium eſt, ut non habentibus tutor poſtuletur 6 per matrem uel libertos (qui petere habent neceſſe[d]) uel proximos, implorato nobili iudicis ordinarij, qui imperium ſaltem mixtum[e] habeat[f], officio[g], (quod actionis uice eſſe diximus[h]) in loco conueniente domicilij originíſue pupilli[i], uel ubi maior pars facultatum eſt[k]. Cæterùm ut pupilli patre orbati[l], tutoribus in ętate impuberi regũtur, ſic poſt eam exactam[m], aut cùm alio modo tutela finita[n] uel impedita eſt[o], minores arbitrio curatorum, quos ipſi petũt, magiſtratus eligit, (nec enim teſtamento dari poſſunt[p], quanquam dati confirmantur[q]) ad annum uſque 25. relinquuntur: cum eouſque ob ætatis imperitiam & imprudentiam, ſua necdum ſatis commodè regere poſsint[r]. Tutor tamen potiſsimùm datur perſonæ[s], quæ gerēdis rebus minus eſt idonea[t]: quanquam & bona adminiſtrare 7 debeat[u]. Curator præcipuè bonis curandis[x] (unde & nomen eſt) licet perſonam negligere non debeat[y], quæ minus eo curæ indiget, quo magis pupillari ad omnia per ſe gerenda, ſuccreſcente iam ætate, idonea eſt[z]. nam ex lege in ſuam tutelam uenit[a] (quanquam olim fœminæ, quæ erant in perpetua tutela propriè, non in ſuam tutelam uenire, ſed magis uiri potentes fieri dicebantur[b],) & factionem nanciſcitur teſtamenti[c], iusq; obligandi ſe per coniugium[d], aut aliter[e], non etiam bona ſua[f]: ut quæ in aliena, nempe curatoris, ſunt poteſtate curationeq;[g]. Itaq; in omni adminiſtrationis

6. Qui petant tutores uel curatores, & ubi petantur.

7. De administratione & periculo tutorũ & curatorum.

a l. generaliter. 40. Cod. de epiſcop. & cler.
b l. quod dicis. 6. Cod. qui dare tuto. l. uni. C. ubi petan. tut.
c l. ſi quis. 34. C. de inoffic. teſtam.
d l. 1. 2. cum ſeq. qui pet. tuto.
e l. 2. C. de off. eius qui uic. alic. iud.
f l. 2. C. de off. eius qui uic. rect. pro. l. 3. de tut. & cura. dat. Port. in §. ſed hoc. Inſt. de Attilia. tut. l. 2. C. de offic. eius qui uic. alic.
g uide Dd. hîc, & in tit. C. qui petant tuto.
h d. l. quòd ſi.

i 3

24. §. fin. de minoribus. i l. 5. Cod. qui dar. tut. k l. pupillo. 27. ſuprà de tut. dat. l. unic. Cod. ubi petan. tutor. l. 5. Cod. qui dar. tuto. l l. pupillus. 139. de uerbor. ſignificatio. m §. 1. Inſtitut. quibus mod. tutel. finia. n de curator. uide Inſtitut. quibus mod. tutel. o §. interdum. 3. Inſtitut. de curator. p §. 1. ubi dixi. Inſtitut. de curator. q d. §. 1. l. 2. Cod. de confir. tuto. l. tutela. 7. Cod. de teſtam. tut. r l. 1. 2. 3. de minor. §. 1. Inſtitut. de curator. s l. ſciendum. 20. de rit. nupt. t l. 2. §. 1. l. 5. de reg. iur. §. pupillus. 7. Inſtitut. de inut. ſtipul. u §. datus. 17. Inſtitut. de excuſ. tut. tot. titu. de adminiſt. tuto. x l. in copulandis. 8. Cod. de nupt. l. cum plures. 12. §. 3. de adminiſt. tuto. y l. conſil. 7. de curat. furio. z in princip. Inſtitut. de curat. l. 1. de minor. a l. 5. quibus ex cauſ. in poſſeſ. ea. §. 1. Inſt. de pupill. ſub. b d. l. 5. l. ſi filiæfam. 51. de legat. 3. c l. 5. de teſtam. d in princip‍. Inſtit. de nupt. e l. puberes. 101. de uerbor. obligat. f l. 3. C. de in integ. reſtit. g l. 1. 2. de mino. ubi Dd. & præcipuè Cuiac. ibi. ac d. l. puberes.

tionis ratione, tutor authoritatem pupillo præstat[a] 8, ad integrandam eius in contrahendo personam[b]: curator minori tantummodo consensum[c] in bonorum dispensatione & alienatione[d]: uterque sanè suo periculo[e], eius uerò quem regit, bono & commodo[f], quo eiusmodi munera referuntur[g]. Quocirca etiam ex gestu tutorum & curatorum omni, minores (hoc est, tam pupilli quàm adulti) agunt & conueniuntur 9: unde iudicia quasi ex contractu existunt[h], uel cum tutoribus & curatoribus ipsis, uel cum extraneis illorum nomine & loco. Cum his quidem ex lege XII. durante officio, quando ut suspecti 10 arguuntur, id est, ob malam fidem, culpam, negligentiam officio remoueri petuntur[i], populari (non tamen publica) accusatione[k]. Accusatio propriè est, cum criminis tutor arguitur[l]: actio, quoties culpæ[m] illius damnatum infamia sequitur[n]: hæc nota caret[o]. Sed & absque accusatione, proprio iudicis motu, ex officio nobili remoueri suspectus potest[p]: dum de suspicionibus idoneè constet, sicut constare iusta probatione debet[q].

8. De authoritate & cõsensu tutorũ uel curatorũ.

9. Quãdo ex facto tutoris uel curatoris minores agere uel conueniri possint.

10. De suspectis tutorib. & curatoribus.

LIBER XXVII.

ITem quando nominati, inuitique ad tutelam uocati, se ultrò etiam excusant 1, munusque impositum deprecantur, ex aliqua causa legibus probata, ætatis, dignitatis, professionis, ualetudinis, litis, paupertatis[a]: quæ causa intra quinquaginta dies, ex quo se datos esse tutores uel curatores cognôrint, & proponenda est[b], & exinde probanda[c]: terminandaque intra menses quatuor[d]: non per libellum prætori oblatum supplicatorium[e], sed ad tribunal quod illi opponitur[f] contestatione facta[g], causâque

1. De excusationibus tutorũ uel curatorũ.

a tot. titul. de author. tutor.
b Bartol. & Dd. l. 6. §. iussum. de acqui. hær. Tiraquel. de legibus connub. uerb. consentement. gloss. 4. in princip.
c l. cum in una. 17. §. 1. de appellat. in rubric. de author. tut. & consensu curat. l. cum quædam. 26. Cod. de administrat. tut.
d l. 3. Cod. de in integr. restit.
e l. 1. 2. si tutor uel curator. l. 1. & in rubric. de adm. tutor.
f l. qui negociationem. 59. de adm. tutor.
g l. 4. & tot. titul. rem pupill. sal. for. gloss. l. athletæ. 8. de excusat. tut.
h §. tutor. Institut. de obligat. ex quasi contract.
i l. 3. §. ult. hoc tit. §. suspectus autem. Institut. eod.
k §. 3. Institut. eod. l. 1. hoc tit.
l l. 1. in princip. & §. 1. §. ult. l. 2. 3. hoc tit.
m l. 3. §. ult. hoc tit. l. ult. Cod. eod.
n §. suspectus. 4. Institut. eod.
o d. §. 4.
p l. 1. l. 3. §. præterea. §. si tutor. §. ultim. l. 4. §. 1. hoc tit.
q uide l. apertissimi. 14. & ibi Dd. C. de iud. c. afferte. de præsumpt. l. quicunque. Cod. de ser. fugit. l. non omnis. 6. §. à barbaris. de re milita. l. 3. l. impuberibus. 7. hoc tit. §. 3. Institut. eod.

a uide passim hoc tit. & Institut. eod. imprimis Cuiac. hîc.
b §. qui autem. 16. Institut. eod. l. scire. 13. hoc tit.
c d. §. qui autem. uerb. non probauerit. l. propter. 21. hoc tit.
d l. quinquaginta. 48. de excusat. tut.
e l. excusare. 28. hoc tit. & l. nec quicquam. §. ubi. de offic. procos.
f l. 2. C. quemadmo. testa. aper.
g l. scire. 13. §. oportet. hoc tit.

que partibus citatis cognita penitùs & explorata [a]. Sed & inter hos lis esse potest, durante etiamnum munere, de pupilli minorisue educatione: dum summatim quæritur [b], ubi, quomodo pupillus minórue educari morarive, & ali (de suo tamen [c]) ac institui debeat 2. Et hæc quidem officij tempore, iudicia litesque existere possunt. Illo autem finito (nam quoad durat, ratio reposci non debet [d]) tutelæ actio 3 præsto est in eum qui tutor fuit bonæ fidei [e] in simplum, quæ ideo in hæredem transit [f], de reddenda totius administrationis gestæ ratione, in duplum uerò [g], quæ idcirco utpote pœnalis, in hæredem non est transitoria [h], de rationibus non redditis, sed distractis, ablatis, & conturbatis. Datur & in curatorem huic uicina utilis [i] negociorum gestorum [k] nec enim directa tenetur, qui non sponte gesit [l]: contrà uerò tutoribus & curatoribus contraria tutelæ utilisque curæ nomine negociorum gestorum actio, si quid fortè de suo hi impenderunt, in adultos datur 4. Cum extraneis autem agitur, quando uel loco, uel nomine, uel ex facto illorum administratorum alios conueniri æquum est: loco quidem, ut conuenitur qui pro tutore uel curatore negocia etiam bona fide gesit 5. Nam pro tutore uel curatore, hoc est, perinde atque si uerus tutor curatórue fuisset, pro tutelæ actione, id est, negociorum gestorum utili, quam pro tutelæ uocant, pupillo tenetur [m]. Aut qui cum tutor non esset, dolo tamen malo author in contrahendo, falso tutoris nomine obducto factus est 6: in quem ei, qui hoc authore cum pupillo contraxit, prodita est in factum restitutoria pœnalis actio ex edicto [n]: cuius initium erat, Quod eo authore qui tutor non fuerit, gestum esse dicetur [o], &c. Nomine porro illorum conueniuntur fideiussores, mandatores [p], nominatores [q], qui ipsi ad munus eiusmodi allecti, alium se potiorem, suo tamen tanquam intercesionis periculo nominauerunt [r] (mala enim electio ut plurimùm in culpa est [s]) hæredesque [t] tutorum 7 ac curatorum, & si ne ab

2. Vbi pupillus educari uel morari debeat, & de alimẽtis ei præstãdis.

3. De tutelę & rationib. distrahendis, & utili curationis causa actione.

4. De contraria tutelæ & utili actione.

5. De eo qui pro tutore, proue curatore negocia gesit.

6. Quod falso tutore authore gestum esse dicatur.

7. De fideiussorib. & mandatorib. & heredibus tutorum & curatorum.

a uide Cuiac. & Dd. d. §. oportet. Angel. in §. quæ autem. numero 2. Institut. eod. Dd. l. 11. Cod. de tempor. appellat.

b argum. l. 2. de fer.

c l. 3. §. ult. hoc tit.

d l. 1. 2. 3. 9. §. absurdum. de tutel. & rat.

e §. actionum. Institut. de actio. l. 1. §. 1. hoc tit.

f l. curatoris. 17. Cod. de negoc. gest. l. 1. Cod. de hæred. tut.

g l. 1. §. penultim. l. 2. hoc tit.

h l. 1. § penult. & ultim. hoc tit.

i l. curatoris. 17. Cod. de negoc. gest. l. 3. §. penultim. ff. eod. l. posthumo. 24. hoc titul.

k l. curatorem. 6. Cod. eod.

l l. 3. l. 5. l. si liber. 35. l. cum pater. 29. de negoc. gest. ubi dixi.

m l. 1. §. si quis. l. penultim. de tutel. rat. dist. Paul. libr. 1. titul. 4.

n l. 7. & 9. hoc titul.

o l. 1. hoc titul.

p l. 4. hoc titul.

q l. 2. hoc titul.

r Paul. libr. 2. titul. 28.

s Speculator de execution. §. 1. numer. 2.

t l. 1. 4. ultim. hoc titul. tot. titul. Cod. de hæred. tutor.

ne ab his quidem indemnitati minorum satis poteſt conſuli, magiſtratus ſcilicet municipales (urbani enim qui hęc alijs iniungere ſolent, non tenentur, ſed ſcribæ eorum [a]) qui dederunt, eorumque hæredes 8, de lata duntaxat tamen culpa [b] (quæ magiſtratum quaſi fideiuſſorem, eoque actionem tranſitoriam tanquam ex fideiuſsione facit [c]) puta ſi moniti tutores nõ dederint, aut perperam dederint, [d] (non etiam in fideiuſſores magiſtratuum [e],) qui tutoribus ſcilicet non exiſtentibus ſoluendo [f], ſubſidiaria exiguntur actione [g], quæ tamen priuilegio minorum quod in bonis tutorum habent [h], caret [i]. Niſi culpam magiſtratus omnem abfuiſſe probent: eſt enim pro minore præſumptio, rem non ex bona fide geſtam eſſe, donec contrarium doceatur [k]. Ex facto denique tutorum & curatorum extranei tum ab adultis conueniuntur: (licet non deſit hoc caſu in adminiſtratorem perſonalis actio [l]) cum res minorum 9, quæ ſeruando ſeruari poterant [m] alienatæ obligatæúe perhibentur contra prohibitionem legis [n], per adminiſtratores ſine neceſſaria cauſa [o], eiuſdemq; cognitione, citraque decretum [p]: ſicut & præſumitur iniuſtè talis alienatio facta tantiſper, dum eorum ſolennium interuentus acceſsiſſe probetur [q]: proindeque à quocunq; poſſeſſore uendicantur [r], quamlibet externo [s], etiam ſine precij reſtitutione [t], & interdum cum fructibus [u]. Quæ omnia etiam in eorum curatione obtinere putandum eſt, quibus curatores dantur nõ propter ætatem, ſed furorem, prodigalitatem [x], qua prodigia (ut Fronto ait) faciunt illi qui inde prodigi appel lantur, & furioſis æquiparantur [y] ac pupillis [z]: ob morbum item perpetuum, aliasq; cauſas accidentales conſimiles [a], rerum ſuarum non ſatis prouidis, curatores proximi agnati ex lege XII. cauſa nimirum cognita, authoritateq; magiſtratus præficiuntur [b]. 10 Ab utroq; & tutelæ & curationis huius genere, diſtabat tutela olim muliebris, in quam perpetuam, exacta ætate pupillari, fœminæ ueniebant [c]. Nam harum

8. De magiſtratib. conuenien dis, & eorum hæredibus.

9. De rebus eorũ qui ſub tutela uel cura ſunt, ſine decreto nõ alienandis uel ſupponendis.

10. De curatoribus furioſo, uel alijs perſonis extra minores dandis.

a l.1.§.1.& paſſim hoc tit.
b l.4.h.t.
c l. fideiuſſoris. 24. C. de fideiuſſ.
d l.1.uerſic. magiſtratibus. eod.
e l.1. §. ult. hoc tit.
f l.4.5. cum ſequen. 5. tit.1. l.1.h.t.
g l.1.h.t.
h l.pro officio. 20. Cod. de adm. tutor. & ff. de priuil.credit.
i l.1. §.priuilegium. 12. hoc tit.
k l.1.§.ſi magiſtratus. 12. h. tit.
l l. magis. 5. 9. ultim. de reb. eor.
m l.lex quæ. C. de adminiſtr. tut. l.ult. Cod. de præd. minor.
n l.1. hoc tit.
o l. 3. 4. 5. hoc titul. l.ob æs. Cod. eod. *p* l.5. hoc titul. l.ſi quidem. Cod. eod. *q* l. quæcunque. §. ultim. de publicia. Dd. l. ſciendum. de uerbor. obligatio. *r* l.5. l.quamuis. hoc titul.
s l.penultim. Cod. ſi quis ignor. rem minor. *t* l.4. l.prædiorum. 10. Cod. eod. *u* l.2. Cod. ſi quis ignor. rem minor. *x* l.1. hoc titul. *y* l.1. hoc titul. l.15. cui. 6. de uerb. obligat. *z* l.certi. 9. §. 6. ubi Iaſ. ſub §. quoniam. num. 6. & latiſſ. Rom. ſi cert. pet. l. Fulcinius. §. adeò. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. *a* l.2. hoc tit. §. ſed &. Inſtitut. de curat. *b* §. furioſi. Inſtitut. de curat. l.1. hoc tit. cum ſimil. *c* Cic. pro Flacco. Liuius lib. 4. Deca. 4.

harum tutores non negocia gerebant, sed authoritatē tantùm interponebant [a]: & illarum potius potestate continebantur, quàm ut illas in potestate haberent sua [b]. quomodo nunc moribus etiam Saxon. frequentatur [c].

a Vlpian. tit. 11. Renard. l. cū tempus. 17. de reg. iur. b Cic. pro murena. Renar. d. l. cum tempus. c art. 63. lib. 2. constitut. 15. part. 2. art. 31. 45. & ubique. gl. lib. 1. de quo genere uide Stephan. Fed. de leg. interpre. Boer. consue. Bitur. titul. 1. Ro. & Dd. l. mutuum. de acqu. hær. & eundem Ro. cons. 180. Socin. cons. 93. lib. 1. latè Tiraqu. de leg. connub. in fi. gloss. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

PARS V.

LIBER XXVIII.



VT TVTELA & curatio [a], sic etiam successio quasi contractus est [b], unde multifariam iudicia existunt. Successio omnis aut ex ultima debetur uoluntate, aut sicubi illa deficit [c], ab intestato defertur [d]. Ex ultima uoluntate succeditur, cùm iure ciuili, tum prætorio [e]. Successio ciuilis partim est uniuersalis, partim singularis. Res singulæ codicillis, hoc est, legatis & fideicommissis relinquuntur [f]: testamento 1 autem, quod est hæreditatis datio seu translatio, defertur uniuersitas, hoc est hæreditas, tota [g], quia partim deferri iure testati nequit [h] hæreditas: quę est uniuersi iuris, quod defunctus reliquit, causa [i], & ea re uniuersitas [k]. Testamentum à testatione dicitur [l]. Est enim iusta, hoc est, solennis & integra [m] mentis, id est προαιρέσεως, quæ iudicium mentis & uoluntatem complectitur [n], suprema contestatio: in id solenniter de hæreditate sua facta, ut post mortem ualeat [o]. Hoc porrò aut paganum est, aut militare [p]. Solennia pagani sunt: ut habeat testamenti factionem testator [q]. Non enim om-

1. De testamentis, & qui testamenta facere possint.

k nes

a d. l. 5. §. tutor. de obligat. §. tutor. Institut. de obligat. quæ ex qua. contract. b §. hæres. Institut. de obligat. ex quas. contr. l. 3. §. ultim. l. 4. quibus ex caus. in possess. l. penultim. de stipulat. c in princip. & §. destitutum. 8. Institut. de hæreditat. quæ ab intestat. l. 1. §. sciendum. de suis & legitim. l. ultim. de condit. institu. d l. 3. de pet. hæredit. l. lege. 130. de uerbor. significat. e de bonorum possess. de possess. hæred. pet. f d. l. 2. C. de codicill. §. penultim. Institut. eod. l. non codicillum. Cod. de testamen. g l. unic. Cod. de cad. tollend. h l. ius nostrum. 7. de regulis iur. i l. hæreditas. 62. de regulis iur. k l. 2. de hæredit. uend. l. item. 20. cum l. sequent. de petit. hæred. l. 1. de rei uend. l in princip. Institut. de testament. m uide Budæ. ad Pandect. n §. penultim. §. ultim. Institut. eod. ubi ad rubr. dixi. o l. 1. hoc titul. p in princip. Institut. de milit. testa. q l. 4. hoc tit. in princip. Institut. quib. permiss. fac. testa.

nes teſtamentum condere poſſunt: ut ob ſtatum filijfam.[a] ſerui[b], ab hoſtibus capti[c], damnati[d], capite minuti[e], de ſtatu ſuo dubij[f], & quicunque ciues Rom. non ſunt, quorum propria eſt teſtamenti factio[g]: ob uitium animi impuberes[h], furioſi[i], prodigi[k]: ob uitium corporis ſurdi[l], muti[m]. Deinde ut conficiendo teſtamento teſtes adhibeat idoneos, hoc eſt, ciues Romanos[n] mares[o], ad id rogatos[p], non pauciores (ne quid falſi committi poſsit[q]) ſeptem[r]. hic enim numerus ſacer & perfectiſsimus habetur. Item ut in eo liberos 2 inſtituat tam natos quàm naſcituros, poſthumos ſcilicet[s], quos habet in poteſtate, uel habiturus eſt, directis uerbis[t], aut ſaltem communibus[u], uel (iuſta tamen hodie ex cauſa[x]) exhæredet[y]: ne iniuſtum dicere rumperéue agnatione teſtamentum poſsint 3: denique ne quid in eo uel prætermittat, uel deleat lituris, inducat cancellis, inſcribat alijs literis 4, ut legi nequeat, quod irritum teſtamentum faciat[z]: cuiuſmodi ſunt quæ ad ſubſtantiam teſtationis pertinent[a], ut hæredis nuncupatio[b], cùm primo per inſtitutionem 5, tum ſecundo loco per ſubſtitutionem facta: tam uulgarem, quæ uulgò cuicunque hæredi inſtituto ſubijci poteſt[c]: quàm pupillarem 6, quæ ſubiungi poteſt pupillo tantùm non alieni iuris inſtituto[d], aut exhæredato[e], non etiam præterito[f], qui teſtamentum nullum dicit[g]. Nam iſthic præcipuè conſideratur hæc hæredis aut nuncupatio quæ fit ſine ſcriptis[h], aut inſtitutio quæ facto in ſcriptis teſtamento intexitur[i], eſtque

2. De liberis & poſthumis hæredib. inſtituẽdis uel exhæredandis.

3. De iniuſto, rupto & irrito facto teſtamento.

4. De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur, uel inſcribũtur.

5. De heredibus inſti tuendis.

6. De uulgari & pupillari.

a in princip. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtamen. l. 6. hoc tit. b l. filiusfamil. 16. hoc tit. c §. ultim. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. d l. 9. 13. hoc tit. e l. 8. in fin. hoc tit. f l. de ſtatu. 15. hoc tit. Paul. lib. 3. tit. 4. g l. eum. [illegible]. cum ſequent. de uerbor. ſignificat. in princip. Inſtitut. quibus permiſſ. h l. 5. hoc titul. §. 2. Inſtitut. eod. titul. i d. §. 2. l. 16. hoc tit. cum l. ſequent. k l. is cui. 18. hoc titul. d. §. 2. l l. filiusfamil. 16. hoc titul. m uide §. penultim. Inſtitut. quibus permiſſ. l. diſcretis. 10. Cod. eod. n §. 2. Inſtitut. eod. uide l. qui teſtamento. 20. hoc tit. o §. 4. Inſtitut. eod. p l. hæreditas. 21. §. 2. hoc titul. q l. ultim. Cod. de fideicommiß. r §. 2. cum ſequent. Inſtitut. eod. s l. Gallus. 29. & paßim hoc titul. §. 1. Inſtitut. eod. t de his & precarijs uide Cuiac. Obſ. lib. 11. cap. 25. u uide Dd. l. uerbis. de uulgar. & pupill. x l. inter cætera. 30. ubi Iaſ. Socin. & Dd. hoc tit. & Auth. non licet. Cod. de lib. & poſthum. & in Authentic. ut cum. de appellat. cognoſc. Nouell. 115. cap. aliud. s. y l. 1. 2. hoc titul. z l. 1. 2. & paßim hoc titul. a uide in l. 3. hoc titul. b l. hæredes. 21. de teſtament. c l. cum hoc. 32. §. ſi inter. 19. de donat. inter uir. d §. 1. Inſtitut. eod. l. 1. 2. & paßim hoc titul. e l. 1. 10. penultim. hoc titul. §. 5. Inſtitut. eod. f §. 1. Inſtitut. de exh. liber. iunct. §. 1. & 5. Inſtitut. de pupill. Dd. l. 1. 2. penultim. hoc titul. g l. inter. 30. & paßim de lib. & poſthum. §. 1. Inſtitut. de exh. liber. h §. ultim. Inſtitut. de teſtament. d. l. hæredes. 21. hoc titul. i tot. titul. ff. Cod. Inſtitut. de hær. inſt. uide de utroque genere teſtamenti, §. quia uerò duplex eſt teſtamentorum modus. in Authentic. titul. 1. de hær. & Falcid.

eſtque fundamentum teſtamenti, uel potius ipſum per ſe
7.De conditionib. inſtitutionum. teſtamentum [a], ſiue purè facta, ſiue ſub conditionibus 7
(non etiam in diem aut ex die [b]) licitis & honeſtis [c]: quas
inter frequentiſsima erat olim in ſubſtitutionibus quidem
cretionum conditio [d], hac plerunque formula concepta:
Si hæres intra centum dies non creuerit, Seius hæres
eſto [e]. Etſi autem ita uulgariter in caſum non aditæ hæreditatis etiamnum ſubſtituere licet [f]: tamen cretionum conditio & ſolennitas, quæ in aditionibus erat olim neceſſaria, hodie obſoleuit [g]: ut ſolo nunc animo adire liceat [h]: inque
8.De iure deliberan. locum earum cretionum tam ius deliberandi 8 ſucceſſit [i], quo uti poteſt hæres ad annum [k], interdum ſemeſtre [l], antequam declarare cogatur an adire uelit: quàm ex inuentario reperta eſt aditio [m]: quæ iura ſua hæredi ſeruat integra [n], eoque proficit, ne idem ultra uires hæreditarias teneatur [o]. Sanè quidem ſubſtitutiones etiamſi nulla exprimatur conditio, natura tamen ſua conditionales ſunt [p]: conceptæ nimirum aut in caſum non aditæ ab inſtituto hæreditatis: ut uulgaris [q]: aut etiam in conditionem aditæ, ſed per impuberis mortem uacaturæ hæreditatis: ut pupillaris [r], uel quaſi [s], qua ad exemplum pupilli (unde & exemplaris dicta noſtris eſt [t]) furioſis, mente captis, prodigis liberis, cuiuſcunque ætatis, parentes ea conditione ſubſtituunt, ſi contingat eos in illo mentis uitio rebus eximi humanis [u].

a l. 1. de hæredum inſtitutione. §. ante. Inſtitut. de legatis.
b l. hæreditas. 33. de hæred. inſtitut. §. hæres. Inſtitut. eod.
c l. 1. 8. 9. 14. 15. 20. hoc titul.
d l. cretionum. 17. Cod. de iure deliberandi. Vlpianus titul. 22.
e l. ſi quis. 72. de acquirenda hæreditate.
f l. 2. & paſſim, de uulgar.
g l. eum. 51. §. ultim. de acquir. hæreditate.
h l. pro hærede. 20. de acquirend. hæredita. uide quæ dixi Inſtitut. §. item. 8. de hæredum qualitate.

DIGESTORVM
LIB. XXIX.

1.De teſtamento militis. ATQVE hæc præcipua ſunt pagani teſtamenti ſolennia: quibus pleriſque militare teſtamentum non eſt aſtrictum 1. Nam milites, qui magis arma quàm iura norunt [a], teſtantur quomodo uolunt, quomodo

i d. l. cretionum. uide ff. de iure deliberandi. k l. cum antiquioribus. 19. Cod. eodem. l l. ſcimus. 36. §. ultim. Cod. de inofficioſo teſtamento. m l. ultim. Cod. de iure deliberandi. §. ultim. Inſtitut. de hæredum qualitate. ubi ſcripſi. n l. ultim. §. in computatione. Cod. de iur. deliberan. o d. l. ultim. §. etſi. d. §. ultimo. p l. Iulianus. 26. ſi quis omiſſa cauſa. q d. l. 1. l. 4. hoc titul. r d. l. 4. in princip. Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. s l. humanitatis. 9. Cod. de impuberum ſubſtitutione. l. 4. de uulgar. Duarenus diſputat. 2. cap. 7. ubi exemplarem uocat quaſi pupillarem. t uide Dd. l. 9. Cod. de impuberum ſubſtitutione. u d. l. humanitatis. 9. §. 2. Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione.

a l. ultim. Cod. de iure deliberandi.

modo poſſunt[a]: ita tamen, ſi in numeris & expeditione, actuque militiæ ſint[b], & hæredem nominent[c]: atque iure quidem militari teſtatos eſſe palam fiat (nam in dubio, hoc eſt, ſi actus aliter quàm iure militari ualere poteſt, communi potius uſi iure præſumuntur[d]) eaque re probetur illud duobus ſaltem, in expeditione factum, teſtibus[e], aut ſcriptura teſtatoris[f], aut in acie conditum, ex aliquo ſigno[g]. Effectus utriuſq; teſtamenti ritè in ſuo genere ordinati eſt, ut hæreditates 2 ex eo adeantur aut repudientur: nimirum aperto 3 ſolenniter apud magiſtratum, cuius ea re officium imploratur[h], ſigillis teſtium recognitis[i], intra quintum à morte teſtatoris diem[k], inſpectoq;, & ſi neceſſe cuiquam eſt, deſcripto[l], atq; ita ius omne defuncti quæratur hæredi[m]: qui uel adire ex teſtamento poteſt, ſolo hodie animo[n]: declarato aut uerbis[o] aut facto[p], & geſtu pro hærede[q], quo animus non minus quàm oratione indicatur[r]: uel etiam omittere liberè, & ex animi ſui ſententia repudiare[s]: niſi cum idem qui inſtitutus eſt, ab inteſtato proximus etiam hæres eſt: qui in fraudem legatorum repudiat 4 quæ uitiantur non adita ex teſtamento, quòd clauſula codicillari careat[t], hæreditate[u]: ideoq; hæres quanquam iure ciuili repudiare non prohibetur etiam hoc caſu: iure tamen prætorio uelut honorarius ex teſtamento ſucceſſor[x] quaſi adita hæreditate conueniri poteſt: ſalua tamen Falcidia[y], ſaluoque patronatus iure[z]. Item niſi indignum ſe hæreditate hæres fecerit, uel adeundo ante uindicatam quæſtionibus pœniſque familiæ defuncti necem, ex Senatuſconſult. Syllaniano & Claudiano 5: ex tali enim aditione, uindictam præcedente, bona publicantur[a], non etiam ex apertione teſtamenti ſola, quæ actione populari coercetur, data in centum aureos, qui inter fiſcum & accuſatorem diuiduntur[b]. uel quòd teſtari defunctum

2. De acquirenda uel omittenda hæreditate.

3. Quemadmodum teſtaméta aperiátur, inſpicientur & deſcribátur.

4. Si quis omiſſa cauſa teſtaméti, ab inteſtato uel alio modo poſsideat hæreditatem.

5. De Senatuſc. Syllaniano & Claudiano.

a l.1.h.t.
b §.1. Inſtit. eo. facit optimè Nouell. 70.
c §.2. uerb. declaret quem uelit hæredem. ubi dixi, Inſtitut. eod. l. licet. 14. Cod. de pac.
d l. centurio. ubi Iaſ. nume. 11. Socin. iunior num. 88. per l. in teſtamento. l. quanquam. Cod. de teſtament. Alexand. conſil. 12. numer. 17. uol. 3.
e l. Lucius. 40. hoc titul. §.2. Inſtitut. eod.
f §.1. ubi dixi. Inſtit. eod.
g l. milites. 15. Cod. eod. l. licet. 14. Cod. de pact.
h l. 2. §. ultim. hoc titul.
i l.1.4 5. hoc titul.
k Paul. lib. 4. titul. 6. Nouell. 9. Ius Saxon. 30. diem deſignat.
l l.1.2. hoc titul. uide ff. de tab. exhib.
m l. hæreditas. l. ex cuius. de regul. iur.
n §. antepenult. §. ultim. Inſtitut. de hæred. qual.
o d. l. cretionum. 17. Cod. de iur. deliber. Caſtr. l. pro hærede. 20. in princip. hoc titul. poſt Bar. numer. 5. ibidem & 10. cum ſequent.
p l. gerit. 187. de acqui. hæred. ubi uide Bartol. diſtinctiones, numer. 5. cum ſequent.
q l. pro hærede. 20. eod. titul.
r l. recuſari. 91. eod. l. 5. rem rat. hab. l. de quibus. 31. de legibus.
s l. nec emere. Cod. de iur. delib. uide Cod. de repu. hæred.
t l. eam. 14. Cod. de fideicom.
u d. l. eam. ubi Dd.
x Cuiac. hîc.
y l.1. §. ad eos. ad l. Falcid. l. 18. hoc titul.
z l. penultim. hoc titul.
a l.5. §.1. hoc titul.
b l. lege. 25. §. 2. hoc titul.

6. Si quis aliquem teſtari prohibuerit.

defunctum prohibuerit[a], aut coegerit[b] 6: cui denegatis actionibus excluſo, fiſcus ſuccedit[c]: uel ob aliam aliquam atrocem iniuriam, uiuenti illatam[d] defunctóue teſtatori[e] Et hæc quidem de iure teſtamẽtorum, quibus uniuerſitas hæreditatis defertur. Codicillis 7 porrò nec datur neque adimitur hæreditas[f], niſi fideicommiſſaria[g], hoc eſt, pars hæreditatis aliqua[h]: ſed res aut ſingulæ relinquuntur[i], aut partes, ut modò poſitum eſt, uniuerſitatis: puta quotæ hæreditatis, præter quartam hæredi debitam[k]: idq; titulo ſingulari legati aut fideicommiſsi[l]: eoq; cùm minus iuris codicilli quàm teſtamenta transferant, minore etiam ſolennitate conſtant[m]: uoluntate ſcilicet eiuſmodi citra inſtitutionem declarata[n], corám quinque tantùm teſtibus[o], etiam fœminis, non rogatis[p], qualitercunq;, tam in ſcriptis quàm ſine ſcriptis[q]. Vnde Cuiac. hîc codicillum definit eſſe uoluntatem teſtati uel inteſtati minus ſolennem: cuius tamen uim non obtinent literæ, quibus hæreditas promittitur, uel animi affectus exprimitur[r].

7. De iure codicillorum.

LIBER XXX.

1. De legatis & fideicõmiſsis.

Legata 1 tamen olim teſtamento tantùm, rectè riteq; relinquebãtur[a], aut ſubinde codicillis teſtamẽto confirmatis[b], & dũtaxat ex hæreditate[c] & ab hærede[d] ac Latinis uerbis[e] ſolẽnibusq;[f]: fideicõmiſſa uerò tantũmodo codicillis[g] etiam ab inteſtato[h], ex reliquis quoque bonis: non ſolùm teſtatoris, uerùm & alienis[i]: nedum ab hærede, ſed & à legatario, fideicommiſſario, donatario mortis cauſa, marito qui dotem lucraretur[k]: abſque ulla ſolennitate

k 3

a l.1. & paßim hoc tit.
b l.1.C.eod.
c l.1.h.tit. Cuiac. No.18.
d l.3.l.ſi inimicitiæ. & paſſim de his qui bus ut indig. l.quidã.30.§. ult. de donat.
e l.1.2.5.l.ſi inimicitiæ. 9. l. cũ tabulis.16. l. hæredẽ. 17. eod.tit. l.1. §. 2. de iniur.
f §.codicillis.3. Inſtit. de codicil. l.ſi idẽ. 7.C.eod. l.nõ codicillũ. 14. C. de teſtam.
g d.§.3. Inſtit. eo. l.2. C. eo. l.4. C. de his quibus ut indign. l.quidã. 5.C. de neceſſer. l. Scæuola.76.ad Trebell. l. penult. de condit. inſtit.
h Inſt. de fideicom. hæred. per tot.
i Inſtit. de ſingul. reb.
k l.5. l. in donationibus.12. C. ad l. Falc. Inſt. de fideicommiſ. hæredita.
l §.ult. Inſt. per quas perſ. nob. acq.
m d.l. non codicillum.14. C. de teſtam. ubi Dd. & in l.ult.C. de codicill.
n d.l. non codicillum.
o l.ult.C.eo.
p glo. & Dd. d.l.ult.
q l.ult. uer. ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis. C.eod. l.fi. C. de bon. lib. l. generaliter. C. de ſacroſ. Eccle. Azo nu.4. in rub. C.eod.
r l. literæ.17. de iur. codicill.

a l.10. de manu. teſtam. §. præterea. ubi dixi. Inſt. de fideicom. hæred. Vlpia. tit.20. l. legatũ.116. hoc tit. l. legatum.36. j. tit.1.
b Vlpian. tit.24.25. Paul. lib.4. tit.1. l. diui.6. de iur. codicill.
c l. legatum.116. h.t. l. Stichus.39. de manu. teſt. Paul. lib.3 tit 6. Vlp. tit.24.
d in princ. Inſt. eo.
e Vlpia. tit.25.
f l. in legatis.21. C. eo. §.1. Inſt. eo. ut extãt formulæ in l. etiam. 115. l. & eo modo.118. de lega.1.
g l.1. C. de codicill. Inſtit. eo. & de ſing. reb. per fid. relic.
h §. præterea. Inſtit. de fideicom. hæred.
i Vlpia. tit.24.25. Paul. lib.4. tit.1. §.2. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. l. prædia.6. C. eo. de fideicom.
k l. ſi fuerit.5. de legat.3. l. cohæredi.41. §.2. de uulg. ſubſtit. §.2. Inſtit. de ſing. reb. per fid. relic.

tate[a], & quibuſcunq; uerbis[b] precatiuis[c] (quæ uim habent præcepti, cum ab eo interponuntur, qui mandare & cogere poteſt[d]) etiam Græcis[e], non tamen commendaticijs[f], atque adeò uel ſolo etiam nutu[g]. Sed hæc iam ſunt exæquata[h], ut abſque ſolennibus uerbis tam legata quàm fideicommiſſa iuſtè relinquantur[i], quacunque uoluntate[k], quinque tamen teſtibus conteſtata[l].

LIBER XXXI.

DVm tamen & ij dent 1, qui factionem teſtamenti habeant[a]: & ijs legetur, queis cum ſit teſtamenti factio, quibusq; legari non ſit interdictum[b]: & res relinquantur, quæ legari poſsint: cuiuſmodi putantur, quæ ſunt in cõmercio[c] (hoc eſt, quæ emi uendi poſſunt[d]) ſiue ſint teſtatoris[e], ſiue hæredis[f], ſeu etiã extranei[g], à quo hæres luere, aut æſtimationẽ legatario dare cogitur[h], dũmodo ſcierit teſtator rem eſſe alienã, aut cõiuncto reliquerit[i].

1. De legatis & fideicommiſſis 2.

LIBER XXXII.

IDq; ſi non ſolennibus, ut olim[a], formulis[b], at ſaltem aperta idoneaque rerum & uerborum 1 deſignatione[c]: aut etiam facto ſignoq; uolũtatis, puta nutu certo[d], diſerteq; res & perſonas oſtendente, & quinq; ſemper teſtibus comprobato[e]: ut quid cui relictum ſit, conſtare, & re plurium conſcientiæ credita, falſitas euitari amouerique poſsit[f]. Quod quidem cùm à teſtatore uerbis immediatè ſit directis, legatum eſt: cum precatiuis, perſona à cuius fide mediatè relinquatur, intermedia fideicõmiſſum, quod & nomen inde traxit[g], ſubeſſe etiamnum iudicatur[h].

1. De legatis & fideicommiſſis 3.

a Vlp.tit.25.
b Vlpia.ibid.et Paul. lib. 4. tit.1.
c l. uxorẽ. 41. l. fideicommiſſa. 11. de lega.3.
d l. 1. ubi gloſ. uerb. quemadmo. quod iuſſu. Fel. nu. 2.c.1.de offic. deleg.
e Vlp.tit.25.
f d.l. fideicom. 11.§.2.
g l. nutu. 21. de legat. 3. Vlp. tit.25.
h l.1.2. C. com. de lega. §.1. Inſtit. eod. de lega.
i l.in legatis.21. C.de leg.
k l.ult.C.de codicill. l. 1. 2. C.com. de lega.§.1.2.Inſtit.eo.
l l.ult.C.de codicil.l.ult.C.de donat.cauſ.mort. Bart. d.l.nutu.21.nu.2.3.de lega.3.

a l.diu.6.§.3.de iur.codicillor. b §.legari.23.Inſtit. de legat.l.mortuo.41.§.1.de leg.2.Vlp.tit.24. c l.cum ſeruus.39.cũ mul.ſeq.de leg.1. d Vlp.tit.19. e §.non ſolùm.5.Inſtit.eo. f l.cum ſeruus.39.de lega.1.l. ſi pecunia.12.l.unum.66.§.6.de lega.2. g l.cum alienam.10.C.de lega.d.§.non ſolùm. h d.§.non ſolùm.l.non dubium.14.l.qui quatuor.30.de lega.3.d.l.ſi pecuniam.12.de lega.2. cum diſtinctione tamen d.§.non ſolùm.& l.cum alienam.10.C.eo. l.prædia. 6. C.de fideicom. i d.§.non ſolùm.d.l.cum alienam.

a §.1.Inſtit.eo.Vlpia.tit.25.l.etiam.115.l. & eo modo.110.de lega.3. b l.in legatis.21.C.eod.l.1. & 2.C.com.de legat. c l.4.de leg.1. d l.nutu.21.h.t. e l.& in epiſtolis.22.C.de fideic.Bart.& Dd.d.l.nutu.l.ult. C.de codicill.l.ult.C.de don.cauſ.mor. f d.l.ult.C.de fideic.§.ult.Inſt. de fideic.hæred. §.item ſciendum. de notis feudorum.uide ĩ.de reb. dub. l.2.de his quæ pro non ſcrip. hab. l.duo ſunt Titij:de teſta.tutel.l.ult.C.de fideic. g Inſt.de codicill.& de ſing.reb.per fideic.relic. h Vlpia.tit.25.Paul.lib.3.tit.6.& lib.4.tit.1.uide l.peto. 69. de lega.2.l. fideicommiſſa.11.de leg.3.Cuia.obſer.lib.2.cap.3.Dixi ex Suid.Inſt.de fideic.hæred.

LIBER XXXIII.

RES quæ legátur aut corporeæ ſunt, aut incorporeæ, quæ ſeiunctam habent à corporatis rationem[a]: etiá ſi cum his neceſsitate quadam (ut in hæreditatibus & ſeruitutibus) accedũt pro immobilibus ferê habeátur[b], & horum inſtar etiam uſucapiantur[c]. Huiuſmodi ſunt annui reditus 1, etiam ad tempus (niſi tñ ualde modicum[d]) uel cũ retinendi pacto relicti: qui cũ ꝓpter alimenta relinquuntur, tantũ ad uitá eius cui relinquũtur, durant[e]: eoq; â primo anno cõditionales ſunt, & pluriũ legatorum[f]. quod ſecus eſt in promiſsione[g] ſeu ſtipulatione mortis cauſa facta[h]: eodemq; pertinet ſeruitus relicta perſonalis quæ tali legato annuo cõparatur[i], quia ſimiliter morte legatarij extinguitur[k]. exẽpli cá: legatus uſus aut uſusfructus 2: qđ genus prorſus in legatũ annuũ incidit, fructu fundi annuo legato[l]: neq; tantùm morte, uerumetiá capitis minutione legatarij, alijsq; modis interit[m]. An uerò de omnibus bonis, alio hærede inſtituto, uſusfructus alteri relinqui poſsit, alibi tractatur[n]. Vſus uſufructu reſtrictior eſt: quia neceſſaria duntaxat ſuppeditat[o], eâdem tñ omnino ratione tá legatur, quàm finitur[p], uelut & habitatio[q], quæ tamen ſola morte legatarij, nõ capitis minutione perimitur[r]. Similiter operæ etiá liberi hominis[s] legato relictæ[t] quæ tñ nec minutione, neq; morte legatarij, ſed tantùm morte, uſucapioneque eius cuius operæ relictæ ſunt perit[u]. Diuerſum, quia perpetuũ realeq; legatum eſt ſeruitutum, ut nomine, ſic re realium: quæ etiam ſeruitutes uocantur, à ſuo ſubiecto prædiorum, uel urbanorum uel ruſticorum 3. Item dos prælegata 4, ſeu (ut alij legunt) relegata, uniuerſale mulieris patrimoniũ[x], pro oneribus matrimonij marito aſsignatũ[z], ad hæc iura incorporalia quæ legari poſſunt, rectè refertur. Ná uniuerſitates, cuiuſmodi dos etiam eſt[a], ius ſunt incorporale[b]. Quia uerò dos à morte mariti redit ad uxoris

1. De annuis legatis & fideicõmiſsis.

2. De uſu & uſufructu & habitatione, & operis per legatũ uel fideicommiſſum relictis.

3. De ſeruitute legata.

4. De dote prælegata, ſeu, (ut alij) relegata. redditur enim uerius, quá datur.

a l. quam Tuberonis. 7. §. fin. ubi Bart. de pecul. l. ſi cõuenerit. 2. de pign. act. Bal. Alb. l. 1. de ſta. hom. l. à diuo Pio. 15. §. in uẽditione. ubi Iaſ. & alij de re iud. Spec. de fruc. §. ſcias. nu. 6.
b l. iubemus. 14. C. de ſacroſ. Eccle. l. 2. C. de ſeruit. uid. Tiraq. de iur. retrac. prox. §. 6. nu. 10. et §. 7. nu. 9.
c Bal. c. quarta. de præſc. Tiraq. prælleg. loc. nu. 6.
d Tiraq. ibid. nu. 7. & 8. et glo. 14. uerb. ou equipolent. nu. 119.
e l. 4. 11. h. t. l. 10. 11. 20. 23. 26. quan. dies lega. f l. 4. h. t. g l. ſenatus. 35. §. ult. de don. cauſ. mor. h ut in l. pater. 76. de iur. dot. i Pau. li. 3. t. 6. k l. 8. de an. lega. l l. cum ita. 41. h. t. m l. generalis. 32. § pen. h. t. uid. tĩ. quib. mod. uſufru. n Ang. l. hæres nu. 4. Inſt. de hæred. inſt. Alex. & Sal. l. extraneus. C. de teſt. Dd. in l. codicilli. de leg. 2. uid. l. 22. h. t. o l. 1. 10. 14. de uſu & habit. p t. h. t. & de uſu & hab. ff. & Inſt. q l. 11. 15. et paßim h. t. r l. ſi habitatio. 10. de uſu & hab. s l. 3. h. t. t l. 2. 3. 7. & paßim h. t. u l. 2. h. t. x Bar. nu. 21 Iaſ. Alex. & Dd. in rub. ſolut. mat. gl. l. ꝗ dicitur. uerb. ſed dotis. de impen. in res dotal. fact. per l. 3. §. ſed utrum. ff. de minor. z l. pro onerib. C. de iur. dotium. l. dotis. 8. D. eod. a gl. & Dd. in rub. & l. 1. ſol. mat. d. l. quod dicitur, ubi gl. uerb. quod dotis. de impen. in res dotal. fac. b Inſt. de reb. corp. & incorp. in fin.

ris dominium[a]: ideo res illi quodammodo sua relegari uidetur[b], seu prælegari[c]: quomodo seruo peculium prælegatur[d]. Nec tamē inutile habetur hoc legatum dotis[e]: quia plenius est actione dotis, propter repræsentationem[f]. Statim enim ex relicto debetur, quod ex natura rei uxoriæ demum post certum spacium[g]. Id autem spatij licet in immobilium restitutione dari non soleat[h], nihilominus tamen & hîc plenius est legatum: quia plures actiones suppeditat[i], in hæredes transitorias[k], & in solidum: cum actio dotis olim non nisi in patrem transiret[l]. Et hodie quoq; tantum detur, in quantum facere reus potest, contra maritū[m], eiusdemq; patrem[n] & liberos[o] non in solidum. Quoniam autem surrogatum sapit naturam eius cui surrogatur[p]: idem statuatur de eo quod nomine dotis est relictum[q]. Est & tale ius incorporeum tam optio solennis & legitima[r], quàm electio arbitraria, non solennis de pluribus rebus similibus legata 5. Atq; hæc de incorporalibus. Corporeæ quæ legantur, tam rusticæ sunt: ut triticum, hoc est, frumentum sine arista, uinum, oleum 6, fundus instructus, instructum & instructi pars, instrumentum 7, qui est apparatus rerum diutius mansurarum, quo prædium instruitur[s]: quàm urbanæ: ut quæ sunt in peculio 8 serui uel filijfam. â rationib. dominicis ac patrijs segregato[t]: quod in rusticis tamen mancipijs pars etiam est instructus[u], de quo præmissum est. Item penus quæ similiter instructus pars esse creditur[x], scilicet esculentorum & poculentorum 9: supellexq; 10 rerum ad communem & quotidianum patrisfamiliâs usum paratarum[y], seu domesticum instrumentū: quod nec auro argentóue facto, nec uesti adnumeretur[z].

5. De optione uel electione legata.
6. De tritico, uino, uel oleo legato.
7. De fundo instructo, uel instrumento legato.
8. De peculio legato.
9. De penu legata.
10. De supellectile legata.

LIBER XXXIIII.

Item alimenta 1: quibus non modò cibaria continētur, sed etiā uestitus, habitatio[a] aliaq; degēdæ tolerabiliter uitæ adminicula[b], etiam aqua ijs locis ubi uenalis est[c]: non

1. De alimentis & cibarijs legatis.

a l. in reb. 30. C. de iur. dot. tot. tit. solut. matr.
b l. cum pater. 77. §. 22. de legat. 2. l. 3. hoc tit.
c l. 1. 2. h. tit. §. 16. Instit. de lega. l. quod quisquis. de lega. 3.
d uide Cuiac. li. 4. Obseru. cap. 23.
e ut §. sed si. 11. Inst. de lega. l. proprias. 13. C. eod.
f §. sed si. 16. Inst. de leg.
g Vlpia. tit. 6. l. unic. C. de rei uxo. act.
h d. l. unic. Vlpia. tit. 6.
i l. 1. 2. C. com. de legat.
k §. si coniunctim. Instit. de legat. l. 5. quando dies legat.
l l. 2. h. tit. dixi in §. fuerat. Institut. de action. m l. maritum. 12. solut. matrim. n l. rei iudicatæ. 15. in fi. eo. tit. o l. etiam 18. eod. tit. p l. si cum. 10. §. 1. si quis cautio. q l. 2. h. t. l. unic. §. sciendum. C. de rei uxo. act. §. sed si. 16. Instit. de lega. r l. 5. l. Iulianus. 10. de legat. 1. l. si cui. 25. de lib. caus. s l. quæsitum. 12. hoc tit. t l. 4. 5. 40. de pecul. u l. fundo. 22. §. 1. de instruct. & instrum. lega. x l. quæsitum. 12. de instrum. lega. y l. 1. 2. 3. 6. hoc titulo. z l. 1. hoc tit. Alexand. ab Alexan. libro 1. capite 19. a l. quos nos. 233. l. uerbo. 43. de uerborum signification. l. 6. 21. hoc titulo. b Mynsing. Obser. 63. centur. 1. Obseru. 12. cent. 3. c l. 1. hoc tit.

non tamen in hac materia inſtitutio & diſciplina, niſi expreſſa ſit[a], & aurum, argentum, factum infectum[b], extra pecuniam ſignatam, quæ in aliam appellationis ſpeciem tranſit[c]: mundus muliebris ad mundum, ornamenta ad ornatum, mulierum comparata[d]: unguenta, ueſtes, ſtatuæ 2, pecunia denique numerata, per liberationem 3 debitoris aut alio modo legata. Quibus legandi modis, quid in quôque contineatur & inſit, ſigillatim hiſce titulis inuenire licet expoſitum. Quæ quidem omnia, ad eum qui ſuprà indicatus eſt modum, relicta debentur: niſi deficiant aut uitio cauſæ efficientis: puta quòd à teſtatore ſint adempta translatáue 4 per cõtrariam poſtmodum uoluntatem, expreſſam[e] uel tacitam[f], quomodo legata per exceptioné, fideicommiſſa uerò ipſo iure tolluntur[g]: aut uitio formæ: ob dubium ſcripturæ 5, uel ambiguum, ut non poſsit intelligi[h], cui quid relictum ſit[i]: quod pro non ſcripto habetur[k], niſi benigna interpretatione conſeruari poſsit, ſecundum id quod credibile eſt cogitatum[l], ut actus ualeat potius quàm pereat[m], in ijs quæ ueriſimiliter teſtator interrogatus expreſsiſſet[n]: tum quòd pœnæ nomine 6, contra antiquæ legis prohibitionem, quæ à Iuſtiniano temperata eſt, relictum ſit[o]: contráue regulam Catonianam 7: quæ definit, quòd ſi teſtamenti facti tempore deceſsiſſet teſtator, inutile foret, id legatum quandocunq; deceſſerit, non ualere[p]: aut culpa tam materiæ, quæ relinquitur: ut cum intelligi nequit, quid quantumq́; relictum ſit[q]: quàm eorum quibus relinquitur, ſi fortè incapaci relictum ſit: uel ſi capaci quidem, ſed qui ante teſtatorem naturali ciuilíue morte (ut ſeruus pœnæ effectus[r]) deceſſerit[s]: atque ita inutile & pro non ſcripto ſit 8, quod relictũ eſt: cũ ante mortem teſtatoris non debeatur, nec tranſmitti poſsit[t], eoq́; in hæreditate uelut non relictum ſine onere (quanquá caduca cum onere[u]) maneat[x]: uel ſi delicto iniurijsq́; teſtatori illatis, indignos ſe legatarij relictis fecerint 9: atq;

2. De auro & argento mundo, ornamentis, unguẽtis, ueſtib. uel ueſtimentis & ſtatuis legatis.

3. De liberatione legata.

4. De adimendis & transferendis legatis.

5. De reb. dubijs.

6. De ijs quæ pœnæ nomine relinquũtur.

7. De regula Catoniana.

8. De ijs quæ pro nõ ſcriptis habentur.

9. De ijs quib. ut indignis legata auferuntur.

a *l. legatis. 6. cum l. ſequen. hoc tit.. Bartol. Bald. Angel. in l. de bonis. §. non ſolum. de Carbon. edict.*
b *Cuiac. Obſer. li. 6. c. 31.*
c *l. cum aurum. 19. h. t.*
d *de his & to. tit. uide Cuiac. obſ. lib. 11. cap. 17.*
e *l. 2. 3. h. tit. Inſtit. eod.*
f *l. 3. §. ult. l. ex parte 22. h. titul.*
g *l. 3. §. ult. h. t. l. militis. 36. §. 3. de teſta. mil. l. ſi quis. 15. de uulga. & pupill.*
h *l. 4. 5. 7. cum ſimil. h. ti.*
i *l. ſi ita. 11. l. ſi quis. 27. l. 5. 7. 8. 9. 18. & l. 13. l. ultim. hoc tit.*
k *l. 3. l. 27. h. t. l. 2. de ijs quæ pro non ſcript.* l *l. cum in teſtamento. 24. hoc tit.* m *l. quoties. 12. l. ubi. 21. hoc tit.* n *gloſſ. & Dd. l. tale pactum. §. ult. de pact. Bald. l. 1. C. quæ res pign. Socin. poſt Bald. in l. hæredes. §. cum ita. ad Trebell. Socin. iun. conſil. 78. num. 31. & conſ. 122. uol. 3. laté Anton. Gab. Ro. lib. 6. concluſ. 10. per tot.* o *§. pœnæ. 32. Inſtitut. de legat. l. unic. C. de his quæ pœn. nom. relinq.* p *l. 1. hoc tit.* q *l. 2. hoc tit.* r *Dd. l. 1. C. de hæred. inſtit.* s *l. 3. l. penult. hoc ti.* t *infrà quan. dies lega. ced. l. unic. C. de cad. toll.* u *l. in facto. 60. §. ult. de cond. & demonſtr.* x *§. ſi coniunctim. Inſtitut. de lega. l. unic. C. de cad. toll. infrà quan. dies lega. uel fideicom. ced.*

atque ita non quidem pro non scripto sint legata, quippe quæ tempore mortis rata fuerint: sed ut indignis auferantur à fisco omnium improborum successore[a], cum onere tamen[b]. non enim ex crimine commissum, ad hæreditatem redire facilè debet, ne delinquentis legatarij pœna, alterius nempe hæredis lucro cedat[c]: præsertim cum testamenta publici sint iuris[d], & illorum ea re uiolatio, pœnęq; huic debitæ, ad Remp. iure spectent[e].

a gl. l. 3. §. cum ex causa. de iur. fisc. l. autor. C. de senten. pass. l. 1. & t. t. de iur. fisc. & de bon. dam. & an pro hærede habeatur, Bartol. Cast. & Dd. l. Gallus. §. etiam. ubi Iason. nu. 21. & 27. de lib. & posthu. Bald. l. 2. C. de ui publ. l. si finita. §. si de uectigalib. ubi Dd. de dam. infec. Alex. cōsil. 93. uol. 3. consil. 125. uol. 5.

b uide l. unic. C. de cadu.

c l. si sequens. 15. de S. C. Syllan.

d l. 3. de testa.

e uide quæ dixi l. unic. si quis ius dicen. & de publ. iud. & de bon. dam.

LIBER XXXV.

AVt etiam si destitutione causæ finalis ad nihilum recidant: puta conditionis uel modi 1, sub quo relictum est, defectu. Nam utrumq; rei finem concernit[a]: eoq; specificè adimpleri debet[b]. quod secus est in demonstratione[c] & causa[d]: quarum occasus aut falsitas non uitiat, quia causæ tantùm sunt impulsiuæ[e]: ut propter benemerita relinquere extraneis[f], ob affectionem propinquis[g]. Et his quidem modis à defectione causarum principalium legata & fideicommissa prorsus extinguuntur. Est uerò cum non ex asse pereant, uerùm aliquà mutilentur & minuantur: uel per legem Falcidiam 2 decerpto, & penes hæredem, quo facilius eiusmodi lucro illectus onus hæreditarium subeat, relicto quadrāte[h]: cum plus quàm per legem Falcidiam licuerit, hoc est, supra dodrantem legatum dicitur 3. quo nomine etiam stipulationes prætoriæ interponuntur[i]. Quod amplius quàm per legem Falcidiam licuerit, ceperis, quanti ea res erit, tātam pecuniam dari, dolumq; abfuturum esse.

1. De conditionibus & demonstrationib. & causis, & modis eorū quæ in testamēto scribūtur.

2. Ad legem Falcidiam.

3. Si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit, legetur.

LIBER XXXVI.

VEl ad eandem rationem detracta per S. C. Trebellianum 1 de fideicommissis quarta, in quá perinde ut in Falcidiam, tantùm imputátur, quæ iure hæreditario capiuntur[a]: ut sunt prælegata pro parte ipsius hæredis

1. Ad S. C. Trebellianum.

a de conditione. l. Titio. 70. l. quibus. 40. l. in testamento. 27. h. t. de modo. l. demonstratio. 17. in fin. h. tit. tot. tit. C. de donat. quæ sub modo l. 1. & 2. C. de his quæ sub mod. b d. l. 1. & 2. C. de his quæ sub mod. l. qui hæredi. 44. l. Titio. 70. h. tit. l. 5. de condit. inst. c d. l. demonstratio. 17. l. falsa. 33. h. t. §. hinc. Instit. de lega. d l. cum tale. 72. §. falsam. 4. h. tit. e t. t. C. de fals. caus. f l. nec adiecit. 9. pro soc. g l. Titius. 25. ubi Ias. num. 9. de lib. & posth. uid. eundem Ias. l. cætera. 8. §. si quis. nu. 9. l. si domus. §. si fundus. nu. 22. l. qui filiabus. num. 26. de legat. 1. fac. l. si seruus. 37. de donat. int. uir. & uxo. h uid. Instit. de lege Falcid. i l. pœnales. 32. §. Iulianus. 1. ad l. Falc. l. ex facto. 35. de hær. inst. l. 1. & passim. h. t. l. filiusfam. 114. §. 3. de leg. 1. uide Cuiac. obser. li. 8. c. 2. & 5. a l. in quartam. 91. ad l. Falcid.

redis cui prælegatum eſt: cùm enim ipſi à ſeipſo legari ſoluiq; nequeat, ſuam partem iure ut hæreditario non legati accipiat, ſequens eſt[a]: non uerò etiã imputantur, quæ iure legati obueniunt, uel fideicommiſsi[b], uel implendæ conditionis cauſa[c], quatenus quidem à cohærede capiuntur[d]. Atq; hoc ſenſu dixiſſe Vlpian. exæquata eſſe, S. C. ſcilicet Pegaſiano, de quo agebat, legata fideicõmiſsis[e], coryphęus noſter cõfirmat Cuiacius[f]. Quòd uerò Contius duas etiã deductiones & legitimæ & Falcidię liberis permittit[g], hoc quidem iure fuiſſe uſitatũ (nam canonibus aliter receptum uideo[h]) non fit uerisimile[i]. Cęterùm nulla eiuſmodi minutionis ratione occurrente, ſtatim à morte teſtatoris (quo omnis cauſa hæreditate adita retrotrahitur[k]) legatorũ & fideicommiſſorum dies etiamſi ante aditã hęreditatem nõ uenit, tñ cedit 2, ut ad hæredes trãſmitti poſsint: proindeq; etiamſi ante cretam hæreditatem, dum tñ poſt mortem teſtatoris (olim poſt apertas demũ tabulas[l]) legatarius decedat, nihilominus legata & fideicommiſſa (nam hęreditates extra ius deliberandi[m], non æquè niſi in liberos eius cui ſucceditur[n], tranſmittuntur[o]) ut iam ceſſa, ad ſucceſſores deuoluit ſuos[p]: cum ſcilicet purè uel in diem certã relictum eſt, non etiam ſi ſub conditione, uel (quod perinde eſt) in diem incertam[q]: quo modo relicta ante conditionis euentum non cedunt, neq; legatario præmoriente tranſmittuntur[r]. quanquam horum nomine peti poteſt idonea cautio 3, legatorũ quidem ex edicto[s], fideicommiſſorũ ex oratione Seueri[t], ut adueniente die uel conditione ſoluantur, quæ cautio niſi remiſſa ſit à teſtatore[u], aut præſtanda omnino eſt ab hærede: aut legatarij mittuntur in poſſeſſionem bonorum 4, etiam fraudulenter alienatorum[x], defuncti (non hæredis[y], niſi ex certis cauſis[z]) rei ſibi relictæ ſeruãdæ cauſa, per ſummariam utiq; cognitionem[a]: & emptoribus creditoribusq; poſterioribus præferuntur[b], non quidem ut domini, ſed uelut hypothecarij creditores[c].

2. Quãdo dies legatorum uel fideicõmiſſorum cedat.

3. Vt legatorum ſeu fideicõmiſſorum cauſa caueatur.

4. Vt in poſſeſsiõe legatorum uel fideicõmiſſorũ ſeruãdorum cauſa eſſe liceat.

I 2 DI-

a d. l. in quartam, uerſ. 1. l. filium quem. 24. C. famil. erciſc.
b l. filiũ quem. C. fa. erciſc. Cuiac. l. qui nõ militabat. de hær. inſtit.
c l. in ratione. §. tametſi. ad l. Falcid.
d d. l. in quartam. §. 1. ad l. filium.
e l. 1. de lega. 1.
f obſer. lib. 8. cap. 4.
g Cont. diſp. 1. cap. 3. per c. Rainutius. 16. de teſta.
h c. Rainutius. c. Rainaldus. de teſtam.
i d. l. filiũ quẽ. C. fa. erciſc. l. iubemus. 6. C. ad Trebel. nec aliud probat l. ſi pater. C. de inoff. teſta.
k l. omnia. 154. l. omnis. 181. de reg. iur. l. ſi ex re. 34. § fin. de ſtipula. ſeruo.
l Vlp. tit. 17.
m l. cum antiquiorib. C. de iur. delib.
n l. unic. C. de ijs qui ant. aper. tab. uid. l. unic. §. in nouiſsimo. ubi Dd. C. de cad. toll.
o l. quoniã. 7. C. de iur. delib.
p l. 1. §. in nouiſs. C. de cadu. toll. l. 5. h. t. l. Sempronius. 26. de uſufr. leg. l. cum legatorum. 8. cum l. ſeq. ut leg. nom. cauea.
q l. 1. in fi. de cõdit. & demonſt. l. 4. 5. h. t.
r l. un. §. ſin autem. ubi gl. uer. conditio impleatur, limitationes adijcit. C. de cad. toll. l. 4. 5. l. ſi dies. 21. h. t.
s l. hæc ſtipul. 14. l. etiam. 15. §. ult. hoc tit.
t l. 4. C. eo. l. hæc ſtipulat. 14. h. t.
u l. 2. l. pen. C. eod.
x l. certa. 6. C. eo.
y l. is cui. 5. h. t. l. 6. C. eo.
z d. l. 5. §. imper. 13.
a l. 1. C. eo.
b l. 3. C. eo.
c l. 5. C. eo. l. 5. h. t.

DIGESTORVM
PARS SEXTA.
LIBER XXXVII.

ATQVE ita quidem iure ciuili ex ultimis uoluntatibus ſucceſsiones debentur & petũtur. Cæterùm iure prætorio petitis & datis bonorum poſſeſsionibus 1, hoc eſt, facultate perſequẽdi tuendiq; patrimonij, quod cuiuſq; cum moritur fuit [a]: quam uice hæreditatis ijs prætor decernit, qui iure ciuili hæredes non ſunt, nec ideo pronunciantur hæredes à prætore qui hæredes nunquam facit [b], ut nec dominos [c]: ex naturali tamẽ æquitate quoniam ſuccedere debent: ea re ad utile uelut dominium, iusq; hæreditariũ, data ex edicto bonorum poſſeſsione, admittuntur [d]: unde naſcuntur actiones non minus quàm ex aditione hæreditatis [e], uelut ex quaſi contractu [f], ut tamen hæreditas iure ciuili non aditur, niſi teſtamento publicato [g], aut explorato nullum teſtamentum ſupereſſe [h]: ſic hæc prætoria bonorũ poſſeſsio non antè decernitur, quàm conſtiterit, utrum tabulæ teſtamenti extent, an non 2: & num ex cauſa teſtati, an uerò ab inteſtato decerni poſſeſsio debeat. Extantibus porrò tabulis, etiamſi non proferantur, dat prætor & decernit bonorum poſſeſsionem [i]: liberis quidem intra annum utilem [k] (quo prætoria ferè quæ à iure ciuili deflectunt, terminantur [l]) reliquis uerò proximis intra centum dies utiles [m], petentibus [n]: quippe iudex non impertit officium ſuum, niſi ſit petitum [o]. exceptis ſanè furioſis, infantibus, ſurdis, mutis, quibus hæc petitionum tempora non cedunt 3. Nam etiam ruſticitas, ignorantia facti, & alia denique quæuis idonea excuſationis cauſa, præſcriptionem hâc temporis excludit [p]. Eſt autem eiuſmodi poſſeſsio reſpectu ſubiecti duplex, ſicut & dupliciter datur, aut contra tabulas, aut ſecundum tabulas. Ea quæ eſt contra lignum [q], hoc eſt, tabulas 4 teſtamentarias [r], quia aduerſatur iuri cõmuni, quod rata & ſancta eſſe teſtamẽta regulariter iubet

1. De bonorum poſſeſsionib.

2. Si tabulæ teſtamẽti extabũt.

3. De bonorũ poſſeſsione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente.

4. De bonorũ poſſeſsiõe contra tabulas.

a l.3.§.2.h.t.
b §.2.Inſtit. de bon.poſſ.
c l. 3.ſi uſusfr. pet. §. 2. Inſtit. de bono. poſ. ubi dixi.
d in princ. & tot.tit.Inſt t. de bonorum poſſeſ.
e §. hæres. Inſtit. de ob. ex quaſi contr. l.4. 5. de obl.
f l. penult. de ſeparat.
g l.1.& tot.tit. quemad. teſtam. aper. l. de his. 6. de tranſact.
h §. cum autẽ. 8.Inſt. de hæred. quæ ab inteſta.
i l.1. §. ſufficit. de bon. poſſ. ſecun. tab. l. 1.& t.h.t.
k l. 4. C. qui admit. gloſſ. l.2.eo.tit. per l.penult. quis ordo in bon.poſſ l.1.§.largius.
l l.in honorarijs 34.de obligat.in princip. Inſtitut.de perp.& temp.act.
m l.ult.uerb.dies utiles. Inſtit.de bonor.poſſ.ſſ.l 2. C.qui admit. l.ſi plures 9.cum ſequen.ſuprà de bonor.poſſeſſ.
n l.6.l.penult.C.qui admit.
o l. 4.§.hoc autem.6.ubi Bar.& Dd.de dam.infec.
p l.penul.C.qui admit.
q l.quod uulgo.hoc tit.
r Cuiac.obſer.lib.11.cap.14.

iubet[a]: ideo nõ pafsim indulgetur, fed tantùm liberis præteritis, tam fuis quàm emancipatis[b] (non etiam exhæredatis[c], quibus ad querelam inofficiofi ciuilem recurrendum eft[d]) ita tamen ut legata tabulis relicta 5 nihilominus præftent[e], & bona fua 6 dotesq; 7 (quæ proprium fœminarum funt patrimonium[f]) in communem hæreditatem conferant: atque ita omnium conditio exæquetur liberorum[g]: quo nomine nedum filios fuos & emancipatos, fed etiam nepotes 8 reliquosque defcendentes, & in his uentrem 9, faltem ut mitti in pofsefsionem pofsit: ac impuberes, non admiffa ex Carboniano edicto 10 ftatus eorum quæftione, prætor complectitur[h]. Altera uerò bonorum pofsefsio, quæ eft fecundum tabulas 11, nedum liberis ut fuperior, fed omnibus omnino fcriptis hæredibus datur[i]: non enim contra, fed fecundum ius eft: confirmandi iuris ciuilis teftamentarij gratia, quo plures effent uiæ conferuandarum hæreditatum quę teftamentis relinquuntur, inducta[k]. Cæterùm quia correlatiuorum fimilis eft caufa[l], nec minus ex pietate affectioneque naturali, turbato mortalitatis ordine, parentibus quàm liberis fuccefsio debetur[m]: idcirco utranq; hanc pofsefsionem etiam afcendentibus prætor pollicetur 12: contra tabulas quidem pagani, qui ficut liberos, ita parentes piè, citraque notam inofficiofi, præterire non poteft[n]: fecundum uerò tabulas militis 13: quas contra nec exhæredatis neque præteritis fuccurritur, quia pro exhæredatis habentur[o]: nifi teftatoris ignorantia factum id appareat[p]. Milites enim teftantur quomodo uolunt, quomodo pofsunt[q], fic ut eorum tabulæ præteritionis aut exhæredationis ex caufa nequeat impugnari[r]. quod tamẽ nouifsimo iure putatur correctum[s]. Decernitur etiam bonorum pofsefsio contra uel fecundũ tabulas liberti, ex patronatus iure 14 patronis, qui parentum uice funt[t], ob gratitudinem, reuerentiam, & obfequia 15, quæ illis, uelut utriufq; fexus parentibus[u], (quan-

l 3 quam

m l.nam etfi.15.de inoffic.teftam. n d.l.nam etfi.Nouell.118. o l.ult.C.de inoffic. p l.ficut.9.cum l.fequent.C de tefta.milit.§.fed fi.8. Inftitut.de exh.lib. q l.1 de tefta. mil. r d.l.ult.C.de inoffic teftam. s Nouell.115.ita Iaf.l.ult.num.6.gloff & Dd.ubi Iaf.num.19.in Authent.ex caufa.C.de lib.præter Salic l.fi cum.10. C. de teftam. mil.& in d.l.ult.C.de inoff.teftam.uide l.cum lege.38.cum Authent.fequent.C.de epifcop.& cleric. t optimus tex.Nouell.78.ut liberti decæterò,&c.cap.illud.2.in uerb.qui æqualis patri circa libertum factus eft.Inftit.de legit.par.tutel.l.4.de in ius uocan.l.1,2,3.4.de obfeq.à lib.& liber. u d.l.1.2.3.4.hoc tit.& Cuiac.obfer.lib.9.cap.19.

5. De legatis præftandis, contra tabulas bonorum pofsefsione petita.
6. De collatione bonorum.
7. De collatione dotis.
8. De coniungendis cum emancipato liberis.
9. De uentre in pofsefsionem mittendo, & curatore eius.
10. De Carboniano edicto.
11. De bonorum pofsefsione fecundũ tabulas.
12. Si quis à parente manumiffus fuerit.
13. De bonorum pofsefsione ex teftamento militis.
14. De iure patronatus.
15. De obfequijs à liberis & libertis parentibus & patronis præftãdis.

a §.1.in Auth.de hæredibus & fal. l.1. Cod. de facrofanct.Eccles.
b l.1.hoc titul. l.1.2.Cod.eod.
c l.1.hoc tit.
d Inftitu.Pandect.Cod.de inoffic.teftament.
e uide hîc diftinctionem Cuiacij.
f d.l.3.§.fed utrum.de minorib.
g l.illud.20.l.ut liberis.17.Cod.de collat.
h l.liberorum.220.de uerb.fign.
i l.1.fi tabul.teftament.ex tab.
k in princ.Inftit.de bono.pofseß.
l l.ult.Cod.de indic.uiduit.toll.

quam enim inæqualis eſt poteſtas, pietas tamen æqualis utriſque debita eſt[a]) quibus libertas tanquam altera uita acceptum ferenda ſit[b], omni iure debetur[c].

a l. 4. de curat. fur.
b l. ſeruitutem. 209. l. libertas. 106. de reg. iur.
c de hoc patronatus iure plura Cuiac. lib. Obſeru. 10. cap. 33.

LIBER XXXVIII.

Est autem in electione patroni, uel ſtipulari tempore manumiſsionis operas 1, quas libertus in authoramentum accepti ſummi huius beneficij deinceps ſibi præſtet: uel omiſſa ſtipulatione ex lege accipere (nam alterutro contentus eſſe debet[a], cum bona fides non patiatur, duplex authoramentum pro una manumiſsione exigi[b], & prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis[c]) de hæreditate liberti demortui portionem bonorum debitam 2: quo iure ut reliquo priuatorum[d] etiam uniuerſitates 3, liberi item patronorum, quibus ſcilicet aſsignati 4 liberti ſunt, non cæteri, quandiu aſsignatio durat, utuntur[e]. Erat autem hæc debita pars[f] olim ſemiſsis bonorum liberti[g], hodie eſt tertia[h]: quæ etiam contra tabulas, nedum ex teſtamento, uel ab inteſtato, ex edicto unde legitimi debetur: adeò ut etiamſi inter uiuos in 5 fraudem patroni, quominus hanc debitam portionem conſequeretur, alienationes factæ ſint, detur ei nihilominus Fabiana, libertis teſtato decedentibus, Caluiſiana uerò ab inteſtato actio[i] (nec enim Paulianam habet, cum uerè non ſit creditor[k]:) qua reuocantur alienata cum fructibus[l], etiam à bonæ fidei poſſeſſore[m] perpetuò[n]. Subinde autem & illud admonendi ſumus, ut ex cauſa teſtati, ſi tabulæ teſtamenti extent, ſic & ab inteſtato, ſi tabulæ teſtamenti nullæ proferantur 6, ſecundum aut contra quas deferatur ſucceſsio, polliceri prætorem nihilominus bonorum poſſeſsionem, iuxta naturalem legitimæ ſucceſsionis ordinem, proximis ſucceſſoribus[o], hoc eſt, primò liberis, aut ſi nulli ſuperſint, legitimis: puta fratribus[p]: deinceps agnatis 7, qui per mares iunguntur[q]: tertiò cognatis 8, qui per fœminas iuncti ſunt:

1. De operis libertorum.
2. De bonis libertorum.
3. De libertis uniuerſitatũ.
4. De aſsignandis libertis.
5. Si quid in fraudẽ patroni factum ſit.
6. Si tabulę teſtamẽti nullę extabunt unde liberi.
7. Vnde legitimi & agnati.
8. Vnde cognati.

a l. adigere. 6. l. ſicut. 20. de iur. patro. l. nec patronis. 7. l. ſi quando. 4. C. de oper. lib.
b l. bona fides. 58. de reg. iuris.
c l. ult. Cod. de pac. conuent.
d l. eum. 16. de uerb. ſign. l. nihil. 15. ad S. C. Mac. l. ob pecuniam. 81. de furt.
e l. 3. §. ſi capitis. de bonis liber.
f l. ſi patronus. 20. de donatio. l. Papinianus. 8. §. ſi quis. de inofficioſ. teſtament.
g l. 3. de bon. liber. §. 2. Inſtitut. de ſucceſs. liber.
h §. 4. cum ſequent. Inſtitut. eod. titul. gloſſ. l. 1. uerb. legitimæ. C. ſi in fraud. patro.
i l. 3. §. ſi inteſtatus. ſi quid in frau. pat. l. 3. C. eod.
k l. 6. in fin. ad l. Cor. de falſ.
l l. 1. §. ult. l. 2. hoc tit. l. uideamus. 38. de uſur.
m d. l. 2. hoc tit. d. l. uideamus. ubi Dd. & infrà quæ in frau. credit.
n l. 3. §. 1. hoc tit.
o uid. l. 2. l. ult. C. unde legit.
p §. 1. Inſtitut. de leg. ag. ſucceſſ. l. 5. unde legit. l. ultim. §. 1. de gradib. l. 2. de ſuis & legit. Paul. lib. 4. tit. 8.
q §. 1. Inſtitut. de leg. agna. ſucceſſ. l. 2. §. agnati. de ſuis & legit. Vlpian. titul. 11. 25. 26.

9. De successorio edicto.

sunt [a]: prout quisque gradu propinquior, aut ordine successorio 9 in proximioris gradum succedit. Nam sunt distincti agnationis & cognationis ordines: primus descendentium, cuius causa quoque in succedendo prior: alter ascendentium, qui secundo loco admittitur: tertius collateralium: nisi quòd primus in hoc consanguinitatis, nempe fratrum, gradus, cum secundo ordine, uidelicet parentum, in succedendo concurrat [b]: & in quôque horum ordinum propinquitatis gradu alij propiores sunt, potioresq; in causa successionis, alij remotiores 10. Succeditur autem in locum repudiantis, uel intra utiles dies bonorum possessionem petere negligentis [c]: deinceps possessio defertur uiro & uxori 11, quæ in manum non conuenit, neque sua hæres est, ut ex l. XII. solenni conuentus ritu fiebat: etiam in ueteranorum militumque successionibus 12: in quibus nonnulla sunt singularia [d]: ut quòd damnati bona, fisco excluso, ad propinquos pertinent [e]: quòd fiscum quintus duntaxat cognationis gradus excludat [f], &c. Et denique (nisi cui ex aliqua indignitatis uel alia causa bonorum possessio non competat 13) omnibus quibus ex lege aliqua uel Senatusconsult. bonorum possessio debetur 14: eaque re à prætore tanquam legis executore atque administro decernitur [g]: seruato tamen etiam hîc non modò agnationis, de qua suprà [h], sed etiam omnium eorum qui per certos gradus ab intestato succedunt, ordine 15: quem nimirum in legitimis quoq; hæreditatibus eiusmodi esse constat: ut primum sui recipiantur, deinceps legitimi 16, & in his ex Senatusconsult. Tertylliano ac Orfitiano 17, utriusque sexus parentes uelut agnati (etiamsi cognati sint) ac cum his iure nouo ex latere fratres utrinque coniuncti, eorumque filij [i], duntaxat iure repræsentationis: fratres uerò uterini uel consanguinei tantummodo cum parentibus sui sanguinis & lateris, non alijs [k]: postremò reliqui cognati, pro cuiusq; gradus proximitate, citra ius ullum repræsentationis, & discrimen sexus [l].

10. De gradibus & affinibus & nominib. eorum.

11. Vnde uir & uxor.

12. De ueteranorũ & militũ successiõe.

13. Quibus nõ compe tit bonorũ possessio.

14. Vt ex legibus uel S.C. possessio detur.

15. Quis ordo in bon. possess. seruetur.

16. De suis & legitimis hæredibus.

17. Ad S.C. Tertyll. & Orfitian.

LIBER XXXIX.

Atque hactenus quidem tam de uindicationibus & similibus actionibus, quæ domino uel in dominum dantur, quàm de personalibus, quas creditor aduersus debitorem ex contractu uel quasi exercet, est perpurgatum: sequuntur nunc uelut mixta iudicia (quæ simpli-

cibus

a *l. 4. unde cogna. §. 3. Instit. de success. cogna.*

b *uid. C. de legit. hæred. et* Nouel. 118. *de hæred. ab intestato.*

c *l. 2. l. 4. C. qui admitti. l. 1. §. sed uidendũ. l. 2. hoc tit. l. 1. §. pen. de iur. & fact. ign.*

d *l. 1. l. 2. hoc titulo.*

e *l. 1. h. tit.*

f *l. 2. h. tit.*

g *l. nam & ipsum. 8. de iust. & iur. l. 2. de origin. iur. l. à diuo. 15. de re iud.* Instit. *de bon. poss. tit. de success. edict.*

h *Authen. post fratres. Auth. cessante. C. de leg.* Nou. 119.

i

k Bald. & Dd. *in Authentic. defuncto. C. ad S.C. Tertyll.* Schurff. *consil. 5. per tot. cent. 1.*

l *d. Authentic. post fratres. §. 4. 5. Nouel. 119.*

cibus ſubijci tralatitium eſt[a]) cùm in perſonam directa, tum in rem ſcripta: neque ex iure proprietatis, ut uendicationes: nec ex contractu uel quaſi, ut perſonales: ſed ex aliquo commiſſo, facto, & præcipuè poſſeſsionis cauſa, in abſtracto conſiderata: quæ cum proprietate nihil habet commune[b]. poſſeſsio enim non hîc dominium uel quaſi, ut in prætoria ſucceſsione[c], ſed uſum rei ſignificat[d]. Eiuſmodi ſunt interdicta[e] de nunciatione operis noui 1, hoc eſt, iniuria facti[f] contra priſtinam & receptam aut iuſtam ædificiorum formam[g], quę nunciatio nihil eſt aliud quàm eiuſmodi noui operis per ſolennem ex edicto denunciationem prohibitio[h]: ut quod contra hanc, atque ita contra edictum ædificatur, antequam renunciatio ſit remiſſa, aut in ea cauſa ſit ut remitti debeat, uice nimirum miſſæ nunciationis, ſatiſdatione de opere reſtituendo, hoc eſt, demoliendo, ſi probetur iniuria factum, interpoſita, id in priſtinam formam reſtituatur[i]: niſi nunciator de ſuo ſtatim iure docere ſit paratus: quo caſu citra ſatiſdationem cauſa intra tres menſes cognoſcenda eſt[k]. eaq́; nunciatio non tantùm ex re priuata poteſt interponi[l], ſed etiam de re publica[m], atq; adeò ſacra & religioſa[n], dummodo necdum opus factum ſit. Nam hoc remedium aduerſus futura opera inductum, non aduerſus præterita: hoc eſt, aduerſus ea quæ nondum facta ſunt, ne fiant. at ſi quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit, ceſſat hoc edictum, & erit tranſeundum ad interdictum quod ui aut clàm, ut reſtituatur[o]. Eandem ad claſſem redigitur actio de damno infecto 2, hoc eſt, nondum facto[p], ſed quod à ruina malè ſartarum tectarum ædium, earundemq́ue proiectis & ſuggrundis, partibus utique tecti eminentibus[q], in publico[r] priuatóue loco fieri timetur[s]: ut pręſtito iureiurando, non calumniæ cauſa id peti[t], de damno futuro reſarciendo ſatiſdetur[u], aut præſtetur, quanti intereſt cautum ita fuiſſe[x]. Et ex lege XII. ad damnum etiam futurum reſarciendum, de

1. De operis noui nunciatione.

2. De damno infecto & pro tectionib. & ſuggrundis.

a §. quædam. Inſtitut. de actionib. & ff. C. fin. regund.
b l. naturaliter. 11. §. 1. de acquiren. poſſ. ubi Iaſ. Soc. & Dd.
c l. 3. ſuprà de bonor. poſſeß.
d l. 1. l. 3. & tot. tit. de acquir. poſſ.
e l. prætor. 20. hoc tit.
f l. 1. & tot. tit. quod quiſque iur.
g l. 1. §. 5. l. 21. §. 3. hoc tit. & l. 1. C. de ſeruit. l. 1. 3. cum ſequent. C. de ædificijs priuat.
h gloſ. l. ſi procurator. 10. hoc tit. Duaren. lib. 1. diſputa. cap. 16. uide l. unic. C. eod. cap. 1. 2. extra. eod.

i l. prætor. 20. hoc tit. k l. unic. C. eod. cap. penult. & ultim. extra. eod. Plot. l. ſi quando. §. 3. num. 5. C. unde ui. l. prætor. 20. ubi Bart. & Dd. hoc tit. Cepol. de ſerui. urb. cap. 28. Franc. Mar. quæſt. 500. l l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar. 6. de pac. l. 3. §. nunciatio. 10. l. 5. §. & uelle. 9. hoc tit. m d. §. ſi paciſcar. d. l. 1. §. 10. 11. l. 3. §. ult. cum l. ſequente hoc tit. n l. 1. §. 1. hoc tit. o d. l. 1. §. 1. hoc tit. p l. 2. hoc tit. q l. malum. 242. de uerb. ſignif. l. ſi uerò. ubi Budæ. de his qui deiecer. r l. fluminum. 24. cum ſimil. hoc tit. s l. 1. l. qui uias. 31. ubi glo. l. ſi finita. & paßim hoc tit. t l. 7. hoc tit. u l. 5. 7. l. damni. 18. hoc tit. x l. prætor. 7. hoc tit.

de opere manufacto, ex quo aqua pluuia nocitura sit, seu de aqua pluuia arcenda 3: quum nouo quis opere effecit, ut aliter aqua fluat, quàm antea fluere solebat[a]: ut idem aut opus in pristinam formam restituat[b]: aut de damno futuro, quod hinc quoque uiciniæ timetur, caueat[c]. Item de publicanis 4 qui publica uectigalia redempta habent[d] in duplum puniendis[e], si quid ab his eorúmue familia[f], uel suprà quàm constitutum sit, exigatur[g], uel damnum iniuria detur[h]: uel si ut commissum ob non solutum uectigal merces ab his retineantur[i]: uel uiæ publicæ, quarum nomine illud penditur[k], non reficiantur[l]. Item ex donatione 5, uel purè, uel in diem, uel sub conditione facta[m]: quę olim non contractus, sed acquisitio prætoria uel ciuilis erat[n]: maximè ea[o], quæ fieri causa mortis 6 solet, & legatis comparatur[p]: eorumque exemplo[q] dominium quoddam ciuile absque traditione transfert[r], & uindicationem quandam ciuilem suppeditat[s].

LIBER XL.

DENIQVE de possesione & iure status, qui propriè in bonis non est[a], ut nec libertas[b], liberúmue corpus[c], sed cuius tamen in possesione sumus[d]: qua de iudicia liberalia multifariam existunt: ut de manumissionibus 1, quæ libertatem seruis conferunt[e]: aut uindicta 2 prætoris[f], quo nomine magistratum, qui pro tribunali ius dicit, complectimur[g]: aut ab uniuersitate 3, aut per legatum testamenro 4, aut per fideicommissum 5 codicillo, datis uel ademptis 6. Vindicta datur cessicia, iusta tamen libertas, quam cedit dominus, uindicat seruus, prætor addicit. unde scipioni prætoris, quem liberandis seruis gerit, uindictæ à uindicijs fortè nomen[h]. Testamento quoque manumissi iustam iure Quiritum libertatem ut olim qui iussu dominorum inter ciues Roman. censum profeisi essent, assequuntur[i]: relictam tam purè, quàm in diem, uel sub conditione: unde statu liberi 7 dicti, quòd

m statútam

3. De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ.
4. De publicanis & uectigalibus & cōmissis.
5. De donationib.
6. De mortis causa donationibus.
1. De manumissionibus.
2. De manumissis uindicta.
3. De manumissionibus, quæ seruis ad uniuersitatem pertinentibus imponuntur.
4. De manumissis testamēto.
5. De fideicommissarijs libertatibus.
6. De adēptione libertatis.
7. De statu liberis.

a l.1.hoc tit.
b l.4.§.ult.hoc tit.
c l. Atteius.14.§.2.hoc tit.
d l.1. l.quantæ.12. hoc titul.l.cũ.16.de uerbor.sign.
e l.1. cum seq. hoc tit.
f l.1.hoc tit.
g l. ex præstatione.Cod. de uectigal.
h l.1. cum seq. hoc tit.
i l.1. l.commissa.14.l.fi.hoc tit.
k l.si quis.21.de donat. inter uir.
l Cepoll. de seruit.cap.de aquæduct. nu. 91.
m l.1.hoc tit.
n l.3.de obliga. iunc. l.1. cum seq.de precario.
o de quo §. aliæ. Instit. de donatio. l. si quis.35.§.ult. C.de donat.
p l.ul.C.de donat.caus.mor.
q l.à Titio.de furt.l.1.2.C.com.de lega.ubi Dd.& §.1.Inst.de lega.
r l.1.2.de publicia.l.illud.37.de don.caus.mor.
s §.1.Inst.de donat.ubi dixi.

a l.nec si.6.l.principaliter.& paßim C. de lib. caus. b l.liberos.10.C.eod.tit. c l.liber.13.ad l.Aquil. d l.5.l.eam.21.C. de lib. caus. l.si de possesione.20.l.vis eius.15.C.de probat.l.1.3.4. ubi caus.stat. e l.4.de iustic.& iur. f de hac uid. Boet.in Top. Liuium.l.2 l.pen.§.2.de castr.pecul.l.2.C.si aduers.lib.l.10. C.qui testamen.fac.l.33.de dol.& tot.tit. C.de uindic.& hoc tit.paßim. g Vlpian.tit.1.in princip. h Cuiac.ad Vlpia.tit.19. i Vlpia.tit.19.

ſtatutam ad tempus uel cõditionem habeant libertatem [a]: qui etiam citra manumiſsionem, exeunte nimirum die, uel conditione per hæredem non impleta, ad libertatem perueniunt 8: ſi tñ hæc abſq; creditorum fraude data ſit, nec in l. Aeliam Sentiam incurrat 9: quæ libertatem impedit, tam datam ab eo qui ſoluendo non ſit, uel datis libertatibus deſiturus ſit eſſe ſoluendo [b]: quàm à domino uiginti annis minore, non dicta probataq; apud conſilium magiſtratus cauſa [c]. Item de iure aureorum annulorum 10, quibus ut bulla aurea, ingenui tantùm, præcipuè equites, utebantur: hoc eſt de priuilegijs ingenuitatis manumiſſo indulgendis uoluntate patroni, cuius ius patronatus nihilominus hîc durare ſic ut olim [d], putant [e]. Hoc ius olim priuilegij loco dabatur, ut abſque uitio & pœna, ingenuorum dignitates, libertus adipiſci poſſet [f]. Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani, qui omnes libertinos ciues fecit [g], ipſo iure manumiſsioni ineſt [h], quanquam ius imaginum potius quàm ſtatum ingenuorum adijciat [i], eoque tantùm proſit, ut ſine periculo honores ingenuorum gerere libertinæ ſortis homines poſsint [k]. Locupletior natalium reſtitutio 11, qua primis ingenuitatis natalibus beneficio principis [l] liberti uelut renati, & (ut loquitur Nouella 78.) per regenerationem reſtituuntur [m] clariſsimaque uelut ab ipſo ortu & incunabulis ingenuitas, quam natales ſignificant [n], & ius Quiritum, ſublato patronatus, ut putatur, iure acquiritur [o]: quod ipſum quoque Iuſtinianus tralaticium fecit [p], ut ingenuis potius quàm libertinis [q], Romana ciuitas, cui tunc ob continua bella ingenuis qui militare decenter poſſent, maximè erat opus, commodùm repleretur [r]. Cæterùm expendenti nouam eam Iuſtiniani conſtitutionem uideri poterit, diſcrimen aureorum annulorum & reſtitutionis natalium ea ſublatum eſſe: ſic ut utroque modo plenam ingenuitatem dare uoluerit Iuſtinianus [s], & nihilominus patroni ius manere ſaluum [t]. Diuerſum fortè pôſt canones induxerunt in eo, qui ſacris inauguratur miniſterijs. Nam ex hac cauſa dominus in ſerui manumiſsi & ordinati capite ius omne patronatus amittit [u]: cuius idcirco conſenſus requiritur [x], quo ius patronatus remitti ſine huius

8. Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniũt.

9. Qui à quibus manumiſsi liberi nõ fiant, & ad l. Aeliam Sentiam.

10. De iure aureorum annulorũ.

11. De natalib. reſtituendis.

a l.1. hoc tit.
b §. 1. 2. Inſtit. qui & ex quibus cauſ. l. 10. & paſsim hoc tit.
c §. 3. Inſtit. eo. tit.
d l. ſi is qui. 42. de adult.
e Cuiac. hîc.
f l. unica. C. ad l. Viſcell.
g l. unic. C. de Latin. liber.
h Nouell. 88. 18. Cuiac. obſeruat. lib. 4. cap. 5. lib. 7. cap. 4.
i l. 2. C. de iur. aur. an.
k l. unic. C. ad l. Viſcell. l. 1. 2. C. ſi ſeruus aut liber. lib. 10.
l l. 1. 2. hoc titul. l. 2. Cod. eod.
m Nouell. 78. ut liberti de cæterò.
n l. 3. §. ſi inge. manu.
o Cuiac. lib. 4. cap. 5. bonus text. in l. ult. Cod. de bon. lib.
p d. Nouell. 78. Cuiac. lib. obſeru. 4. cap. 5.
q l. 3. Cod. de bon. liber.
r Cod. qui milit. poſſ. lib. 12.
s cap. 1. propterea. Nouell. 78.
t cap. illud. 2. cap. ult. cod. tit. & ita interpretatur Irner. Auth. ſed hodie. Cod. de iur. aureor. annul.
u c. qui ex famulis. 5. cum cap. ſequent. 54. diſt.
x c. ſi quis. 8. eod.

huius iniuria (quæ nulla fit conſentienti[a]) poſsit[b]. Ex his autem omnibus exiſtunt liberales de ſtatu & libertate cauſæ 12 & liberalia (à libertate, tanquam ſubiecto & fine, factis nominibus) iudicia, præiudiciaque[c]: ut de ijs quibus ad libertatem proclamare 13 non licet, cuiuſmodi habētur qui precij participādi cauſa uenundari ſe paſsi ſunt[d]. Item ſi libertus ſeu manumiſſus intra quinquennium quàm manumiſſus ſit[e] (nec enim pòſt, niſi repertis ingenuitatis ſuæ recèns inſtrumētis hoc iure auditur[f], quanquam fortè nouo[g],) ingenuus eſſe dicatur 14: ſi præſcriptio agenti in ſtatum alterius obijciatur 15, quæ obſtat mouenti ſtatum defuncti poſt quinquennium à morte computandum[h]: aut ſi per hanc quæſtionem præiudiciū futurum eſt ante quinquennium mortuo[i]. Viuentium uerò libertatem poſt uigeſimum tuetur annum[k] quietæ ſcilicet bonæq́; fidei poſſeſsionis[l]. Denique ſi litigatorum inuicem colludentium ut altera pars alterius fraude uincat, colluſio detegatur 16: qua intra quinquennium detecta ſeruus uel libertus eius qui detexit, ille fit, qui per colluſionem domini patroníue ingenuus pronunciatus eſt[m].

12. De liberali cauſa.

13. Quib. ad libertatē proclamare nō licet.

14. Si libertus ingenuus eſſe dicatur.

15. Ne de ſtatu defūctorū poſt quinquennium quęratur.

16. De colluſione detegenda.

a l. 1. §. uſq; 3. de iniur.

b l. penul. l. ult. C de bon. liber. Cuiac. obſer. libr. 8. cap. 32.

c §. præiudiciales. Inſtit. de actionib.

d l. 1. 3. & paſſim hoc tit.

e l. 2. §. 1. hoc titul.

f d. l. 2. §. 1.

g l. ultim. Cod. de long. tempo. præſcrip. quæ pro liber.

h uide Cod. de præſcriptio. quæ pro liber. & ne de ſtatu defunc. Traquell. de nobilita. cap. 14.

i l. 1. ne de ſta. defuncto. tot. tit. Cod. ne de ſtat. defunct. poſt quinq. quæra.

k l. 2. C. de lon. tempor. præſcriptio. quæ pro lib.

LIBER XLI.

IN his poſſeſsionum quæſtionib. etiam de cauſis earum iure quæritur: ſcire enim rem, eſt per cauſas noſſe. Cauſas poſſeſsionum appellamus contractus, ac titulos, quibus dominia rerum & poſſeſsiones acquiruntur[a], & iure transferuntur[b]. De his cauſis rectè quæritur, utrum iuſtæ nécne ſint, utrum ad quærendum dominium 1, uel iuſtam poſſeſsionem 2 habiles, an contrà: utrum naturales, ut occupatio, inuentio, ſpecificatio, alluuio, traditio[c], &c. an ciuiles, ut uſucapio 3: quæ per poſſeſsionem iuſti tituli, bona fide & tempore legitimo continuatam[d], dominium adijcit ex uarijs cauſis[e] ad transferendam proprietatem idoneis, iure ciuili[f]: puta cum pro emptore 4, hoc eſt, quaſi ab emptore, ex cauſa poſsidetur emptionis[g], uel negocio quod ſpeciem emptionis habeat[h]: aut pro hærede 5, bonorúmue poſſeſſore prætorio ex cauſa hæreditatis &

1. De acquirendo rerū dominio.

2. De acquirenda uel amittenda poſſeſsione.

3. De uſucapionib.

4. Pro emptore.

5. Pro hærede uel pro poſſeſſore.

m 2 bono-

l l. 1. Cod. eod. titul. m l. 1. 2. cum ſequent. hoc tit.

a l. ſcientis. 6. Cod. de ingen. manumiſſ. b l. 3. §. ult. de acquiren. poſſeſſ. c l. 7. cum ſequen. de acqu. dom. de traditionis definitione uide Cuiac. obſer. lib. 11. cap. 19. d de his uide quæ ad Inſtit. & Pandec. hoc tit. de uſucapionibus diximus. e l. penult. ubi glo. uerb. titulus. C. de poſ. l. 3. §. ultim. de acquir. poſſ. l. 3. §. pen. & §. fin. de acquir. poſſeſſ. f l. 3. de uſucap. g l. 1. 2. hoc titul. h l. quod uulgo. 11. l. 2. §. ſi à pupillo. 10. cum ſequen. hoc tit.

bonorum possessionis prætoriæ res tenentur. Nam bonorum possessor alius, qui nullam possessionis suæ causam possit dicere, nisi quia possidet, huc non est aggregandus, cùm titulo prorsus careat [a]: sine quo non inducitur usucapio, sicut nec effectus sine causa [b]. Sed & pro donato 6 ex causa donationis uel quasi, rectè usucapitur res aliena [c], quam accipiens donantis esse putauit [d]. Eademque ratione pro derelicto 7: quoniam res pro derelicto habita donari uidetur [e], statimque fit occupantis: quando eius fuit qui dereliquit [f]. Quòd si non fuerit, præstatur possidenti usucapiendi conditio: quoniam ex causa quæ dominium, ut diximus, transferre potest, iure possidet: siue sciat à quo res derelicta, & animo amittendi dominij abiecta sit [g], siue ignoret [h]. Eodem modo si testator res alienas, quod potest, legârit [i], cum & hæc quædam sit donationis species [k]: qui ex ea causa accipit atque possidet, rectè pro legato 8 usucapit: dummodo uerè legatum sit, uel iustissimo errore legatum credatur [l]. Causa quoque dotis quia dominium ciuile quoddam adijcit [m], idcirco qui rem doti sibi datam, quæ dantis non fuerit, possidet, pro dote 9 ex titulo dotali quasi rem dotalem usucapit [n]: quemadmodum generatim pro suo 10, qui rem ut suam, ex certo uel incerto titulo, ad translationem tamen dominij idoneo, possidet [o].

6. Pro donato.
7. Pro derelicto.
8. Pro legato.
9. Pro dote.
10. Pro suo.

a l. pro hærede. 11. cum ll. sequent. hoc tit.
b l. Celsus. 27. de usucap. l. 7. 9. Cod. de acquiren. poss. l. 3. 4. 5. 8. C. de præscript. long. temp.
c l. 1. hoc tit.
d l. ult. hoc tit. l. 1. Cod. eod. tit.
e l. quod seruus. 36. de stipul. seruo.
f l. 5. hoc tit. §. pen. Instit. de rer. diuis.
g d. §. penult.
h l. 4. hoc tit.
i §. non solùm. Inst. de legat. l. cum aliena. C. eod.
k §. 1. Instit. de legat.
l l. 1. 2. 3. 4. hoc tit.
m l. doce. C. de rei uend. l. in reb. C. de iur. dot.
n l. 1. & tot. h. tit.
o l. 2. 4. hoc titul.

LIBER XLII.

EST etiam titulus ad usucapionem idoneus, cum ex re iudicata 1 possidetur [a] quæ totam rem absolutione condemnationéue definit [b], aut ex eiusdem effectu, hoc est, executione [c], uel interlocutione aliqua [d], decretóue iudicis [e]: uel (quod perinde est [f]) ex debitoris confessione 2. confessus enim saltem in ciuilibus pro iudicato est [g]. Aut ex bonorum cessione 3, quam confessus iudicatúsue æris alieni debitor facit [h]: contestatione facta [i] post agnitum debitum [k], aut in iure ad tribunal [l], aut extra ius [m], apud magistratum tamen [n], ut in reliquis uoluntariæ iurisdictionis actibus [o]: qua ius debitoris in creditorem transfertur [p]. Item immissione: per quam

1. De re iudicata, & effectu sententiarũ & interlocutionibus.
2. De confessis.
3. De cessione bonorum.

a l. 3. §. ult. de acquir. possess. b l. 1. hoc tit. c l. à diuo. 15. h. ti. d l. quod iussit. 14. hoc tit. e l. iustè. 11. de acquir. poss. f l. post rem. de re iudi. l. 1. 4. 6. de confess. l. uni. C. eod. g l. 1. ubi dixi, hoc tit. h l. penult. hoc tit. i l. 6. C. eod. k l. pen. hoc tit. l l. ult. hoc tit. m d. l. ult. n Nouell. 134. 135. l. ult. C. eod. o l. 7. 8. 23. de manumiss. uindic. p l. 4. C. eod. l. 17. de arbitris.

4. Ex quibus caussis in possessionem eatur.

5. De bonis authoritate iudicis possidẽdis uel uenundãdis.

6. De bonorum separationibus.

7. De curatore bonis dãdo.

8. Quę in fraudẽ creditorum facta sunt, ut in integrũ restituantur.

quam ob debitoris frustrationẽ, authoritate iudicis, hoc est, prætoris, in bonorum possessionem itur 4: ut uel usucapiantur [a], uel etiam uenundentur 5 à creditoribus: quo his inde satisfiat secundum cuiusque priuilegia [b] & iura separata 6, curatore ad id dato 7, quibus etiã creditoribus, si quid hîc in fraudem eorum alienatum sit, datur intra annum utilem [c] ex die possessionis ac uẽditionis bonorum [d], Pauliana actio [e] ad dominium reuocãdum: & interdictum fraudatorium [f] ad possessionem eorum repetendam, quæ in fraudem suam probantur esse alienata 8: quo tamen alienationis nomine intelligimus dominij translationem & abdicationem [g], non si repudietur quod debitor quærere potuit [h]: etiamsi in fisco aliter seruetur: ut scilicet in fraudem eius fieri uideatur id quod non quæritur, cum acquiri posset [i]. Quanquam ne huius quidem respectu reus capitis præsumitur in fraudem facere, si filium emancipet, ut hæreditatem sibi potius quàm patri adeat [k]: poterat enim filius etiam in potestate retentus, non adire, quamuis iussus, & fisco nolle quærere [l]: ut hîc per emancipationem fraus non quærendi nulla commissa uideri debeat: præsertim cũ alioqui in dubio cõtra fiscum sit pronunciandum [m].

a Vlp. tit. 1. §. 1. l. si finita. 15. §. Iulianus. 6. uer. non prius incipere per lõgum tempus capere. l. 4. §. 2. & l. 5. & paßim de dam. infect.
b uide l. cũ bona. 16. cum 11. seq. h. t.
c l. ait prætor. 10. h. t.
d l. qui autem. 6. §. ult. l. ait prætor. 10. hoc tit.
e l. 1. hoc tit.
f d. l. ait prætor. 10. de quo Cuia. lib. obs. 5. c. 17.
g l. 1. C. de fun. dota.
h l. qui autem. 6. §. 1. h. tit. l. 3. C. eo. l. non fraudantur. 176. ubi Cagno. de reg. iur. uide Socin. cons. 77. nu. 5. lib. 4. Dec. consil. 260. num. 1. 2. Cor. consil. 32. num. 13. uol. 1.
i l. in fraud. 45. in princ. de iur. fisci.
k l. cum quidam. 26. de iur. fisci.
l l. 6. §. ult. de acq. hæred. l. nec emere. 16. C. de iur. deliber.
m l. non puto. de iur. fisci. Alciat. tract. præsump. reg. 3. præsumpt. 41.

LIBER XLIII.

1. De interdictis, seu extraordinarijs actionib. quæ pro eis cõpetunt.

2. Quorum bonorum.

3. Quod legatorũ.

De possessionibus etiam aliæ actiones ex interdictis, quæ actionis nomine continentur [a], ac iudicia possessoria 1, sunt prodita personalia quidem [b], sed in rem, hoc est, possessionem concepta [c], nimirum aut adipiscendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ possessionis gratia [d], tam uniuersalia quàm particularia. Vniuersalia, uerbi causa, quæ hæredi alij'ue successori, contra occupatorem rei hæreditariæ, qui pro hærede uel possessore possidet, dantur [e]: ut Quorũ bonorum 2 (nomine à primis huius interdicti uerbis ducto [f]) ad possessionẽ totius hæreditatis: Quod legatorũ 3 [g], ad adipiscendam possessionem rerum legatarum, uel etiam ex constitutionibus fideicom-

m 3 missarum,

a l. actionis. 37. de obligat. & act.
b l. 1. §. fin. de interd. Bal. l. ult. C. de edic. diui Adria. toll.
c d. l. 1. §. fin. hoc tit. de quibus in rem scriptis. uid. Ias. §. omnium. num. 6. 7. & in §. quædam. nu. 19. Instit. de actionibus.
d §. sequens. Instit. de interd. l. 2. §. fin. eo.
e l. 1. hoc tit.
f l. 1. hoc tit.
g à primis interdicti uerbis. l. 1. h. t.

missarum [a], quæ solutę sint aut occupatę sine uoluntate testatoris hæredis'ue [b], & uniuersitatem quandoq; aliquam continent [c]. Quod & ipsum actionis genus tantummodo, ut superius, contra eum datur, qui pro possessore, hoc est, nullo titulo, aut ex causa hæreditatis, cuius iure agens utitur, puta inde legati, fideicōmissi, &c. possidet [d]. Item ex edicto generali, Ne uis fiat ei qui in possessionem missus est 4: interdictum partim prohibitorium, ne uis fiat, qđ prima edicti huius uerba demonstrant: partim restitutorium, in eum cuius dolo malo factum sit, quo minus quis ex prætoris permissu in possessione sit [e]: quo iubetur possessio restitui, aut damnari reum tanti, quanti ea possessio sit [f]. Ad causam etiam uniuersitatis, nempe hæreditatis [g], pertinet interdictum de tabulis testamenti uel alterius ultimæ uoluntatis exhibendis 5. Atque hactenus de uniuersalibus. Singularia porrò interdicta seu iudicia ex interdictis extraordinaria proponuntur [h], de possessione & usu rei, tam diuini quàm humani iuris. De diuinis ex interdicto: Ne quid in loco sacro, religioso, etiam sancto fiat [i] 6, ad impediendum uel dedecorandum eius usum [k]: & si factum sit, ut in ueterem formam restituatur. Ex quo intelligi licet, duplex hoc esse interdictū: partim prohibitorium partim restitutorium: seu de opere, quod cōtra prohibitionem factum sit, restituendo [l]. Quo nomine licet etiam nouum opus nun iare [m]: sicut & eorum quæ in publico, terra marique ac fluminibus ædificantur [n]. Et datur actio popularis, si quid contra prohibitionem aut nunciationem factum sit, ut in integrū restituatur [o]: quemadmodum & ex reliquis interdictis ac causis, quæ ad ius publicum tuēdum pertinent [p]. Nam Reip. interest [q], quàm plurimos ad defendendam suam causam admittere [r]. De his quæ humani sunt iuris, tam publicis quàm priuatis, actiones uariæ sunt proditæ. De publicis quidem, ut de locis & itineribus publicis 7: quolibet postulante, quòd ad usum omnium pertineat [s]: ut uiæ publicæ ex collatione priuatorum agrorum constituantur [t]: in constitutis, ne quid, ne religiosum quidem monumentum extruatur [u]. Quod quidem interdictum ad uias rusticas pertinet. Nam urbi-

4. Ne uis fiat ei qui in possessionem missus est.

5. De tabulis exhibendis.

6. Ne quid in loco sacro fiat.

7. De locis & itinerib. publicis.

a l. unic. C. eod.
b l. 1. §. si quis ex mortis. hoc tit.
c l. qui quartā. 15. l. non amplius. 29. de lega. 1. §. sed quia. 4. Inst. de fideicom. hæred.
d licet cōtra gl. l. 1. uer. ut pro inde. in fi. tit. de quo l. pro hærede. 11. cū l. seq. de petit. hæred.
e l. 1. in princ. l. 3. §. penult. hoc tit.
f l. 1. §. hæc uerba. l. 2. l. ult. hoc tit.
g §. ul. Inst. per quas person.
h §. ult. Instit. de interd.
i l. 2. h. tit. l. 1. §. 1. de oper. no. nunc.
k uid. Bart. hîc in l. 1. 2.
l l. 2. h. t.
m l. 1. §. 1. de op. no. nunc.
n l. 1. §. 1. & §. nunciatio. 10. l. 3. §. ult. cū l. sequen. l. 5. §. 6. de op. no. nunc.
o l. si quis. 10. C. de Episcop.
p l. 2. §. hoc interdictum. 21. ne quid in loc. publ. l. 1. §. deinde. de uia pub. l. uni. §. hoc interdictum. ne quid in flum. publ.
q l. 3. §. ult. de op. no. nunc. l. si quis. 7. de iurisdict. l. seruum. 33. §. 1. de procura.
r l. 4. de op. no. nunciat.
s l. 1. h. t.
t l. 3. h. tit.
u l. 2. hoc tit.

urbicas ædiles ex ſuo officio procurant, ut neceſſe non ſit ciuibus ad interdictum ire [a]. Eandemq; interpretationem habet interdictum prohibẽs, ne quid ad impediendum publici loci uel itineris uſum fiat 8, immittatur [b], aliter quàm legibus conceſſuq; principis indultum ſit [c]. Adde his interdictum, Ne ei qui publicum locum conduxit, quo minus utatur, uis fiat 9. Et de uia publica: Si quid in ea factũ, hoc eſt, ędificatum noui & incommodi dicetur, ut in priſtinam formam reſtituatur [d]: deq; eadẽ reficiẽda, purganda, tam in oppidis 10, cuius rei cura ad magiſtratus etiá abſq; interdicto pertinet [e], quam in uillis, uijsq; ruri ruſticis atq; regijs 11. Præterea de fluminibus 12 publicis: Ne quid in flumine ripáue eius (nam huius quoq; uſus, de quo hîc agitur, publicus eſt [f]) fiat, quo minus nauigetur, quóue ſtatio iterue nauigio deterius fiat [g]: ſi factum ſit, ut in integrum, priſtinamq; formam reſtituatur. Ex quo paret, tam prohibitoriũ quàm reſtitutorium (ſi cõtra prohibitionem factũ ſit) hoc eſſe ſimiliter interdictum [h], & ob publicam utilitatem [i] popularе [k]. Poſt hoc aliud æquè cùm populare [l], tũ duplex [m]: Ne quid in flumine publico, ripáue eius fiat, quo aliter aqua fluat atq; priore æſtate fluxit 13. quæ pars prohibitoria eſt [n]. ſequens reſtitutoria [o]: Quod in flumine publico, ripáue eius factum, ſiue quid in flumẽ ripámue eius immiſſum habes: ſi ob id aliter aqua fluit, atque ut priore ęſtate fluxit, reſtituas: tuis uidelicet ſumptibus quod in omnib. his tralatitiũ eſt: & ad hæredes porrigi uidetur [p]. Si quid igitur iam factum erit, per hoc interdictum reſtituetur: ſi quid ne fiat ꝓſpicitur, ſuperiore erit utendũ: & ſi quid poſt interdictũ redditũ fuerit factum, coercebitur [q]. Adiungitur his interdictũ nõ reſtitutoriũ, ſed prohibitoriũ [r] ac populare [s] (ſicut reliqua ſunt hæc omnia [t]:) ut in flumine publico nauigare liceat 14, néue quo minus in flumine publico nauẽ, ratem agere, in ripáue eius exonerare, pecus eò appellere liceat, uis fiat: quod etiá ad nauigationẽ, piſcationẽ, ædificationẽ, appulſum, exonerationẽ maritimá utiliter ſaltẽ producere licet [u]. Prohibitoriũ item interdictũ de ripa munienda 15: Vt in flumine publico, ripáue eius opus facere liceat, ripæ agriue, qui circa ripam eſt, tuendi cauſa: dum ne, ob id nauigatio deterior fiat. Si damni infecti in annos decem uiri boni arbitratu uel cautũ uel ſatiſdatum eſt, aut per illũ non ſtat quo minus caueatur: uim fieri ueto. Itaq; qui ripá uult munire, de dáno futuro debet uel cauere uel ſatiſdare: ſecundum

8. Ne quid in loco uel itinere publico fiat.

9. De loco publico fruendo.

10. De uia publica, & ſi quid in ea factũ dicatur.

11. De uia publica, & itinere publico reficiendo.

12. De fluminib. ne quid in flumine publico, ripáue eius fiat, quo peius nauigetur.

13. Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atq; uti priore æſtate fluxit.

14. Vt in flumine publico nauigare liceat.

15. De ripa muniẽda.

a l. 2. §. hoc interdict. 14. ne quid in loco publ.
b d. §. hoc interdictum.
c l. littora. 3. & paß. h. t.
d l. unic. de uia public. & ſi quid in ea fac. dicet.
e l. unic. h. t.
f §. 2. 3. Inſtit. de rer. diuiſ.
g l. 1. hoc tit.
h l. 1. in princ. & §. deinde. hoc tit.
i l. 4. de op. no. nunc.
k Cuiac. hîc.
l l. unic. §. 6. h. tit.
m l. 1. in princip. & §. ult.
n l. un. in prin. hoc tit.
o l. unic. §. penult. hoc tit.
p l. unic. §. 6. hoc tit. quã quã contrà Cuia. hîc.
q l. unic. §. pen. hoc tit.
r l. un. in princ. hoc tit.
s Cuia. hîc.
t l. 2. §. hoc interdictum. 21. ne quid in loc. publ.
u Cuiac. hîc.

cundum qualitatem perſonæ, ſicut interdicto expreſſum eſt[a]. Et hactenus de interdictis, quæ publici iuris poſſeſſionem tuentur. De priuatarum porrò rerum poſſeſsione recuperanda, agitur ex interdicto: Vnde ui 16 eum deiecisti, eò reſtituas. Quod interdictum duplex eſt: alterum de ui quotidiana, cum exceptione uitioſæ poſſeſsionis: alterum de ui hominibus coactis armatisq́ue facta, ſine ulla exceptione: ut ſpoliatus ante omnia reſtituatur. Vtrunque reſtitutorium, non eo ſenſu quo ſuprà, ut opus quod factum eſt, in priſtinum ſtatum reſtituatur (nec enim de illa hîc quæritur:) uerùm ut poſſeſsio ablata reſtituatur. Reſtitutoria enim duplicia ſunt, alia quæ poſſeſsionem[b] reſtituunt: alia quæ opus, aliúdue factum[c]. Cęterum iure recentiore, ſpoliatus priuata authoritate, quamlibet prædo ſit[d], ob ſolam ante omnia reſtituitur ſpoliationem, probatam tamen[e], abſque alia cauſæ cognitione[f], non admiſſa etiam notorij iuris exceptione[g]: ſpoliatus autem à iudice non ob ſpoliationem reſtituitur ſolam[h], ſed propter iniuſtam ſpoliationis cauſam ſimiliter probatam[i]: nõ tam ex his interdictis, quàm locupletioribus iuris Canonici remedijs[k]: quorum locupletiſsimum, eoq; uſitatiſsimum eſt Canon redintegrandæ[l]. De retinenda uerò poſſeſsione agitur, ex interdicto prohibitorio: Vti alter ab altero nec ui nec clàm nec precariò poſsidetis 17, quo minus ita poſsideatis, uim fieri ueto. Sed id tantummodo obtinet in rebus ſoli corporalibus[m], earumq́ue ſuperficiebus 18, ſeu ſuperficijs[n]. De rerum porrò incorporalium ſeu ſeruitutum poſſeſsione tuenda (nam ſi non uerè, tñ quaſi poſsidêtur[o]) uaria prodita ſunt interdicta: ut duo prohibitoria de itinere actuq; priuato 19: alterum, ne uis fiat, quo minus poſſeſſor ſeruitute utatur[p]: alterum, ne uis fiat, quo minus uiam actum reficere poſsit[q]. Item prohibitorium, de aqua (priuata ſcilicet[r], quo de genere hîc agi diximus) quotidiana & æſtiua 20 ducēda. Et de riuis 21, fonte 22, cloacis 23 alicuius priuatis, ſine cuiuſquã impedimento & turbatione, uſurpãdis, reficiẽdis, purgãdis: & generatim, ut ſi qd ui aut clàm 24 eo, cuius cõtrouerſia ꝓbabiliter timeri debebat[s], ad

16. De ui & ui armata.
17. Vti poſſidetis.
18. De ſuperficieb. ut Cuiac. de ſuperficijs.
19. De itiner. actuq; priuato.
20. De aqua quotidiana & æſtiua.
21. De riuis.
22. De fonte.
23. De cloacis.
24. Quod ui aut clã.

a l. unic. §. 1. hoc tit.
b ut hoc tit. & ſequen. quor. bonor. quor. legat.
c ſuprà tit. 4. 6. 8. 12. 13. & infrà tit. 20. 23. 24.
d cap. 5. de reſt. ſpol.
e c. 1. de reſt. ſpol. in 6.
f cap. 1. 2. 5. de reſtit. ſpol. l. ſi quis ad ſe. C. unde ui.
g c. item cum quis. 6. de reſtit. ſpol.
h cap. conquerente. de reſt. ſpoliat.
i d. cap. conquerente. in uer. reſtituas.
k cap. ſæpe. de reſtit. ſpoliat. cum ſ. alleg. eod. tit.
l cap. redintegranda. 3. q. 1. de quo latè Menoch. in remed. recuperand. remed. pen.

m l. 1. hoc tit. n Cuiac. hîc per l. 1. l. ſi areæ. de leg. 2. l. ſi ex lapidicinis. de iur. dot. o l. 4. §. ſi uiam. 16. de uſucap. p l. 1. hoc tit. q l. 3. h. t. r de hac, glo. l. nemo. uer. flumina. Bald. l. item. nu. 2. de rer. diuiſ. Iaſ. l. quominus. nu. 37. de flum. Cæpol. de flum. ripa. in prin. Corn. conſ. 99. nu. 8. uol. 2. Iacob. de feu. uer. flumin. nu. 2. & 8. s l. 3. §. ult. h. t. Iaſ. l. clàm poßidere. nu. 6. & 7. de acq. poſſeß.

ad alienæ poſſeſsionis uſurpationem factum ſit, id ut in integrum reſtituatur: nouo præſertim opere nunciato: niſi remiſsio 25 nunciationis eius fiat: præſtita de demoliendo opere ſatiſdatione, ſi quando planum ſubinde factum fuerit, iniuria ædificatum eſſe [a]. Item de precario reſtituendo 26, cuius poſſeſsio ſeu uſus, non tamen certus [b] (qui in commodatum incidit [c]) alicui conceſſus eſt. De arboribus, quæ in ædes uel fundum uicinum propendent, recidendis 27. De glande caduca legenda 28, hoc eſt, fructibus qui in uicini fundum ex noſtra arbore ceciderunt, abſq; impedimento eiuſdem colligendis [d]. Sed & officij, non rei priuatę cauſa poſſeſſorium iudicium intenditur, de libero homine (neq; enim hic in re priuata & patrimonio eſt [e]) exhibendo 29 ſiquidem iniuria & inuitus detineatur [f]. De liberis parenti, de coniuge marito exhibendis 30: utq; ducere ſuo arbitratu poſsint [g]. Et ad tuendam reliquarum rerum mouentium & mobilium [h] poſſeſsionem, ex interdicto Vtrubi 31: quod interdicto Vti poſsidetis, ad res ſoli pertinēte, in retinendis mobilium rerum poſſeſsionibus par eſt [i]. Item de migrando 32, ut inquilino migrare, & res ſuas è domo conducta finito locationis tempore aſportare liceat: ſi uel de penſione ſatisfactum ſit: uel res inuectę pro mercede conductionis, nec expreſsè neq; tacitè pignori teneantur [k]. Nam quæ ſic obligatæ nexæq; ſunt, eas non modò dominus retinere, donec ſibi ſatisfiat, uerumetiam aſportatas uel alienatas pſequi, ex Saluiano interdicto 33, pignoris ſui obtinendi cauſa, poteſt.

25. De remiſsionib.
26 De precario.
27. De arboribus cędendis.
28. De glā de legēda.
29. De libero homine exhibendo.
30. De liberis exhibendis, itē ducendis.
31. Vtrubi.
32. De migrando.
33. De Saluiano interdicto.

LIBER XLIIII.

DEfenduntur etiam poſſeſsiones, præſertim longæ [a], exceptionibus 1, quæ actiones excludūt [b], & actionum loco interdum ſunt, ſic ut adiri iudex poſsit [c]: quo declaret exceptionem competere [d]: uel dilatorijs [e], ut præiudicijs [f]: quibus petitur ea re præſens iudicium differri, ne alij maiori cōtra uſitatum iuris ordinem [g] præiudicium fiat [h]: uel peremptorijs [i], ut rei iudicatæ exce-

n ptione

1. De exceptionibus, præſcriptionibus, & præiudicijs.

a uid. l. prætor. 20. de ope. no. nunciat. quò hoc interdictum pertinet.
b l. & habet. 15. §. hoſpites. hoc tit.
c l. in commodato. 18. §. ſicut. commo.
d l. unic. h. tit. l. qui uenenū. 236. §. glandis. de uerb. ſignif.
e l. liber homo. ad legē. Aquil.
f l. 1. l. 3. hoc tit.
g l. 1. l. 2. hoc tit.
h de quibus l. mouentium. 93. de uerb. ſignif.
i l. 1. §. 1. hoc titul. §. quorum. Inſtit. de interd.
k l. 4. l. in prædijs. ſ. in quibus cauſ. pigno. tac. contrah. l. certi. C. de locat.

a l. 1. & tot. tit. ī. de diuerſ. & temp. præſcript. b l. 2. de except. c l. 1. hoc tit. l. actionis. 37. de oblig. l. in exceptionib. 14. de probat. l. 1. § 3. ff. de dol. mal. d l. ſi contendatur. ubi Dd. de fideiuſſ. Fely. cap. ea quæ. de re iud. gloſ. & Dd. l. unic. in fi. C. ut nemo inuit. Bart. l. ſi quis. num. 8. de pet. hær. Alex. conſ. 103. in princ. uol. 5. e d. l. 2. §. ult. l. 3. hoc tit. f l. ſi poſt litem. 13. l. fundum. 16. cum ll. ſeq. l. rei. 21. hoc tit. §. præiudiciales. Inſtitut. de action. g l. per minorem. 54. de iudic. h l. 1. famil. erciſc. l. 13. 16. 18. 21. h. tit. i d. l. 2. §. ult. l. 3. h. t. §. appellamus. Inſtitut. eod.

ptione 2, quæ litis eſt finitæ [a], & præſcriptione temporali 3: quæ uel actionem qua petitur, uel rem quæ petitur, eiuſdemque poſſeſsionem præſcriptam intendit [b]: quam & ipſam Litis eſſe finitæ, hoc eſt, impedire litis ingreſſum, dummodo incontinenti probari poſsit, communiùs receptum eſt [c]. Item exceptione generali Doli mali, & ſpeciali Metus 4. Alterutro enim probato, ſubueniri contra actionem æquum eſt, ne quis ex dolo uel ui, delictóue ſuo lucretur, cum alterius iniuria [d]. Excludit etiam actionem exceptio intentionis [e], Tibi non competit actio 5: quæ etiam putatur litis eſſe finitæ [f]: denique rei Litigioſæ 6: quæ exceptio petenti poſſeſsionem rei, quam ſciens eſſe litigioſam, hoc eſt, de qua iudicialiter litigaretur [g], contra leges emerit, uel pignori acceperit, rectè obijcitur [h]. Quanquam enim ipſo iure, præſertim ueteri ualet eius alienatio [i], eoque tenet eam petentis actio: tamen hac exceptione excluditur: cum lex uelit non rem conſequi, ſed pœnam dupli [k] luere tam alienantem [l] quàm ſcienter accipientem [m] res litis pendentis [n], atque aliæ id genus exceptiones innumeræ: quas impetrato iudicio, formulis actionum, quæ aliàs purè ex obligationibus 7 dabantur, adijcere prætor uelut per conditionem ſolebat [o]: hoc fermè modo: Niſi paret dolo malo, &c. Extra quam ſi pactũ, tranſactum, iudicatum ſit [p], &c.

DIGESTORVM
PARS SEPTIMA.
LIBER XLV.



ET HACTENVS quidem de ciuilibus iudicijs, hoc eſt, actionibus & exceptionibus omnium conuentionũ & rerũ ciuilium: quæ iam rectè ſtipulationũ nexu, quaſi faſciculo quodã 1 concluduntur. Hæ enim cæterarũ firmandarum obligationum cauſa inuéræ ſunt [a], & nouiſsima negociorũ parte ſubijci ſolẽt [b], nõ ſolum à ſtipulãtibus 2 reis, tam

a c.1. de lit. conteſt. in 6.
b de hac in c. 1. uerb. finito. de lit. conteſtat. lib. 6. Soc. cap. 1. de lit. conteſt. Blanc. tract. de cõprom. parte 4. de except. impedientibus litis ingreſſum.
c Bart. l. ult. pro ſuo. Dict. c. 1. de lit. conteſt. in 6. Blanc. præalleg. loc.
d l. 4. 11. & paßim hoc tit. & ff. de dol. ma. & quod metus cauſ. §. 1. 2. Inſtit. de except.
e uide Socin. in l. 1. & rubr. hoc tit.
f Phil. Franc. d. c. 1. de lit. conteſt. in 6. & Blanc. præall. loc.
g Auth. litigioſa. l. 2. C. de litigioſ.

2. De exceptiõe rei iudicatæ.
3. De diuerſis & tẽporalibus præſcript. & acceſs. hoc eſt, cõiunctionibus poſſeſſionum: ut Cuia. legit in prin. tracta. de diuerſ. temp. præſcr.
4. De doli mali & metus exceptione.
5. Quarũ rerũ actio nõ datur.
6. De litigioſis.
7. De obligationib. & action.
1. De uerborũ obligationib.
2. De duobus reis ſtipulandi.

b uide in Authent. de litigioſ. & ff. de aliena. iud. mutan. cauſ. fact. i l. Iulianus. 17. in fi. cũ l. ſeq. de rei uendicat. uide Panor. c. unic. de aliena. iud. mut. cauſ. k l. ult. h. t. l d. l. ult. h. t. m l. ult. C. eod. tit. n l. 2. C. eo. o l. exceptio. 22. ff. de excep. ubi dixi p l. 7. de cond. inſtit. l. ex contractu. 44. de re iudic. l. inter quos. 39. §. penult. de dam. infec. l. 2. §. 1. l. 4. §. item 8. § Labeo. 14 de dol. except. a l. 5. h. t. l. 4. de uſur. Inſt. de uer. obl. in prin. b l. iuriſgentium. 7. §. quod ferè. 5. de pac.

3. De stipulatione seruorũ.

tam liberis quàm 3 seruis (nam & his ut reliqui contractus communes sunt[a]) sed etiam ab eorum fideiussoribus, qui alienam obligationem fide sua esse iubent[b], & mandatoribus, quorum mandato & ea re periculo creditur[c].

LIBER XLVI.

1. De fideiussorib. & mandatoribus.
2. De nouat. & delegat.
3. De solutionibus.
4. De acceptilationibus.
5. De prætorijs stipulationibus.
6. Rẽ pupilli saluã fore.
7. Iudicatum solui.
8. Rẽ ratam haberi, & de ratihabitione.

INterponuntur autem in contractibus stipulationes, uel firmandæ, uel nouandæ, uel delegandæ, uel soluendæ etiam, acceptumq; ferendæ obligationis causa: quo fine stipulationes inductæ sunt[a] inprimis conuentionales[b]. Firmatur obligatio per stipulationem fieiussoriam[c] 1. nec enim nisi stipulatione contrahitur fideiusio[d]: quæ munit obligationem: cum hac alter alterius contractum periculo fideque sua esse iubeat[e]: sic ut non tantùm principalem debitorem ex principali, sed etiam fideiussores ex hac accessoria conuentione creditor appellare posit[f]. Nouatur porrò obligatio 2, hoc est, in nouam transfunditur[g], per subsequentem quidem stipulationem eadem de re factam[h], si hoc actum sit[i]: per delegationem uerò (quæ & ipsa fit stipulatione interposita[k], aliumque supponit reum[l]) indistinctè[m]. Soluitur 3 autem uel naturaliter per Numerationem[n], uel ciuiliter per Acceptilationem 4 seu Aquilianam stipulationem[o]. Cæterùm quòd magis ad hunc actionum tractatum pertinet, interponitur nonnunquam stipulatio confirmandi nedum contractus, sed etiam iudicij gratia[p]: cuiusmodi sunt stipulationes prætoriæ 5, Rem pupilli quæ agitur saluam fore 6, sicut ex tutela esse oportet[q]: quam præstant tutores & curatores legitimi, uel sine inquisitione dati: testamentarij non æquè[r]. Item Iudicatum à reo solui[s] 7: cuius tres sunt clausulæ[t]: una de re arbitrio boni uiri defendenda[u]: altera de re iudicata soluenda[x]: tertia de dolo malo, seu dolum malum abfuturum esse[y]: qua absq; cautione nemo alienæ rei defensor idoneus esse intelligitur[z]. Item rem quæ agatur ab actoris domino, Ratam haberi, seu de Ratihabitione 8: quomodo agẽtis procurator cauet, si quando non satis de mãdato

a l. an inutilis. 3. §. ult. de acceptil.
b l. quamuis. 8. ad Velle. uide Inst. de fideiuß.
c l. si uerò. 12. mand. in Authent. de fideiussor. in princ.
a l. 1. de præt. stip. in princ. Instit. de uerbor. oblig.
b l. 5. ff. eo. tit. §. 1. Instit. de diuis. stip.
c l. blanditus. 12. C. de fideiuss.
d d. l. blanditus. 12. C. eo.
e l. 1. §. sed aut. de oblig.
f uide paßim C. eod. præsertim in Authent. præsente.
g l. 1. de noua.
h l. 1. C. eod.
i l. ult. C. de noua. ubi omnino uide Salic.

k l. 1. C. de nouat. & delegat. l l. delegare. 11. de nouat. m l. 2. C. de nouat. Bart. num. 19. Ias. num. 38. l. singularia. si cert. peta. Dec. consil. 421. numer. 16. Alexand. consil. 173. num. 2. uolum. 2. n §. 1. Instit. quibus mod. toll. oblig. o §. 2. Instit. eod. ubi dixi. p d. l. 5. l. 1. 2. de prætor. stip. & Instit. eod. q l. 9. 10. 11. hoc tit. r l. 7. hoc tit. s Cuiac obs. lib. 10. c. 29. t l. 6. hoc tit. u l. 9. hoc tit. x l. 9. hoc tit. y d. l. 6. z l. unic. C. de satisd. §. 2. Instit. eod. l. qui proprio. 46. §. 2. l. non uidetur. 53. de procur.

constat[a]: etiam maritus, qui pro uxore interuenit[b], coniunctaque persona, quæ nomine propinqui absque ullo mandato iudicium suscipit[c].

LIBER XLVII.

ABsolutis ciuilibus iudicijs, restant ex prima diuisione Criminalia & Fiscalia[a]. Criminalia aut Priuata sunt, aut Publica[b]: hoc est, uel de priuatis delictis 1, uel de publicis criminibus instituuntur: delictum enim priuatam significat noxam[c], crimen publicam[d]. Priuata delicta pertinent ad iniuriam priuatorum[e], publica crimina ad reipubl. uindictam[f]. De priuatis, sicut & de publicis, aut Ordine, aut Extra ordinem agitur[g]. Ordine, ad certam pœnam pecuniariam[h] parti applicandam[i]: ut de furto 2: quod est contrectatio rei alienæ fraudulosa, animo lucrandi facta[k]: nec tam in quantitate rei, quàm affectu furandi consideratur[l]. De hoc agitur nec Manifesto ad duplum, de Manifesto ad quadruplum, in furem[m]: de tigno alieno (quod nomen omnem materiam significat[n]) furtiuè ædibus uineisq; iniuncto 3 in duplum, etiam cótra non furem[o]: de furto domestico 4 in hæreditate, naui, caupona, stabulo 5, uel aliàs à familia commisso 6, in duplum itē[p]: nisi noxæ deditio fiat[q]: de arboribus furtim cæsis 7, in duplum[r]: de bonis per uim raptis 8, in quadruplum[s]. quod scelus furto grauius esse creditur[t]. cui simile est, cum res fortuitu inuentæ dolosè celantur ac retinentur[u]. de damno in turba dato, in duplum[x]: de raptis in tumultu incendij, ruinæ, naufragij 9, in quadruplum[y], intra annum: post annum, in simplum: ut & superiores[z], atque aliæ id genus prætoriæ[a]. exceptis furti actionib. quæ perpetuæ sunt[b], quia ciuiles[c]. Item de iniurijs annalis 10[d]: ad

1. De priuatis delictis.
2. De furtis.
3. De tigno iniuncto.
4. Si qui testam. liber esse iussus, &c.
5. Furti aduersus nautas, caup. stabul.
6. Si familia furtum fecisse dicatur.
7. Arborũ furtim cæsarum.
8. Vi bonorum raptorum.
9. De incendio, ruìna, naufragio
10. De iniurijs & famosis.

a §. sin autem. 4. Instit. de satisda. l. non solùm. 39. §. 1. de proc. uide gloss. & Dd. c. 1. extrà eod. tit.
b l. maritus. 21. C. de proc.
c l. exigendi. 11. C. eod. tit. l. sed & hæ. 35. D. eod.

a l. 1. §. 1. de cælum.
b l. ult. C. ubi senatores.
c l. quid sit. 17. §. quod aiunt. 16. de æd. edic.
d d. §. quod aiunt. l. transigere. C. de transact.
e l. locatio. 9. §. quod illicitè. de public. l. ult. de priua.
f l. 1. j. de public. iud. ubi dixi. g l. ult. hoc t. h uide l. ult. de litigio. l. ult. C. e. tit. i d. l. ult. ubi Bart. nu. 3. 4. Ias. C. de iudic. nu. 2. Mar. in Specul. part. 4. distinct. 1. k l. 1. hoc tit.
l cap. penult. ult. 14 q. 6. m §. ult. Instit. de obligat. ex delict. §. omnes §. quadrupli. Instit. de action. n l. 1. hoc tit. l. 162. 168. de uerbor. significat. o l. 1. in fin. hoc tit. l. in rem. 24. § penult. de rei uendic. l. gemma. 6. ad exhib. p l. 1. si qui testamen. l. unic. furti aduers. nautas caup. q l. 1. hoc tit. r l. 7. hoc tit. s l. 2. hoc tit. Institut. de ui bon. rapt. per tot §. quadrupli. Instit. de actionib. t cap. pœnale. 14. q. 5. u cap. multi. 14 quæst. 5. x l. 4. ui bonor. rapt. y l. 1. h. tit. z l. 4. suprà tit. 1. l. 1. si qui testam. a in princip. Institut. de perpet. & temp. act. l. in honorarijs. 34. de obligat. & action. b in princip. Institut. de perp. & temp. ubi dixi. c §. pœna. Institut. de oblig. ex delict. d l. si non conuicij. C. de iniur. etiam ciuilis. Franc. Balb. tract. præscr. 4. part. 4. par. princip. in princ. no. 4. per Dd. d. l. si non conuicij.

ad uindictam [a]: quæ iniuriæ, certa pecuniæ quantitate parti læsæ danda [b], solent æstimari [c], cùm ordine agitur. nã extra ordiné etiam de his [d] & alijs omnib. [e] est actio ad pœnã arbitrariam incertam [f], fisco applicandam [g]: uelut & de criminibus: quæ propterea uocantur extraordinaria 11: quòd nunquam ordinaria fuerint, nec certa unquam lege & sanctione notata: puta de sepulchris & cadauerib. uiolatis 12. quod crimen non una lege pœnaq; coercetur: sed aliàs pœna pecuniaria, ex edicto prætoris [h], aut constitutionib. [i]: aliàs ex officio nobili, maximè si armis cõmissum sit, relegatione, metallo, deportatiõe, gladio, pœnaq; capitis, ꝓ qualitate personarũ & modo delicti prorsus uariè [k]: ut non immeritò hui⁹ delicti iudiciũ extraordinarijs annumeretur: sicut & quod constituitur de concussionibus 13. quib. magistratus, iudicij, potestatisue alicuius terrore pecunia extorta est [l]. Nam ut hoc delictũ quantitate & qualitate uariat, sic etiam uariè punitur: quadruplo [m], publica censura [n], arbitrariè [o], officio iudicis [p]: ex S. C. [q] etiam lege aliqñ publica falsi [r], & pœna calumniatorũ [s]: ex constitutionib. deniq; gladio interdum, qñ principis scilicet officia huius audaciæ auaritiæq; conuincuntur [t]. Itẽ de abigeis 14. qui pecora ex pascuis uel armẽtis abigunt & deprædantur: quod in honestioribus, ordinis motione, aut relegatione: in alijs tꝑario opere aut perpetuo metalli, nonnunq̃ etiam capitali supplicio uindicatur [u]. Et de præuaricatorib 15 qui in iudicijs aduersam partẽ adiuuant, prodita causa sua [x]: qui in publicis iudicijs publici iudicij pœna tenentur [y], in alijs arbitrariè morib puniũtur [z]. Præterea de receptatorib. 16 facinorosorũ: quorũ pœna quoq; uariat. Nam si opẽ tulerint, instar latronũ & authorũ coercẽtur [a]: aliàs mitius [b], pręser tim si ꝓpinquos receptarint [c]. De furib. itẽ balnearijs & nocturnis 17. qui grauius coercẽtur [d]: effractoribusq; 18 ædiũ ac custodiarũ, & expilatorib. hæreditatũ 19. Qui omnes licet cum furibus paria faciant: tamen propter circũstantias

n 3 atrocio-

11. De extraordinarijs criminibus.
12. De sepulchris uiolatis.
13. De concussionib.
14. De abigeis.
15. De præuaricatoribus.
16. De receptatoribus.
17. De furib. balnearijs.
18. De effractorib. & expilatoribus.
19. Expilatæ hereditatis.

a l. 2. §. emancipata. de coll. bon.
b l. ult. ubi Bar. de priuat. delict.
c §. in summa. ubi gloss. & Dd. Inst. eod. uide Boss. de iniur. Maran. in Spec. part. 4. distinctio. 1.
d l. ult. hoc tit.
e l. ult. de furt.
f Bart. l. ult. de priuat. delictis.
g glo. l. 3. uerb. certum. de sepul. uio. Bar. l. fin. nu. 3. 4. de priuat. delict. Ias. rubr. C. de iud. nu. 2. uide l. ult. C. de litigios. iunct. l. ult. ff. eod.
h l. de sepulchro. 9. l. 3. hoc tit.
i d. l. 3. §. diuus. 5.
k l. ul. l. 3. §. aduersus. 7. hoc tit.
l l. ult. C. eod. c. militare. 23. q. 1. c. quoniam. distinct. 8. Specul. de execut. §. 1. de recus. §. ult. de salar. §. 1.
m l. iubemus. C. eod. l. uet. repet. c. quoniam. dist. 18. gloss. c. ult. 14. q. 6.
n l. 3. C. de cond. ob turp. caus.
o l. 1. ad Turpill. l. 1. hoc tit.
p d. l. 1. d. l. 3. C. de condi. ob turp.
q d. l. 1. ad Turpill.
r l. 2. hoc tit.
s l. 1. de calumniat.
t l. unic. Cod. de superexact. lib. 10.
u l. 1. §. 1. 2. hoc tit.
x l. præuaricantes. 212. de uerbor. signific. uide Cuiac. de his obseruat. lib. 9. cap. 40.
y l. 1. l. 3. hoc titul.
z l. 1. l. 2. l. 3. hoc titul.
a l. 1. hoc tit. l. 1. C. de his qui latron.
b l. 2. Cod. eod. gloss. l. 1. hoc titul.
c l. 1. 2. hoc titul.
d l. 1. hoc tit.

atrociores acerbius castigantur: aut opere [a] aut relegatione [b], aut etiã ignominia in militibus [c]: in effracturis etiam fustigatione [d], uel supplicio capitali [e]. Præterea de stellionatu 20, hoc est, dolo malo, qui suppressione, suppositione, corruptione rerũ quæ uenduntur uel pignorantur, alterius decipiẽdi causa cõmissus sit [f]. Nã q in ordinarijs actionibus pecuniarijs appellatur dolus, in pœnis expetẽdis extraordinarijs uindicatur ut stellionatus [g]. Punitur aũt uel sine ignominia [h], uel cũ nota [i] extra ordinẽ uariè [k]: puta remotione ordinis, opere, relegatione [l]. Insuper de termino agrorũ, qui sanctus esse debet [m], moto 21, quod facinus coercetur ex l. Iulia, pecunia [n]: extra ordinẽ uerò relegatione uerberibusq; arbitrariè [o]. Et de collegijs ac corporibus 22, hoc est, societatibus & conuenticulis illicitè, id est, ad improbum usum ac finẽ institutis, puta commessationũ, libidinum, falsarũ religionum [p], factionũ [q], &c. quæ cõstringuntur pœna uis publicæ [r], aut extra ordinẽ arbitrio magistratus [s]. Ac de istis quidem omnibus extraordinarijs popularis est actio 23, quæ cuiq; de populo honestæ existimationis, non tantùm ei cuius interest, dari solet [t]: eoq; respectu publica etiam à populo nominari potest [u].

20. Stellionatus.

21. De termino moto.

22. De collegijs & corporib.

23. De popularibus actionib.

LIBER XLVIII.

CÆterùm publica 1 propriè sunt, quæ ob id quod ad Reip. exemplum & uindictã immediatè pertineãt, publica quæstione inquiruntur & cognoscũtur: ex certa aliqua lege, q̃ actionem, formam, pœnam certã, & soli Reipub. seu fisco debitam, eiusmodi delicto capitali uindicando præscribit: & solennẽ ea re accusationẽ exigit, cum inscriptione 2, hoc est, subscriptione actoris [a]: qua se, nisi probet, ad similitudinem supplicij quod à reo poscitur, obligat [b]: cuiq; hodie quoq; absq; subscriptione calumniator obstringitur [c]. Item custodiam & exhibitionem 3, tam rei q̃ etiã actoris [d], aut utriusq; saltẽ satisdationẽ [e]. Cuiusmodi iudicia legibus Augusti Iulijs prodita sunt capitalia: de imminuta maiestate 4 populi Romani liberi, aut subinde principis,

1. De publicis iudicijs.

2. De accusationibus & inscriptionibus.

3. De custodia & exhibitione reorũ.

4. Ad l. Iuliã maiest.

a l.1. de fur. baln.
b d.l.1.
c l.ult.eod.tit.
d l.2.de effract.
e l.1.de effract. l.in eos. 12.de custod.reor.
f l.3.cum sequ. hoc tit.
g d.l.3.
h l.2.hoc tit.
i uide Cuiac. conciliantem l.2. de stelliona. cum l. quid ergo. §. ult. de his qui not.infa.obs. libr. 10. cap. 26.
k l.1.l.2.l.3.
l l.3.4.hoc tit.
m dixi titu.fin. regund.
n l.3.hoc tit.
o l.1.hoc tit.
p l.3.C.de sum. Trin. l. conuenticula. C. de Episco.& cler. Nouell. 132.de interdictis collegijs hæret.
q l.conuenticula.C.de Episcop.& cler.l.3.C.de sum.Trin.uide Cuiac.obs.lib.7.c.30. r l.2.hoc tit. s l.1.h.t.
t l.1.l.4.hoc tit. u in princ.Inst.de pub.iud.ubi dixi.& l.1.hoc tit,l.1.§.4.de susp.tuto.§.consequens.Instit.eo.tit.l.eum.§.in popularib.de interd. a l.3. hoc titul. uide Cuiac.obser.8.cap.33. b l.pen.C.de accus.l.2.§.ult.de adult.l.2.C.qui accusa.l.ult.C.de iniur.c.super his.de accusatio.c.quisquis.2.q.8. c l.ult.C.de calumnia.l.penultim.
d l.3.C.de his qui accus.l.2.C.de exhib.reo. e l.1.ubi Bart.& Dd.de cust.reo.uide Angel.de malef.uerb.ad querelam.Hippol.in pract.§.diligenter.

cipis,cui populus ius ſuũ dedit[a],quod crimen ultimo ſupplicio,& publicatione bonorum,cum damnatione memoriæ uindicatur[b].

5. Ad l. Iuliã de adulterio & ſtupro.

De adulterio 5 cum aliena matrefamiliâs patrato[c]:cuius pœna in militibus olim deportatio[d],in cæteris relegatio[e],niſi inceſtus accederet[f]:pòſt non ex Conſtantini conſtitutione[g],quę interpolata eſt[h],ſed ſequentiũ Impp. ſanctionibus[i],capitalis gladij[k]: ex Nouella Iuſt.[l] in muliere cum uerberatione,præcluſio[m].Item de ſtupro,qđ per uim commiſſum punitur gladio[n]:ſine ui patratum,fuſtigatione,aut bonorum amiſsione[o].

6. Ad l. Iuliam de ui publica.

De ui publica 6,quæ coactis fit armis[p]: in quá deportatione animaduertitur[q].

7. Ad l. Iuliam de ui priuata.

De ui priuata 7, quæ ſine armis cõmittitur[r], & uindicatur publicatione tertiæ partis bonorũ[s], cũ infamia[t],quæ omnib.his iudicijs adhęret[u].

8. Ad l. Corneliã de ſicarijs & ueneficijs.

Itẽ ex lege Cornelia de ſicarijs 8, qui pœnas capite luunt[x].De ueneficijs[y] & incendijs[z],dolo ſcilicet commiſsis[a]. qui in his omnib. ſubintelligitur[b], cuiuſmodi ultricibus flammis uindicãtur[c].

9. Ad l. Pompeiã de parricidijs.

Et quæ his grauiora,eoq; acerbi⁹ coercita[d], de parricidijs lege Põpeia 9: cuius damnati ſi quidem collaterales ſint,gladio feriũtur[e]: parentes uerò & liberi uetuſtiſsimo more maiorum culeo inſuti aquis mergebantur[f]:quę pœna pòſt,additis funeſtis animalibus,exaſperata eſt[g].

10. Ad l. Cornel. de falſis, & S. C. Liboniano.

Item lege Cornelia 10 de falſo,& qđ huic ſimile eſt,S.C.Liboniano,de aduocationib⁹, teſtimonijs ad oppreſsionem innocentum corruptis,& ijs qui ſibi in teſtamento aſcribunt[h]:qui gladio feriuntur certis caſibus[i]: at uerò ordinariè deportatione, fuſtigatione, aut aliàs pro modo delicti arbitrariè puniuntur[k]. Iulia de

repe-

a *l. 1. de conſt. princ.* *b* *l. quiſquis. C. eo. l. 2. Inſt. de pub. iud.* *c* *l. fugitiuus. 225. de uerb. ſignifi. c. non mechaberis. 32. q. 5.* *d* *l. 4. §. qui adulterij. de re milit. l. 2. §. miles. de his qui not. infa.* *e* *l. ſi quis uiduam. 5. de q. l. 6. de diuor. l. Clodius. 13. de his quibus ut indig.* *f* *d. l. ſi quis uiduam. 5.* *g* *l. quãuis. 30. C. eod.* *h* *l. quamuis. C. Theod. eod.* *i* *l. 4. C. Theodo. quor. appell. l. 2. C. Theod. de indulgen. Cuiac. obſeru. lib. 11. c. 6.* *k* *l. quamuis. 30. C. eod. l. tranſigere. 18. C. de tranſact. §. item lex Iulia. Inſt. de pub. iud.* *l* *Nouell. 134. §. 1. 2. cum ſequent.* *m* *Auth. ſed hodie. C. eod.* *n* *l. 1. de extra. crim. §. 7. Inſtit. de pub. iud.* *o* *§. item &c. Inſt. de pub. iud.* *p* *l. 1. 2. h. t. §. recuperandæ. Inſt. de interd.* *q* *§. item 7. Inſt. eo. l. qui dolo. 10. in fi. ad l. Iuliam de ui pub.* *r* *d. §. recuperandæ.* *s* *l. 1. h. t. d. §. item. 7.* *t* *l. ult. h. t.* *u* *l. in infamem de pub. iud.* *x* *§. 4. Inſt. eo.* *y* *l. ſi quis. 10. h. t. Paul. lib. 5. tit. 23.* *z* *l. ſi quis. 10. h. t. l. qui dolo. 10. de ui publ. §. 6. Inſt. de pub. iud.* *a* *d. l. ſi quis. l. qui ædes. l. ult. de incend. ruin. l. diuus. de extra. crim. uide Bar. nu. 5. & Dd. l. 1. de off. præf. uigil.* *b* *l. in lege. 7. h. t.* *c* *l. 3. C. de malef. qua uenefici cremantur, cum olim l. Corne. gladio punirentur. l. 5. C. eod. l. capitalium. 28. §. uenenarij. de pœn. de incendiarijs, ut incendio rurſum pereant. d. l. capitalium. §. qui ædes. 9. uide Bart. d. l. 1. Bal. Salic. l. data. 11. C. qui accuſ. Ord. Imper. cap 130. 125. Landtrecht lib. 2. art. 13. 14.* *d* *l. 1. l. pen. h. t. l. 1. C. de his qui par.* *e* *l. 1. pen. h. t.* *f* *Cic pro Sext. Roſcio.* *g* *d. l. penult. l. unic. de his qui par.* *h* *l. diuus. 15 §. 2. l. falſi. 20. l. impuberem. 22. §. 3. cum ſeq. h. t.* *i* *quos notant glo. & Dd. l. ubi. C. de falſ.* *k* *§. item. 6. Inſt. de pub. iud. l. ubi. 22. C. de falſ. l. 1. §. fin. l. ult. h. t.*

repetundis pecunijs 11, quę in magiſtratu, ptāte, curatione, legatione, uel quo alio officio, munere, miniſterióue publico, per iniuriā acceptæ retentæq; ſunt [a]: quo nomine præſtò eſt etiam ciuilis in quadruplū actio [b]. De annona 12 corrupta, flagellata, ad pœnam utrobiq; extraordinariā & arbitrariam [c]: quæ hîc ad mortē extendi pōt [d]. De peculatu 13, hoc eſt, furto publico [e], pecuniæ ſacrę [f], religioſę, publicę [g]: de reſiduo ex interuerſa, abuſa, reliquata pecunia publicæ adminiſtrationis [h], ad pœnam conſimilem [i], etiam corporalem, ut manus amputationem [k]. Peculatus tenētur, quorum fidei publica pecunia commiſſa nō eſt: de reſiduis magiſtratus, quorum ad adminiſtrationem periculumq; pecunia interuerſa pertinet [l]. Item de ambitu 14 eorum, qui ſuffragij cauſa turbam mercede conduxerunt: ad deportationem, relegationem, mulctam cum infamia irrogandam [m]. quę lex olim in liberi populi comitijs & ſuffragijs uſum habuit: hodie in municipijs, ubi mos creandi magiſtratus idē durat, etiamnū obtinet: in urbe quidem, quo ad magiſtratus, quos ſolus nunc creat princeps, obſoleuit: quo ad uectigalia uerò recēns abſq; Cæſaris authoritate inſtituta [n], uel (quod perinde eſt) adaucta [o]: uel ob domum iudicis ab actore reóue introitam, etiamnum locum habet [p]. Lege Fabia de plagiarijs 15, qui πλαγιῶς, hoc eſt, doloſè [q] hominē liberum (nam pecudum abductionē ad abigeatum s̃. retulimus, quòd in his non æquè ac in hn̄e delinquatur) inuitū rapiunt, emunt, uendūt, celant, uinctum habent: ſeruū alienum dolo malo abducūt, celant, retinent, coercēt [r], ad pœnam olim pecuniariā [s], hodie arbitrariā [t], etiam capitalē [u]. Ex S.C. Turpiliano 16, de calūnia, p̄uaricatione, tergiuerſatione, in publico iudicio citra impetratā abolitionē facta [x]: aut ad talionē, ut qđ alijs machinati ſint, ipſi luant [y]: aut ad pœnā extraordinariā & ea re arbitrariā [z]. Quorū iudiciorū omniū hic eſt ordo atq; exitus, ut reus abſens 17 quidē requiratur [a], & ex contumacia quoq; nonnunq̃ damnetur [b], præſer-

11. Ad l. Iuliam repetundarū.
12 Ad l. Iul. de annona.
13. Ad l. Iul. peculatus, & de ſacrilegijs, & de reſiduis.
14. Ad l. Iul. de ambit.
15. De l. Fabia de plagiarijs.
16. Ad S.C. Turpilianum, & de abolitionibus.
17. De requirendis uel abſentibus damnandis.

a *l.1.h.t.* *b* *l.1.l.ult.* Cod. *eod.* *c* *l.7.§.ult.ad l. Iul.rep.l.annona. de extra.crimi.* *d* *d.l.7. §.ult.l. uni.C.de cri. pec.§.item.8. Inſt. de pub. iud.* *e* *l.3.l.ſacrilegi. 9.h.ti.* *f* *l.4.l.ſacrilegi.9.h.t.* *g* *l.1. cum ſequ. h.tit.* *h* *l.4. §.2. hoc tit.* *i* *l.4.6.9.11. de pecula. uid.l. excellentia. C. de erog. mil.lib.12.* *k* *§. coges. in* Authentic.*de mand. princ.* Ardiz.*de feu. part. 4. cap.* 151. Ro.*ſing.* 379. Cepoll. Auth.*ſed nouo. nu.* 15. C. *de ſeru. fug. uide* Dd. *l. excellentia.* C.*de erog.milit.* *l* *l.ſacrilegi.9.§.1.de pecul.ubi* Bart. Fab. *in §. item lex Iuliana.3.* Inſt.*de pub.iud.* *m* *l.unic.h.t.l.unic.C.eo.* *n* *uid.C.noua uectig. impo. non poſſe.* *o* *uide* Salic.*l.1.2.C.noua uectig.* *p* *l.uni.hoc t.ubi dixi, & l.uni.C.de ſuffrag.* *q* Duaren.*diſput.lib.2.cap.20.* *r* *l.2.3.4.5.hoc tit.* *s* *l.ult.hoc tit.l.6.* C.*eod.l.lege.12.de manumiß.* *t* *l.7.C.eod.l.ult.hoc titul.* *u* *l.ult.* C.*eod.* *x* *l.1. cum ſeq.15.hoc tit.* *y* *l.2.de præuarica.l.ult.C.de calum.* *z* *l.1.hoc tit.* *a* *l.1. hoc tit.l.abſentem.5.de pœn.* *b* *l.ult.C.eod.l.1.ubi* Bar. Ig. *de* S.C. *Syll.* Angel. *tract. mal.uerb.fama publica.num.20.* Hipp. *conſil.8. & 12.*

præſertim in non capitalibus [a], & moribus ſanè noſtris [b]: bonis eius interea annotatis [c], ut niſi intra condictam diem ueniat, fiſco uendicentur [d]. Præſens uerò ſi neget facinus, idoneè conuincatur [e]: aut ex ſufficientibus indicijs quæſtioni 18 ſubijciatur [f]. quod diabolicum eſſe ſuſpicor inuentum, ad excarnificandos homines de tormentis infernalibus allatum: ſed tamen in quibuſdam atrociter nefarijs ac refractarijs neceſſarium. Deniq; confeſſus cōuictúsue pœnis 19 ſubdatur [g]: bona publicētur (quanquam hoc Iuſtin. pòſt temperauit [h]) cùm damnatorum 20, tum eorum, qui in reatu capitalis peccati [i] ante ſententiam, uel mortem ſibi metu ſupplicij conſciuerunt [k], uel accuſatorem corruperunt 21. pro damnatis enim & nocentibus habentur [l]. nec fortitudo eſt, ſibi manus inferre: cum ad debitũ bonumq; non tendat id finem [m]. Pœnarum autem quæ ex his iudicijs conſequuntur, aliæ ſunt capitales, aliæ non capitales [n]. Capitales pecuniam cum uita adimunt [o], iure iſto, quod hodie contra Iuſtiniani conſtitutionem [p] iterum magna ex parte receptum eſt [q]: non capitales auferunt facultates deportatis [r], haud etiam relegatis 22, quibúſue certo duntaxat loco interdictum eſt [s]. Hæ continuationem habent, & ad uitam durant, niſi ſententiam eiuſmodi paſſos princeps reſtituat 23. Illæ cum uita ſtatim finiuntur [t]: eoq; & cadauera ita punitorum 24, ad ſepulturam, interdum & ad anatomiam uel alium uſum conceduntur honeſtum [u] (nam aliàs uiolari impunè non poſſunt [x]) petentibus [y]. quod certè legibus diuinis & humanis congruit [z]: omniúmque gentium moribus conſentaneum eſt [a]: ac propria quędam Antichriſtiani regni nota uidetur, relinquere cadauera inſepulta [b]: idq́ue ſemper inhumanum atque impium eſt habitum [c], quo terram etiam pollui lex diuina commonſtrat.

18. De queſtionibus.
19. De pœnis.
20. De bonis damnatorum.
21. De bonis eorum qui ante ſenten. uel mortẽ ſibi conſciuerũt, uel accuſatorem corruperunt.
22. De interdictis & relegatis & deportatis.
23. De ſententiã paſſis, & reſtitutis.
24. De cadaueribus punitorũ.

a l. 1. C. quem. & quan. iud. uide diſtinctionem Bal. l. 1. in fin. C. ut intra cert. temp. & Nouell. 65. §. is qui. 15. Nou. 69.
b Land. lib. 1. art. 70. Vueychb. art. 39. Chilia. de banno. uide etiam ordinat. Imper. cap. 206.
c l. 1. h. t. l. 1. C. eo. ord. Imp. cap. 206.
d l. 1. 2. C. eod. l. 1. 4. hoc tit.
e l. qui ſententiam. 16. C. de pœn. uide de modo probandi, l. ult. Cod. de probat.
f l. 1. 18. 20. ult. hoc tit.
g d. l. qui ſententiam. 16. l. cum reis. 18. C. de pœn. h Auth. bona. cum ibi no. C. de bon. dam. i l. 1. l. 2. h. tit. k l. ult. hoc tit. l l. 1. l. 2. hoc tit. m Bart. l. ſi quis filio. §. eius. in fin. de iniuſt. rup. teſtam. n l. 6. §. ult. l. capitalium. 28. h. t. o l. 1. de bon. dam. p Auth. bona damnatorum. C. eo. tit. q Chaſſ. Boer. in conſ. tit. de confiſcat. r l. 4. de interd. & relega. l. deportatorum. de pœn. s l. 1. 7. & paßim h. t. t l. diuus. 7. de iur. pat. l. ult. maieſt. glo. l. apud. 11. §. ult. ad Trebell. u Bart. l. ult. h. t. Chaſſ. in conſuet. Burg. rub. de confiſcat. §. 1. x l. 1. & tot. hoc tit. l. 1. de iniur. l. 3. §. aduerſus. & tot. titul. de ſepul. uiola. uide Chaſſ. præall. lo. Bal. & Sal. l. ſororem. Cod. de his quib. ut indig. Hippo. conſil. 110. Caret. in prac. fol. 253. nu. 23. y d. l. 3. § ſi aduerſus. de ſepul. uiolat. z Deut. cap. 21. a Cic. lib. 5. in Verrem. b Apoc. cap. 11. Pſa. 79. c Cic. præal. lo. Sophocles, Euripid. Couar. lib. reſo. 2. cap. 1. num. 11.

ſtrat [a]. Certè in eiuſmodi tetra ſpectacula grauidas mulieres uiſu incurrere, ut fieri neceſſe eſt ſæpius, cum ad uias potiſsimùm illa deſigantur, quàm ſit alienum ac periculoſum, exempla tetra monſtroſaque luculenter oſtendunt. Quamobrem etiam abſq; cuiuſquã petitione, putauerim ex officio magiſtratus cadauera punitorum ſub ueſperam diei terræ mandanda eſſe [b]. quod lex etiam ciuilis etſi non præcepit: tamẽ minimè certè uetat [c]: canon hortatur [d]: lex non tantùm Moſaica comprobat [e], ſed etiam antiquiſs. de peccato primùm lata: Quia terra es, in terram unde ſumptus es, reuertêris [f]. quæ non minus quàm mors ipſa pertinere ad omnes uidetur oportere.

LIBER XLIX.

ET hæc quidem de ciuilibus & criminalibus iudicijs primæ inſtantiæ: quibus ne quis iniuria obruatur, inuentum eſt cùm appellationis remediũ [a] contra iudicum ſententias, tum relationis aduerſus eorũ opiniones beneficiũ [b]: 1 quo cauſa in ſcdam inſtantiã attrahitur & recognoſcitur. Relatio fit per magiſtratũ, qui opinationẽ de re controuerſa ſuam, ad principem refert, ut uel probet uel improbet: cui refutatorios libellos rationesq; opponere ſuas litigator põt [c]. Appellatio interponitur à litigatore [d], eóue cuius intereſt [e]: qui ſententiam dictam ab inferiore, à quo fit prouocatio 2, corã ſuperiore eius immediatè proximo 3 coarguit, intra decem dies [f], à tempore ſententiæ 4 uel ſcientiæ [g] continuos [h]: nam poſtea tranſit ſententia in rem iudicatam, nec amplius appellationibus impugnari poteſt [i]: & appellationẽ recipi à iudice qui pronunciauit ſuam, petit 5. nec enim omnium indiſtinctè recipitur [k], nec in omnibus cauſis [l], in dubio tamen recipitur [m]: poſtulatq; ſibi ab eodem dari apoſtolos ſeu libellos dimiſſorios 6 intra trigeſimũ ab interpoſita appellatione diem [n]: neq; quippiam interpoſita appellatione innouari 7, aut ſi quid attentatum ſit, id ante omnia reſcindi [o]: deniq; rectè petit iuxta prouo-

1. De appellationibus & relationibus.
2. A quib. appellare non licet.
3. Quis à quo appelletur.
4. Quãdo appellandum ſit, & intra quæ tempora.
5. De appellationibus recipiendis, uel non.
6. De libellis dimiſſorijs, qui apoſtoli dicũtur.
7. Nihil innouari appellatione interpoſita.

a Deut. cap. 21. in fin.
b ut Ioſ. 8. & paßim in hiſtor. ſacra. Couar. præal. lo.
c l. obnoxios. 11. C. de relig. & ſump. funer.
d c. quæſitum. 13. q. 2.
e Deut. cap. 21.
f Geneſ. 3.

a l. 1. de appell.
b l. 1. 2. C. de relationib.
c l. 1. 2. & t. tit. C. de relat.
d t. ti. C. ſi unus ex plurib. l. 1. 2. ĩ. quan. appellan. ſit.
e l. 4. l. 5. l. ſi perluſorio. 14. h. tit. l. 2. ĩ. quan. appell.
f Auth. hodie. C. de appell.
g gloſ. uerb. ſed hodie. et Dd. d. Auth. hodie. Mynſin. obſer. 2. cent. 2.
h Mynſing. præalleg. loc.
i Auth. hodie. C. de appell. c. quod ad. 15. extra. eod.
k l. 1. cum ſeq. C. quo. app. rec.
l l. 2. C. eo. tit. l. 16. hoc tit. l. unic. C. ſi de momen. poſſeß. l. 1. §. ſi quis. l. 5. ſup. tit. 1. l. 3. l. tutores. 18. C. de excuſa. mun.
m l. quoniam. C. eo. l. ult. C. de app. rec. c. ut debitus. 5. de appell. c. dilectus filius. 2. de reſcrip. ubi Inno. & in c. paſtoralis. num. 4. de off. deleg. Spec. de appell. §. nunc dicamus. nu. 2. Alex. conſil. 80. nu. 7. uol. 7. Ro. conſ. 50. ut decla. nu. 2. Dec. conſ. 28. nu. 8. conſ. 524. nu. 11. conſ. 356. in cauſa. nu. 1. Et cõem dicit Tarz. 1. op. 31.
n l. iudicib. 24. C. de app. c. ab eo. 6. eo. in 6. Clem. quãuis. eo.
o uid. l. uni. D. nihil nouari app. interpoſ. c. nõ ſolùm. eo. in 6. c. bonæ. 51. c. dilectos. 55. c x. eo.

prouocationem etiam de nullitate sententiæ 8 alternatiuè cognosci[a]. Petitq; eiusmodi uel per se uel per aliũ 9, puta procuratorem, quando tñ ea de quæstione tractatur, quæ uicaria opera peragi queat per alium: causa utpote nõ capitalis[b]. Cuius quidem petitionis causæ probandæ, & (ut loquuntur) iustificandæ sunt: sic ut prouocanti solutũ sit, nõ probata probare, non allegata allegare: etiam super ijsdem articulis, uel directo contrarijs[c]. quod quidem quatenus abrogauit ius Pontificiũ[d], eatenus beneficium appellationis, quæ plerunq; ex prioribus articulis uel contrarijs iustificanda est, debilitauit. Cæterùm iustificatur periculo eius qui appellauit, nisi probet: inprimis si tutor, curator, magistratus, ab imposito sibi per sententiã munere publico prouocârit 10: & per hanc morã res publica uel pupillaris damnum fecerit[e]. quanq̃ alijs quoq; pœnis, friuolè prouocantes multentur: ut iure ciuili infamia (ueteri temerè litigantium pœna[f]) & 50. libris auri[g]: Pontificio, expensarum solutione[h]. quod ultimum omnib. qui sine iusta causa litigãt, expectandum est[i]. Neq; minus in prouincia & domi suæ defendere 11 se, & alias lites agere 12 apud iudicẽ à quo, appellans, qui Romam appellationis causa profectus est, debet: cum non Reip. sed suæ rei, hoc est, prosequendæ apud Imp. appellationis suæ gratia absit. Sed neq; ut suspectum recusare iudicẽ à quo, aut iniuria afficere potest[k]: cum nec probabilis hæc sit suspicionis causa[l]: & si esset, pendente tamen prouocationis instantia, necdum probata sit. Ideo autem minus probatur: quia si se eiusdem sententia, iterũ in alia causa læsum iri uereatur, hic quoq; prẽstò habeat appellationis beneficium[m]: quod etiam in hæredem cum lite & instantia transit 13. Atque hæc quidem de ciuilibus & criminalib. primæ secundæúe instantię iudicijs: restant fiscalia, & alia id gen⁹ ex illis mixta extraordinaria: sic dicta, qđ de his extra ordinem ius dicatur, & absq; spe ꝓuocationis: quoniã inibi cognoscit decernitq; cum plurimũ princeps[n] senat⁹[o], uel p̃fectus p̃torio[p], unde nõ est ꝓuocatio[q],

8. Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.

9. An per aliũ causæ appellationum reddi possint.

10. Si tutor uel curator, uel magistratus creatus appellauerit.

11. Eũ qui appellauerit, in prouincia defendi.

12. Apud eum à quo appellatur aliam causam agere compellendum.

13. Si pendente appellatione mors interuenerit.

a Bart. & Dd. l. si expressim. 19. de appellat. per c. constitutus. 8. de in integr. restit. Innocen. c. cum dilecto. extra eod. Ferra. in form. appell. uerb. dico & esse nullam.

b l. 1. hoc titul. l. penult. in fin. de publ. iud. Paul. lib. sent. 5. tit. 35.

c l. per hanc. 4. ubi Bal. & Dd. Cod. de temp. appellat. l. 6. C. de appel.

d Clement. 2. de testib.

e l. 1. 2. hoc tit. l. 4. C. de appell.

f §. 1. §. ex quibusdam. Instit. de pœn. tem. lit.

g l. eos. 6. §. ne temerè. l. à procoss. 19. Cod. eod. l. 5. in fin. Cod. quor. appellat.

b c. reprehensibiles. 26. eod. cap. 1. de elect. in 6.

i l. properandum. 11. §. siue. Cod. de iudic. c. is qui. de dol. & cont.

k l. iudici. 42. de iniur.

l l. & in maioribus. Cod. de appellat. Dd. l. apertissimi. Cod. de iudic. uide tamen contrà, Deci. c. postremo. de appellat. Maran. Specul. aureo, parte 6. articul. 2. num. 61. 62. 63.

m l. unic. hoc tit.

n l. 1. §. ultim. l. 2. §. 1. l. 13. de iur. fisca.

o l. Senatus. 15. eod. titul.

p l. 3. 4. 5. Cod. de offic. præfect. prætor.

q l. 1. in princip. & §. 1. supra à quibus appella. Cod. de sentent. præfect. prætor.

& quid fieri uelint, super his consulti mandare solẽt: ut de iure fisci 14, hoc est, priuilegijs & bonis uacantibus, uel alia ratione ad fiscum pertinentibus[a]: de captiuis ab hostibus, quorum ibi morientium bona extra fictionem legis Corneliæ[b] in fiscum coguntur[c]: aut de postliminio reuersis[d], uel lytro redemptis[e] 15, qui bona iuraque omnia iure postliminij recuperant[f]. Nam & redempti ius postliminij habent[g]: quod eiusmodi est, ut reuersi nunquam abfuisse fingantur[h]. Deniq; de re omni militari 16: cuius, ut in libera repub. penes populum ius erat[i], sic occupata apud Augustos, translato huc populi iure, omnis potestas cognitioque fuit[k], & quæ huc pertinent, de castrensi peculio 17 filiorumfamiliâs[l]. nam & hi obeunt publicum militiæ munus[m], in quo patria potestas non consideratur[n], & hactenus pro patribusfa. habentur[o], etiam quo ad peculium quod militiæ, respectuq; eiusdem quæsiuerunt[p]. deq; uarijs eiusdem peculij iuribus singularibus[q]: ut de priuilegijs 18 peculij ueteranorum, qui militia, confectis honestè stipendiorum 20. annis legitimis missi sunt[r], & decurionatus insigniuntur honore[s]: uarijsq; immunitatibus[t], etiam in delictis[u] honestantur[x]. Nam de his princeps, ex antiquo populi, ut ostendimus, iure, potissimùm consulitur & cognoscit: ut qui militiæ præcipuam gerat curam[y], militesq; in commilitonum & collegarum numerum atq; locum habeat[z]: aut certè ij qui principis uice extra ordinem de his cognoscunt: ut præfecti prætorio[a], magistri militum[b], iudices militares[c], &c.

14. De iure fisci.

15. De captiuis, & de postliminio, & de redemptis.

16. De re militari.

17. De castrensi peculio.

18. De priuilegijs ueteranorũ.

LIBER L.

IVra fisci quanquã reliquæ ciuitates & municipia præter rempub. Romanam propriè non habent[a]: ius tamen quoddam simile habent[b]: quia suis moribus & legibus

a *l.1. cum seq. h. tit. uid. C. de iur. fisc. cum tit. mul.*

b *l.1. Cod. eo. l. lex Cornelia. de uulga. sub. §. ulti. Instit. quib. permiss. fac. testa.*

c *l. bona. 22. h. tit.*

d *de hoc Cuiac. ob. lib. 11. cap. 23.*

e *l. si captiuus. 20. l. in bello. hoc ti. l. liber. 17. l. ult. Cod. eod.*

f *l. retrò. 16. l. postliminiũ. 19. h. t.*

g *l. si captiuus. 20. h. tit.*

h *d. l. retrò. cũ seq. hoc titul. & Cod. eod. & §. si quis. Instit. quibus mod. ius pat. pot.*

i *Halicarn. lib. 6.* k *l.1. de constit. princip. §. sed & quod principi. Institut. de iur. nat.* l *l.6. l. castrense. 11. & paßim hoc tit.* m *l.3.4.5.6. Cod. de castrens. pecul. lib. 12.* n *l. filiusfa. 9. de his qui sunt sui uel alien. iur. l. quippe. de iud. l. nam quod attinet. ad S.C. Trebell.* o *l.2. de S.C. Macedo.* p *l.6.11.13. hoc tit.* q *l. ult. C. de inoffic. testam. uid. C. lib. 12.* r *l.2. C. de re milit. lib. 12. l.2.3. C. de his qui non impl. stip. l.1.2. & tot. tit. C. quib. mun. excus. lib. 10. l. sed & milites. §. penult. uerb. 20. annos. de excusat. tutor.* s *l.2. hoc titul.* t *l.2. l.5. hoc tit.* u *l.1. & 3. hoc tit.* x *uide C. eod. lib. 12.* y *Nouell. 116. de militibus.* z *l.1. & tot. tit. de milit. testam.* a *l.2. C. ubi quis de Curiali, aliáue conditione conueniatur. l.4. C. de off. præfect. præto. l. unic. C. de off. præf. Aph.* b *to. tit. C. de offic. mag. mil.* c *tot. tit. C. de off. mil. iudic.* a *l. bona. 15. cum l. sequent. de uerb. signific.* b *d. l. bona. l. pen. de priui. l. cred.*

legibus regũtur[a], & (ut nomen indicio est[b]) munera etiam Reip. unà participant atq; sustinẽt[c]. Quare sicut de fisci rebus extra ordinẽ disceptatur: sic etiã de municipiorũ 1, ciuiumq; municipaliũ, & qui his aggregãtur incolarũ, iure[d], secundũ legem (quæ fortè in tit.[e]) municipalẽ[f], cuiusq; municipij ciuitatisq; propriam[g], aut consuetudinem localẽ[h], uel ubi hæc desunt, ex iure communi[i] apud procos. & præsidem[k], uel consulto etiam in dubijs Cæsare[l], extra ordinem ius dicitur[m]: & de eorũ qui illis præsunt, decurionum 2 ordine, dignitate, officio, albo 3, seu matricula cui inscribuntur: de singulorum honore & munere 4, tam personali[n] quã patrimoniali[o] & mixto[p]: quod Reipub. principiq; uel ordinariè, uel extra ordinem debent[q]: cuiusq; nomine bona eorũ tacitè censentur obligata[r]. exceptis ijs qui hinc excusentur ætate, professione[s], aliãue uacatione uel excusatione 5 aut immunitate 6 aliqua ab omnibus his aut aliquibus immunes & liberati. Item de municipũ, præcipuè eorũ qui honores gesserunt, legationibus 7, administrationibus 8, decretis 9, operibus publicis 10, nundinis 11, pollicitationibus 12, quas municipio ob honorẽ sibi decernendũ uel alia ex causa faciunt[t], & quæ iure ac priuilegio municipali[u] (unde extra ordinẽ de his ius dicitur[x]) etiã ex nudo pacto obligationẽ efficacem producũt[y]. De horũ medicis[z], professoribus[a], obstetricibus[b], patronis[c], eorumq; numero & salario[d]: ac similibus extraordinarijs cognitionibus 13: de quibus nõ iure magistratus ordinario (in quo potius dant iudicẽ superiores magistratus, quã ipsi iudicẽt[e]) sed certa aliqua lege extra ordinẽ prætores præsidesq; ipsi cognoscũt[f]: ꝓpterea quòd earũ rerũ cognitio speciali lege

1. Ad municipalẽ, & de incolis.
2. De decurionib. & eorũ filijs.
3. De albo scribendo.
4. De muneribus & honorib.
5. De uacatione & excusatione munerum.
6. De iure immunitatis.
7. De legationibus.
8. De administratione rerũ ad ciuitatem pertinent.
9. De decretis ab ordine faciendis.
10. De operibus publicis.
11. De nundinis.
12. De pollicitationibus.
13. De uarijs & extraordinarijs cognitionibus.

a l. Herennius. 10. de decur. l. rescripto. 6. uerb. prætextu legis l. honor. 14. §. 2. uers. item lex. de munerib.
b l. municipes. 228. l. munus. 18. de uerb. sign.
c l. 1. 2. cum seq. l. libertus 17. l. eius. 27. cum seq. ad municip. l. 1. & t. t. de mur.
d l. de iure. 37. hoc tit.
e ad municipalem scilicet legem subintelligitur: etiãsi Cuia. mauult ciuẽ, lib. obs. 10. cap. 39.
f l. magistratus. 25. hoc t. l. 6. l. honor. 14. §. 2. de muner.

g l. Lucius. 21. §. ult. hoc tit. h l. 4. de fer. l. 1. 2. C. quæ sit long. consuet. i d. l. Lucius. k d. l. de iure. cum l. sequen. l ut l. 11. 21. §. 6. 24. l. ultim. hoc titul. m l. penult. hoc titu. infrà tot. tit. de uar. & extraord. cognition. n l. 1. §. illud. l. ultim. hoc titul. o d. l. 1. §. patrimonialia. l. ultim. hoc tit. p d. l. 1. d. l. ultim. q uide libro 10. & 11. C. r uide Thom. de collect. in princip. numer. 3. per l. imperatores. ubi Alb. de publica. Barto. l. 1. C. in quibus caus. pignor. tac. Ias. post Aretin. in l. apud Iul. §. hæres. de legat. 1. Baldus l. 1. §. quod si. quod cuius. uniuers. Socin. consil. 143. s uide C. lib. 10. & 11. t l. etsi. 15. cum l. sequent. de munerib. & tot. tit. de pollicita. u l. 6. §. planè. de munerib. & honorib. x l. de pollicitat. 8. hoc titulo y l. unic. uersic. ex sola pollicitatione uel pactione. C. de rat. oper. publ. & paßim hoc tit. z l. 1. §. medicos. l. 3. hoc tit. a d. l. 1. hoc titulo. b d. l. 1. in principio. c d. l. 1. l. 4. hoc tit. l. 6. C. de postulan. d l. 1. 3. tot. tit. de uar. cognit. e l. 2. C. de pedan. iud. l. solet. & paßim de iurisdict. f l. interdum. 36. de iudic. l. 3. de in ius uocan.

his iniuncta sit [a]: ut hisce causis, iudicē dare alium, sicut aliàs, non possint [b]: cuiusmodi sunt de iudicibus, qui litem fecisse suam dicentur [c]. Nam & horum munus publicum est [d], ad hancq; cognitionem pertinet [e]. Item de riuis, aquęductibusq; publicis: de equis alienis à sciente possessis, fœtuq; eorum: de damno publicè per uniuersitatem, puta immissis hominibus dato [f]: de proxeneticis 14, quæ conciliatoribus cōtractuum debentur instar honorarij [g]: cuius cognitio prorsus extraordinaria est [h], & extra ordinem licito iure petuntur [i]. De censibus 15: qui uel à ciuibus pendun tur municipio [k]: uel ex municipio Reipubl. aut principi [l] ordinariè [m], aut extra ordinem [n], subita aliqua necessitate ingruente [o]: uel in capita, uel pro fundis iure Italico [p], uel prouinciali [q]. atque ita de alijs eius generis. Nec enim cognitionum harum numerus cum ex uarijs causis descendat, annumerari facilè potest. Quanquam eas ad quatuor ferè genera Callistratus reducat [r]. Nam in his aut de honoribus siue muneribus gerendis agitatur [s], aut de re pecuniaria specialiter magistratibus mandata certatur [t]: aut de existimatione alicuius, cuius cognitio sit ijs peculiariter mandata, cognoscitur [u]. aut de capitali crimine quæritur [x]: cuius cognitionem certa lege tanquam priuilegio commissam, nec iurisdictioni ordinarij magistratus inesse, proindeque nec mandari posse, notissimum est [y]. Atque hæc quidem de omni iurisdictionum, tam ordinariarum quàm extraordinariarum iure, argumento, initio, progressu, exituque in Pandectis ordine pertractantur: &, ut in longioribus scriptis fieri solet, erudito concluduntur epilogo: cùm designatis strictim uerborum, de quibus dictum est, significationibus 16 quæ definitio uocatur [z]: tum antiquo iure omni, quo de hîc agitur, breuibus & generalibus regulis 17 colligato, ac in memoriam reuocato.

14. De proxeneticis.

15. De censibus.

16. De uerborum significatione. Nam rerū, uocem delendam censet Cuiac. hic ad rubr.

17. De diuersis regulis iuris antiqui.

a l. debitoribus. 31. de re iudic. l. 5. §. 1. de iur. immun. l. ult. de oper. publ. l. 3. de testib. l. milites. 12. de custo. reo. l. diui. 27. de pœn.
b l. cum prætor. 12. de iudicijs.
c l. ult. h. tit. l. 5. de oblig.
d l. quippe. de iudic.
e l. ult. §. iudicand. de muner. & honorib. l. pen. de uacatione mun.
f l. 2. hoc tit.
g l. 1. §. in honorarijs. suprà tit. 1.
h l. 1. de uar. cognit. l. 1. l. 7. l. salariū. 17. C. man. l. ult. §. 1. de oblig. & action.
i l. 1. 2. 3. h. tit. de his proxeneticis uide plura apud Cuiac. obser. lib. 11. cap. 18. k gl. uerb. proconsul. ubi Bartol. in l. 1. §. quòd si nemo. quod cuiusque uniuers. uide extrà de censibus & Molin. in consuetu. Par. titu. 2. l l. 21. §. ult. de ann. legat. m tot. tit. C. de anno. & trib. indict. & passim libro 10. n tot. tit. C. de superindict. ubi Rebuff. & Dd. o De his causis uide Thomam titul. de collect. Chassan. in Consuetud. Burgundiæ. tit. 1. de iustic. §. 4. p uide Cuiac. obseru. lib. 11. cap. 35. q uide Cod. lib. 10. & 11. de indic. superind. &c. r l. 5. de uar. & ext. cognit. s l. penult. ad municipal. l. honor. 14. de munerib. t ut l. 1. 2. 3. 4. hoc tit. u ut l. 1. §. suspecti. 7. ad senatuscons. Turp. l. 1. §. damus. l. 6. de suspect. tuto. x d. l. 5. h. t. y l. 1. de offic. eius cui mand. z in l. non aliter. 67. §. 1. de legat. 3.

OECO-

OECONOMIA CODICIS D. IVSTINIANI IMPER.


IHIL *est ad iuuandã memoriã utilius, nihil quod in repetẽdis memorandisq́; legum capitibus, quærentẽ magis iuuet: quàm peruidere, prõptamq́; ob oculos habere* οἰκονομίαν *& seriẽ integrã omnium tractatuũ ac titulorum, qui uoluminibus iuris ordinè cõprehenduntur. Quem ad usum ut in Institutionib. et Pandectis operã, quantũ arbitror, non ingratã studiosis, neq; inutilem hactenus nauaui: ita titulos Codicis, ad eundẽ modum, ostẽsa uidelicet eorũ omniũ structura & ordinatione, ordinisq́; causa & ratione exposita, conabor paucis iã cõnectere ac coagmẽtare. Neq; uerò negligẽda est Iustinianæi Codicis lectio. Nã etsi hic à perfectione Pandectarũ, in quibus omnia meliore methodo, atq; etiã uberius explicantur, nõ parũ abest: tamẽ exuperat et antecellit in nõnullis. Etenim & supplet ea quæ à ueteribus I.C. decisa non sunt: & eorũ controuersias dirimit: & emendat antiquorũ subtilitatẽ: substitutis ijs quæ ad usum existunt potiora: quædã etiã uberius distinctiusq́; explanat: ut Ius publicum, quod ad sacra, sacerdotes, magistratusq́; pertinet: itẽ tractatũ iudiciorũ, restitutionum, nuptiarũ, dotium, tutelarũ, usucapionũ, pignorũ, rerum iudicatarum, appellationũ, etc. Ac profectò praxi daturis operã, utilius fore uidetur, in cõstitutionibus Imperatorũ potius, quàm in Iurisconsultorum responsis peruolutandis, multũ operæ temporisq́; collocare. Nam in his sæpe non minus subtilitatis est, quàm frugis: neq; parũ etiã quæstionũ & opinionũ uariarum, ac intricatarum disputationũ: quæ laudẽ ingenij habent, & acumẽ I. C. ostendunt: cæterùm in foro nec maximo esse usui deprehenduntur, & iustos fructus, laboribusq́; impensis dignos, hoc quidẽ tẽpore párere non possunt. At constitu-*

tiones Impp. in Codicē relatæ, definiunt quæstiones ex media uita quotidiana sumptas prout quæq; res et causa à cōsulentibus iudicibúsue, Romano Cæsari, uel potius sapientiss. eius cōsilio, quod ex peritiss. & doctiss. Iurisconsſ. cōstabat, & nomine authoritateq́; illius ius redderet [a], dijudicāda est oblata: quæ, cùm actiones, lites & negocia generis humani fuerint & sint omnibus tēporibus similia (eadē enim fabula, mutatis tātùm personis, perpetuò agitatur) ut usum in cōmunitate ciuilis uitæ habeāt semper maximū, necesse est. Verùm ego nūc collationē horum librorū non institui. Id certè negari nequit, & res ipsa loquitur, in Pandectis maiorē quàm in Codice, quod ad singularū materiarū explicationē attinet methodū esse seruatā. Nam in illis ordine & per partes, eademq́; serie qua per I.C. cōposita, & edicto perpetuo digesta fuit, doctrina iuris traditur fermè integra. In hoc nullū methodi corpus solidè exhibetur: sed singula facta & species pro re nata incidentes deciduntur. Deinde in Codice annorū ordo tātùm extat: & ut quisq; Imperator prior posteriórue principatū tenuit, sic & eius cōstitutio priore posterioréue loco est collocata [b]: quod ideo factū uidetur, ut ex notatione memoriæ sciri posset, quæ constitutio cui potior esset. Recentiores quippe prioribus derogant [c]. In Digestis porrò rerū & tractationis magis ordo seruatus est, quàm tēporū: quorum haberi rationē nihil fuit necesse, cū sine prærogatiua uetustatis authoritatisq́;, illa capita ex monumentis I.C. collecta sint: & una Iustiniani cōstitutione, quasi sanctione quadā pro lege cōfirmata [d]. Itaq; non omnino nulla fuit causa, cur Iustinianus, constitutiones Imperatorū à responsis I.C. separādas esse duxerit. Etsi autē, ut dixi, particularis rerū tractatio in Codice, nulla iusta dispensatione est coagmētata: tamē uniuersalis titulorū dispositio non caret arte: nec multū discrepat ab ea, quā in Pādectis seruatā esse uidemus [e]: ut iam DEO cœpta secundante, deinceps ostendemus. Ac ut à nomi-

ne

a uide Lampridium in uita Alexandri Seueri.

b constit. 1. §. pen. de no. Cod. facien.

c l. fin. de constit. princ.

d constit. 2. de no. Cod. confir. & constit. 1. de no. Cod. facien. & de ueter. iur. enucl.

e uide constit. Δέδωκεν, in proœm. Pandect. l. 1. 2. ʒ. de uet. iur. enucl.

ne ipso ordiamur, Codex idē quod caudex [a], ex quo cortex extrahitur, stirps arboris, seu crassior arboris pars, quæ extra terrā assurgit [b]: unde pluriū tabularum cōtextus in nauibus & libris cōficitur, atq; à sua materia Codex seu Caudex appellatur. Quia enim ueteres nondum inuento papyri usu, tabulas hinc cōpingebant, scriptioni aptas (quale etiamnū hodie uisitur Nouū Testamentū Caroli magni, inter eius monumēta Aquisgrani asseruatū) eo factū est, ut Codices dicerentur plures eiusmodi tabulæ, ad instar uoluminis colligatæ. Hoc itaq; nomine insignitus est liber constitutionū Imperatoriarū: quoniā obtinuit, ut scripta libriq; principaliū rerum, Codices, seu diminutiuo nomine, Codicilli dicerentur [c]: scilicet ut, sicuti rebus ipsis atq; rerū ordine, sic appellationis quoq; discrimine ac notatione, hæc iuris pars à respōsis I.C. discerneretur. Neq; tamē id ei nominis dedit Iustinianus: sed ut res, ita & appellationē aliunde mutuatus est. Nā ex tribus prioribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, (qui à suis authoribus, quorū industria in cōscribēdis colligēdisq; Imperatorū constitutionibus ante ea tēpora enituerat, ita appellati sunt) Iustinianus suū Codicem, multis tamen nouis cōstitutionibus, quæ post illos factæ erāt, additis confecit [d]: illiq; nomen pristinū, quo antea libri cōstitutionū designabantur, reliquit. Vt aūt constet, uim legis penes hunc unū Iustiniani Codicē, reliquis illis (de quibus dixi) abrogatis, superesse: ideo in uestibulo operis quædā constitutiones ad eam rē pertinentes, quasi proœmij loco, præfigūtur: prima de nouo Codice faciendo 1: qua in constitutione formā futuri operis, & quēad modū, quáue ratione Codicē à peritis & doctis uiris cōponi iusserit, Senatui præmonstrat. Non enim solēt boni principes quicquā in rebus publicis statuere, non cōsulto, nec in partē cōsilij uocato Senatu. Altera de IVSTINIANEO CODICE CONFIRMANDO 2: qua sanctione Codicē hunc æditum, reliquis omnibus id genus

a Seruius in Virgilio, 2. Geor. 6. Ouid. 12. Metamorph. 87.

b Plin. lib. 16.

c §. filiusfam. Instit. quibus mod. pa. po. l. administrātes. 44. de ad. tut. l. ult. C. de codicil.

d constit. 1. de nou. Cod. faciend.

1. De nouo Codice faciendo.

2. De Iustin. Cod. confirm.

nus antiquatis, uim legis obtinere unum iubet atque constituit. Sed quia post aliquot à prima æditione annos, scriptum hoc rursus emendatum est, & (ut sunt δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι) superfluis recisis, adiectisq́; nouis multis constitutionibus interpolatum: ideo ita recognito iterumq́; publicato adiecit tertiam cõstitutionẽ. DE EMENDATIONE CODICIS D. IVSTINIANI ET SECVNDA EIVS AEDITIONE *3: qua in æditione, cũ multæ cõstitutiones, quæ superfluæ uidebantur, exemptæ sint, non mirũ est, in Institutionibus citari nonnullas, quæ nusquã in Codice iam extant* [a]*. Etenim Institutiones ante hanc alterã emendationem, ad primæ cõpositionis modum erant informatæ: neq; postea sub incudem atq; limã, ueluti Codex sunt reuocatæ. Et ex his quidem intelligi potest, quæ forma, uis & authoritas huius sit libri. In reliquis posui eundem ordinem seruari propemodum, qui extat in Pandectis* [b]*. Nam ut ibi à generalibus ad particularia, à fontibus Iurisprudentiæ ad principia, progressumq́; iurisdictionum proceditur: ita in Codice primum Imperator in genere disputat de iure: postea ad iudiciorum explicationem, secundum ordinẽ perpetui edicti* [c]*, progreditur: quia in his ius omne, iurisq́; cognitio, actio & usus omnis uertitur & consistit. quam explicationem decẽ & duobus libris executus: primo ius publicum, quod ad sacra, sacerdotes, leges, magistratus pertinet: in sequentib. uerò priuatũ, quod ad singulorũ spectat utilitatem* [d]*. Hoc autem in iudicijs omne quia redditur, ideo secundũ ordinem iudiciorum cõmodum explicatur: itaq; secũdo principia iudiciorũ exponũtur: reliquis libris ad nonũ usq;, iudicia ciuilia: nono criminalia: postremis tribus fiscalia: quæ uel ad iura fisci attinẽt, de quib. libro decimo: uel ad munera quæ fisco præstantur, de quibus in undecimo: uel ad dignitates, quæ à fisco dantur, de quib. in duodecimo. Atq; ita uelut leges 12. tab. in duodecim libros totũ hoc op⁹ diuisum est.*

3. De emen. Cod. Iustinia. & secun. eius ædit.

a §. nos autem. Instit. de Atilia. tutor. §. placebat. Instit. de legit. agn. succeß. cum simil.

b constit. δευτέρου, & alijs procem. Pandect. l. 2. ∫. de uet. iur. enucl.

c d. const. δευτέρου, & alijs procem.

d l. 1. §. 1. de iustit. & iur.

COD.



IVS ergo omne ut in Digestis, sic & hic, à materia & fine, in publicũ priuatũq; deducitur [a]. Publicũ, quod ad sacra, sacerdotes & magistratus pertinet, esse diximus [b]. Vnde qui hæc lędit, publica actione, uelut de publico crimine tenetur [c], de quib. ordine dicẽdũ est. A sacris igitur, religioneq; Christiana primordia meritò capiũtur, cuius præceptio iure diuino ac humano princeps est [d], puta de summa Trinitate 1, quæ persuasione firma piaq; ut se patefecit, creditur esse, unus essentia, in triũ distinctione personarũ, DEVS [e], in quẽ principiũ, mediũ, & finis omniũ legũ collineare debet [f]. Itẽ de sacrosanctis Ecclesijs 2, in quib. (nõ priuatis cõuenticulis [g]) idẽ Deus publicè colitur, & doctrina de Deo uera sonat ac ꝓpagatur [h]: earũq; de reb. ac priuilegijs, quæ uel personas, uel res, uel actiones illarũ attingunt. Religio aũt & doctrina Christiana ea esse definitur, quę scriptis Propheticis & Apostolicis, ac Symbolis, Apostolico, Niceno & Athanasiano cõprehẽsa, & in Synodis, Nicena, Cõstãtinop. Ephesina, & Chalcedonẽsi, est cõfirmata [i]. Exinde sacerdotũ gradus, officia, ordines, & iura sacrorũ locorũ, iusto ordine cõsequenter distinguũtur in tractatu de episcopis & clericis 3: quorũ illi Græco uerbo ab inspectiõe, hi ab electiõe seu sortitiõe, nẽpe à κλήρῳ quod sortẽ uel munus significat, dicti sunt [k]: & de orphanotrophijs [l], ubi pupilli & orphani ex publico legatisq; piarũ causarũ nutriuntur: & xenodochijs, id est, hospitijs peregrinorũ: ptochotrophijs, ubi pauperes alũtur: asceterijs, hoc est, monasterijs similibusq; gymnasijs [m], ab ἀσκέω, quod exerceri præcipuè in ceremonijs, & meditari in secreto significat [n]: quo de genere Athanasius: καλὸν ἡ ἄσκησις μετ' ἀληθοῦς γνώσεως ϗ συμμετρίας. Hæc enim omnia loca ad sacra pertinẽt [o], tanquã pietatis quædã officinę, & domicilia atq; hospitia sacrorũ & sacerdotũ: ideoq; ẽt Ecclesiarũ priuilegia merẽtur [p]. Itẽ de monachis, qui Græco cõposito nomine à solitudine tristi perhibentur dicti: & de priuilegijs eorũ, castrẽsiq; peculio [q], hoc est bonis clericorũ, quæ ipsorũ præcipua sunt [r]: sicut peculiũ castrẽse, uel quasi, reliquis filijsfamiliàs [s]: & de redimẽdis captiuis [t]. nã &

1. De sum. Trin. & fide catholica, ut nemo publicè de ea cõtendere audeat.
2. De sacrosan. Eccle. & de rebus ac priuil. earum.
3. De Episcop. & cleric. orphanotroph. & xenodoch. & ptochotroph. & asceter. & monachis, & priuil. eorum, & cast. peculio, & redi. capt. & de nuptijs clericorũ uetitis seu permissis.

a l. 1. §. huius autẽ studij. ff. de iust. & iur.
b d. §. huius. Instit. eod.
c c. in primis. 2. q. 1. gl. c. pen. dist. 1. l. si quis. 7. de iurisd.
d Bar. l. 1. n. 10. j. de sac. Eccl. l. sunt personæ. 43. in fin. de relig. & sump. fun.
e uide ex̃ & in 6. & Cle. de sum. Trinit.
f Nou. 109. de hæret. In Authen. de priuileg. dot.
g l. cõuenticula. 15. j. tit. 1. et Nou. 57. 131. 132.
h l 3. h. t. Nou. 57. 131. 132.
i l. 1. 2. 3. h. tit. No. 131. c. 1. 2. ex̃. eo. de sum. Trin. c. 1. eod. lib. 6. Clem. 1. eod.
k c. cleros. 21. distin.
l uide Nou. 131. in fine.
m Nou. 59. ubi Cuiac.
n l. oẽs. 33. h. t.
o c. grandi. de supplen. neg. præl. c. 2. de in integ. rest. in 6.
p d. c. 2. Pan. in c. 2. nu. 1. 2. de cons. Tiraq. de priuil. piæ causæ. §. pro tẽporalib. in Auth. de Eccles. tit. Nou. 131.
q c. placuit. cap. si cupis. c. 2. 16. q. 1.
r l. sacrosanctæ. 32. l. cũ lege 38. h. t. §. presbyteros. in Auth. co. de sanctis. Epis. c. relatũ. 12. de test. & t. t. de pecul. cler.
s l. ult. ubi Bal. j. de inoff. test. Inst. per quas person. nob. acq. & de bon. liberor.
t l. sancimus. 17. h. tit.

& hæc res cùm pia cauſa eſt [a], tum ad curã ſacerdotũ pertinet [b]: quòd multi eccleſijs in redemptionẽ captiuorũ, uel ad alendos pauperes, legare multa ſoleãt [c]: & de nuptijs clericorũ uetitis [d], uel permiſsis [e]. Sed quia nulla ſocietas, nullusq; ordo ſine neruis diſciplinæ, citraq; iuriſdictionẽ diu permanere poteſt: ideo & hæc Eccleſiaſtico ordini eſt attributa, à ſæculari iuris dicẽdi forma ac poteſtate multũ ſeparata [f], quæ Epiſcopalis audientia nominatur 4. Audientia enim ſignificat iuriſdictionis exercitiũ: quod potiſsimùm in audiẽdis, unde & nomẽ eſt, cognoſcẽdisq; litigatorũ poſtulationibus cõſiſtit: unde auditoriũ locus iuriſdictionis uocatur [g]. Sunt aũt huius audientiæ uaria (ut ipſe titulus oſtẽdit) capitula: quæ tñ ad duo genera reduci poſsũt. Omnis enim cura atq; actio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſpectat aut ad θέσιν τῶν συνεργημάτων, hoc eſt, ad εὐταξίαν Eccleſiæ piè riteq; cõſtituendã: ut (quẽadmodum præcipit Apoſtolus [h]) omnia εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν καὶ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας fiant: aut ad ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, ut ſcilicet hæreſes & falſa dogmata cùm dijudicẽtur, tũ extirpẽtur. Hæreticorũ porrò appellatione, inquit Imperator [i], cõtinẽtur, qui leui argumento, hoc eſt, ſine probabili ratiõe & cauſa, à iudicio catholicę religiõis & tramite detecti fuerint deuiare. Rectius hoc nomine Apoſtolus [k] ψευδοδιδασκάλους notat, qui introducũt hæreſes in Eccleſiã exitioſas: Dominũ, hoc eſt, redẽptorẽ generis noſtri IESVM CHRISTVM, uel quo ad perſonã & utramq; naturã, aut alterutrã: uel quo ad officiũ, abnegantes. Hæreſis.n. eſt pertinax error circa articulos fidei Chriſtianæ, qui uel ad hypoſtaſin, uel ad meritũ, ut nomẽ eſt indicio, liberatoris noſtri Chriſti oẽs pertinẽt [l]: in quorũ ignoratione uel peruerſione neminem ulla iuris ignorãtia excuſat [m]. Hæreticus eſt, qui in errore eiuſmodi perſeuerat [n]. Non enim ſolus error, ſed adhærẽs peruicacia hæreticum facit [o]. Nã pœnitentib. Eccleſia gremiũ nõ claudit [p]. Inter hæreticos aũt nominãtur, & primo loco referũtur Manichæi, quorũ deliria in Eccleſia ſatis nota ſunt: & Samaritani 5, ex Iudæorũ gẽtiliumq; ritibus cõflati [q] nec Montaniſtarũ ab ſimi-

4. De epiſcopali audien. & diuerſis capitulis quæ ad curiam pertin. Põtificalem.

5. De hæret. & Manichæis & Samaritanis.

a l.penult. ĵ. de don. Tiraq. de priu. piæ cauſ.

b l.nulli. 28. C. de epiſ. & cleric. l. ſancimus. 17. l. iubemus. 14. C. de ſacroſanc. eccleſ.

c l.nulli. 28. l. ſi quis. 37. h. tit.

d l. ſi quis. 5. Authent. ſed neque. C. de epiſc. & cler. uide Nouell. de ſanctiſsim. Epiſc.

e l. 2. h. tit. cap. quẽadmodũ. ubi Pan. & Dd. de iureiurand. uide diſtin. 30. 31. per tot. c. placuit. 33. q. 2. c. ſi autẽ. 14. c. presbyteris. 19. Nou. 123. de Eccleſiaſt. diuer. c. de ſanctiſsim. Epiſ. No. 154.

f §. 1. in Auth. q̃uo oporteat Epiſcop.

g l. lecta. ff. ſi cer. pet. l. cõtra. 54. §. 1. de re iudic. l. prouidendũ. 7. ĵ. de poſtulan. l. cum lege. 41. de recep. arbitr. h 1. Corint. 14. i l. 2. C. de hæret. k 2. Petr. 2. in prin. l c. ista. ubi gl. uerb. & ſuper hanc petrã. diſt. 19. uide No. 109. de hæret. m c. ſchiſma. 24. q. 1. c. ult. diſt. 37. n c. inter. c. hæreſis. 29. q. 3. o c. dixit. 24. q. 3. c. accuſatus. de hær. in 6. Cle. 1. § porrò. de ſum. Trinit. Cle. unic. §. pen. de uſur. Archid. d. c. hæreſis. p l. 4. C. eod. tit. q Nou. 144. ubi ſabbata illis exprobrantur. Cuiac. Nou. 129. de Samarit.

similes [a]: item qui sacrũ baptisma more Donatistarum iterant 6: apostatæ 7, qui prorsus à fide Christiana desciscũt, & in aduersaria omnia transeunt: & his similes, qui signũ, hoc est, crucem Christi [b], in contumeliam Christianæ religionis, ut conculcetur, humi saxis desculpunt 8: uelut etiamnum aiunt Saracenos, transfugiẽtibus ad sua castra apostatis, in calcaneo signum inurere crucis, contumeliæ huius ergò, ut perpetuò conculcetur: cui non tam commisso per se impio, quàm iniuriæ seu iniuriandi animo, unde facta penduntur [c], pio bonorum principum zelo obuiam fuisse olim itum, docent historiæ Cæsaris Tiberij II. & à Paulo Diacono quæ in literas hac de re sunt relata [d]. Item Iudæi 9, & qui Iudaica etiam superstitione laborant Cælicolæ [e]. inauditi nominis, nouæq; superstitionis fanatici [f]: quibus id maximum fuisse studium uidetur, ut quàm plurimos à Christianismo ad circumcisionem & furores attraherent suos [g]. Quo consilio quoniam mancipia Christiana emere, & malè ni fidem eiurarent tractare, atq; adeò etiam circumcidere (quod legibus interdicitur [h]) consueuerunt [i]: ideo prohibitum est, ne Christianum mancipium hæreticus, paganus, aut Iudæus (quo nomine etiam Cælicolæ cõprehenduntur) uel posſideat [k], uel circũcidat 10. His annumerandi sunt & pagani: qui palàm, ex inueterato gentilium more, sacra dijs gentiũ & idolis faciunt 11: quorum templa Constantinus Magnus, qui ueneranda Christianorum fide Romanum muniuit imperium [l], claudi primùm iussit [m]. Pagani, à pagis quos incolunt, dicti: hi uerò ἀπὸ τῶν πηγῶν, quibus uillæ plerunq; adiacent [n]: sunt ergo pagani, qui pagos & rura colunt, neq; militant. Nam ne agricultura impediretur, non ex uillis, sed oppidis milites legi solent [o]: eoq; in iure pagani militibus opponuntur [p]. Quia autem hoc genus hominum, utpote solitarium & agris addictum, rude ferè est [q], ac superstitiosum, & fortè difficilius seriusq; ad Christianam religionem perduci potuit: ideo receptum est, eos qui sacrificia idololatrica, & multitudinem deorum gentilium colerent, paganos appellari: nisi quis malit, ad differentiam eorum, qui Christianæ militiæ nomen dederunt, paganos esse dictos: quos & aliàs in iure militi-

6. Ne sacr. baptis. iteretur.

7. De apostatis.

8. Nemini licere signũ saluatoris Christi humi, uel in silice, uel in marmore sculpere aut pingere.

9. De Iudæ. & Cælicolis.

10. Ne Christianum mancipium hæreticus uel pagan. aut Iudæus posſid. uel circumcidat.

11. De sacrificijs paganorum & tẽplis eorum.

a l. penulti. suprà de hæretic.

b Matt. 24. signum filij, et in historia Constantini ac Caroli, magnorum.

c l. 1. de iniur. l. qui iniuriæ. 55. de furt.

d uid. c. si canonici. de officio ordin. in 6.

e l. Cælicolarum. 11. Cod. hoc tit.

f d. l. Cælicolarum. 19. & C. Theodos. de Iudæ.

g l. 2. hoc tit. d. l. Cælicolarũ. 19.

h l. circumcidere. 11. ff. ad l. Cornel. de sicar.

i d. l. 2. hoc tit. d. l. 19. Cod. Theodos. de Iudæ.

k l. 2. hoc titul.

l l. 5. inf. de natur. lib.

m l. 1. hoc tit.

n uide Seruium. o inf. qui milit. lib. 12. & de agricolis & cens. libr. 11. Zasius in tract. substit. cap. 5. p §. 1. Institut. de milita. testam. l. ius nostrum. 7. de reg. iur. ubi uide Monta. l. si ignorans. 5. locat. tot. tit. de milita. testam. q l. ult. C. de testam. l. penul. de iur. & fact. ignor. l. si quis id. 8. de iurisd.

militibus opponi diximus [a]. De harum itaq; sectarum causa, pœnis & extirpatione, in tractatu iurisdictionis & audientiæ Ecclesiasticæ ordine pertractatur: ut & de ijs qui ad Ecclesias confugiunt, uel exclamando eius opem implorant 12: quos ab Ecclesia extrahi, eiusq; patrocinio subduci, nefas putatur [b]. Item de his qui in Ecclesia manumittuntur 13: quod usuueniebat ijs, qui ex potestate dominorum, ethnicorum aut Iudæorum, ad Ecclesiam fugientes Christianismum profitebantur [c]: quorum causa multis modis in fauorem Ecclesiæ priuilegiata, & ab iniurijs oppressionibusq; defensa, pertinet ad utrumq; genus audientiæ Ecclesiasticæ: nempe ad θέσιν τῶν εὐεργετημάτων, καὶ ἀναίρεσιν τῶν ἀδικημάτων. Et hactenus quidē duæ partes iuris publici sunt expeditæ: quarum altera ad sacra, altera ad sacerdotes refertur. Sequitur tertia, quæ legibus & magistratibus est destinata. Lex, mutus magistratus: contrà, magistratus uiua lex est [d]. Sed quia lex, uelut diuina ratio, prior est ordine & dignitate [e], cuius quasi executor est magistratus [f]: ideo prius de legibus agitur: quarū species hodie quidē in iure Rom. librisq; nostris sunt, constitutiones principū, decreta, edicta 14, mandata 15, S.C. 16: quę cum à principe oratione ad Senatum habita persuasa sunt, orationes etiam dicuntur [g]. Constitutio etenim generali nomine Ius omne comprehendit, quod à Principe constituitur: Græcè eodem modo διάταξις, seu διατύπωσις. Edictum differt à decreto: hoc enim à decernendo, id est, iudicando deriuatur, estq; Principis sententia, de re controuersa inter litigatores dicta: quæ postea ius facit generale in casibus similibus [h]. Edictum ab edicendo seu prædicēdo est: significatq; ius generale, quod sine cōplexu circūstantiaq; personarum & causarū præsentium, Princeps motu promulgat proprio [i] in futurū, & ut in futuris negocijs ualeat, ad subditorū omniū utilitatē [k]. Mandatū denotat diplomata, iussa, & epistolas principū [l], ad ordinandā prouinciarum administrationē potissimùm pertinētes [m]: de quibus cōsulendus est Theophilus [n]. Nec modò Imperatorū constitutiones, sed etiam I. C. responsa in Pandectas relata, legis species hodie sunt [o]: quia Iustinianus uim constitutionum ea habere uoluit 17: ut hæc, perinde

12. De ijs qui ad Eccles. confugiunt uel exclamãt, & ne quis ab Eccles. extrahatur.

13. De his qui in Eccles. manumittuntur.

14. De legibus & constit. Principum & edictis.

15. De mandat. Principum.

16. De S.C.

17. De uet. iur. enucleando, & de author. Iurisp. qui in Digest. leguntur.

a ad tit. de mil. testa. & l. ius. 7. de reg. iur.
b c. eos. & passim. dist. 87.
c c. fraternitatem. 16. dist. 54.
d l. nam & ipsum. 8. ff. de iust. & iur.
e l. 2. de legib.
f d. l. nam & ipsum. 8.
g l. unic. C. de mand. princ. in Auth. eod. tit. l. probibitum. 5. C. de iur. fisc. lib. 10.
h l. 2. 3. ult. h. t. de legib.
i de qua clausula uide c. si motu proprio. 23. de præben. in 6. Felin. & Dd. c. causa quæ. de testib. Ias. & Dd. l. ult. inf. si contr. ius uel util. pub. Paris. cons. 1. nu. 43. uol. 1. Chass. de retract. §. 10.
k l. leges. h. t. l. 1. de const. prin. §. sed & quod principi. §. prætorum. & ibi Theoph. Inst. de iur. nat. etc. l Nouel. 113. 114. m l. unic. suprà de man. princip. in Authen. eo. tit. Nouell. 17. l. 5. de iur. fisc. lib. 10. n §. sed & quod principi. Inst. de iur. nat. gent. o l. 1. 2. inf. de uet. iur. enucl. & in proœm. Pandect.

18. De iuris & facti ignorãtia.

19. De precibus Imp. offerẽdis, & de quib. reb. supplicare liceat.

20. Quando libellus Principi datus litis faciat cõtestationem.

21. Vt lite pendente, uel post prouocationẽ aut sententiã definitiuã, nulli liceat supplicare.

22. Si contra ius uel utilitatem publicam uel per mẽdaciũ fuerit aliquid postulatũ uel impetratum.

23. De diuersis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.

inde atq; alia principũ edicta, nemini liceat iã ignorare 18, aut excusationẽ ignorantiæ huius iuris prætendere [a], in lucris quidẽ captandis [b], & indebiti condictione [c]. Eõdẽ referuntur & quæ rescribit princeps ad preces oblatas, de his scilicet rebus de quibus supplicare licet 19, hoc est, quæ petenti prodesse possunt, alteri nõ nocere [d], supplicemq; libellum (qui uim litis habet contestatæ 20 in annalibus prætorijs actionibus [e], quo ad perpetuationẽ [f] & transmisionẽ [g] duntaxat [h],) iusto tpe oblatum (nã nulli supplicare licet 21 pendente lite [i], uel post rem iudicatã [k],) in quo nihil postuletur contra ius [l] uel utilitatem fisci [m] aut publicã [n], uel per mendaciũ [o] 22 cæteroqui rescripta hac fraude impetrata, ut subreptitia [p], nullius momẽti sunt, nec uim legis habẽt [q]. Ergo quæ sic Principes diuersis rescriptis, uel pragmaticis sanctionibus ad postulata subiectorũ rescribunt, appellantur à Re, Rescripta [r] 23. Rescriptũ igitur ut nomen indicat, propriè est qđ Cæsar de priuato negocio, petitioni precibusq; supplicãtis, rescribit aut rñdet [s]: quorum rescriptorũ Codex Iustiniani plenus est: eodẽq; pertinẽt sacræ formę [t], sacri diuiniq; affatus [u], literæ, uultus, sacræ iussiones, quæ ad iudices potissimùm dirigũtur [x]. Pragmaticę itẽ sanctiones, hoc est ordinationes, cumplurimùm nõ de priuatorũ negocijs [y], sed de prouinciarũ, corporum, ciuitatum, ordinum & collegiorũ, magistratuumq; ipsorũ causis [z], ex consilij arcani & Iurisprudentũ, qui Augusto assident, sentẽtia atq; deliberatione emissæ [a]: ab eo fortè ducto nomine, qđ nõ perfunctoriè, sed pragmaticis & peritis uiris quàm pluribus in consilium missis, sancirentur. Est porrò & supplicationis species, ad quam etiã interdũ Princeps rescribit, & quid suæ sit sentẽtiæ, ostẽdit: cũ in absentia Imperatoris, iniuria

a l.2.3.l.penult. hoc tit.
b l.4.l.7.eod.l. 2.3.h.t.
c l.cum quibus. 10.h.t.
d l.7.h.t.
e l.1.2.h.t.
f l.2.h.t.
g l.1.h.t.
h uide l.libertus.15. de in ius uoc.
i Nouel.82.113. cuius rõ, quia nouari interea nihil debet. No.140. l.facultas. C. de iur.fis.
k l.1.2.3.h.t.
l l.3.§.de precibus Imp.l.ult. h.t. c.1. ut lit. non contest.
m d. l.3. l.1. C. de pet. bon. sub.
n l.ult.h.t.
o l.pen, h.t.l.si quis. 29. de fals. l.3. de Carbo.edict.
p l.3.§.2.de Carb.edic.l.si quis.29.de fals.l.si autem.8. §.1.de negoc.gest. l.sed si.10.§.2.de in ius uocan.l.5.§.penulti. de reb. cor. Hodie subreptitia dicuntur, quorum supplicationibus absconsa est ueritas: obreptitia, quibus expressa falsitas. l.1. ubi Bal. inf.si nup.ex decr.c.31.ubi Pan.num.3.c.super.20.ubi Felin.num.8.de rescrip.
q l.pen.suprà de precib.Impera.off.l.2.l.ult.hoc tit.
r tot.hoc tit.& ext.eo.
s l.sed addes.19. §.fi. ff.loca.l.diui fratres.17.de iur.patro.Theoph. in d.§.sed & quod principi.
t Nouel.126. Nou.152.160.162.
u l.sacri.h.t.de diuer.res.l.ult.inf.de decur.ciuita.
x Nouell.114. Nou.128.in fi.
y Nam aliquando de priuatis, ut de ijs exhibendis, Nouell.69. quanquam hoc quoq; ad remp.pertinere potest: ac differre à rescriptis, ostendit Nouel.82.
z l.unic. inf.de contrac.iud.
a Auth.quæ in prouincia.ĩ.ubi de crim.agi oport.l.ult.C.h.t.& tit. inf.de contrac.iud.uerb.siue pragma.sanctione.l.ult.C.de prox sacro.scrinio.li.12.l.ult.inf. de pet.bono.sub.lib.10.Nou.160.ubi sacra pragmatica forma uocatur.

iniuria aliqua potentiorũ oppresſi, ad ſtatuas 24 & imagines eiuſdem, (nec enim inferiorib. ſine permiſſu principis eriguntur [a]) uelut ad aſylũ (quod tñ adorari non debeat [b]) confugiũt 25: inibiq; opẽ eius ac defenſionẽ implorant. Et hæc quidẽ de legibus: poſt quæ, de magiſtratib. iuſto ordine ſubſequitur tractatio. Horum porrò plures ſunt claſſes atq; gradus. In ſupremo Imperator ſiue Princeps, ſuperiorem nõ recognoſcẽs [c]: de quo nihil neceſſe fuit edicere ſpeciatim: cùm quòd de eius põtate in ſuperioribus titulis eſt actũ [d]: tum quia ut legum pater [e] legib. ſolutus eſt, ut de eo hæ ferri non poſsint [f]. Poſt Auguſtũ prima eſt pręfecti prętorio dignitas [g]. Vt enim in libera Repub. ſcd̃m à dictatore, ſummo magiſtratu, locum magiſter equitũ obtinebat: ita ſub Auguſtis præfectus pretorio, qui magiſtro equitum, ut Imperator dictatori ſucceſsit, primus à Cęſare etiam ſupra Coſs. [h] haberi, numerariq; cœpit [i]. Prætorium, domus & tabernaculum Principis, ſiue domi, ſiue foris ſit, appellatur. Aſcon. ueteres, inquit, oẽm magiſtratum cui parêret exercitus, Prætorem appellauerunt, quòd reliquis præiret: unde & prætorium tabernaculũ eius dicitur: & porta prætoria, qua exire ſolet: & hodie quoq; præfectus prætorio: itẽ milites prætoriani, & cohors prætoria. Ac ſingularis quidẽ eiuſmodi præfectus primùm ab Auguſto uniuerſæ rei militari militibusq; præfectus eſt [k]. Sed poſtea cum in uarijs prouinciarũ partib. legiones Romanæ ad arcendos hoſtes excubarent: plures progreſſu tpũm creati ſunt [l]: & ſingulis prouinciæ maiores ſeu diœceſes (quæ Græca uox adminiſtrationem prouinciæ, atq; adeò prouinciam ipſam cui adminiſtratio adiuncta eſt, ſignificat [m]) cum ſummo imperio attributæ. Hinc præfecti pretorio Orientis, & Illyrici 26, & Aphricæ 27: de quorũ officio & dignitate, ordine diſputatur. Vt enim per tres orbis partes, Aſiam, Europam, Aphricam, propagatũ erat imperium Romanum, & in limitibus earundẽ, copiæ militares, excubias contra hoſtes agebant: ita tres conſtituti ſunt pręfecti prætorio: quorũ alter in Europa, nẽpe in Illyrico, ubi à Dacis, Pannonijs & Germanis maximũ imperio periculum imminebat: alter in Aphrica, cõtra Mauros & Æthiopas, item Piratas: tertius in Oriẽte, hoc eſt, Aſia & Syria, aduerſus irrũpentes Perſas, ſalutẽ publicam tutaretur. Hodie in regno Galliæ ſimilem ferè dignitatem ſuſtinet is, quem corruptè Conneſtablũ, hoc eſt comitem ſtabuli, ſeu Magiſtrum equitum regis appellãt [n].

24. De ſtatuis & imaginib.
25. De his qui ad ſtatuas confugiunt.
26 De off. præf. præt. Oriẽtis & Illyrici.
27. De off. præf. præt. Aphricę, & de omni eiuſd. diœceſeos ſtatu.

a l.1. l. ult. h. tit.
b l.2. h. t.
c Alua. & Dd. in c.1. quis dica. dux, Marchio.
d l.1. l.4. et paſſim. ſup. de leg. & de diuerſ. reſcript.
e §. ul. in Auth. de inceſt. nup.
f d. l. princeps. ff. de legib.
g Caßiodo. lib. 6. epiſto.
h in Authen. de conſult. Nou. 62.
i l.1. de off. præfect. præt.
k Sueto. in eius uita. Dion. lib. 55.
l Nouel. 70. de decurionib.
m Cic. ad Att. & in epiſt. famil.
n l.1. j. de ſchol. com. lib. 12.

In Imperio uerò Camera Imperialis [a] & ſeptem Electores, præfecti prætorio uideri poſſunt: certè iura, officia, dignitatemq; horum uſurpant [b]. Sicut autem præfecti prætorio foris & militiæ, ſic domi & in urbe, primo ab Imperatore loco, præfectus urbis Rempub. adminiſtrabat 28. Sub his alij inferiore gradu extitêre magiſtratus: quorum certa & definita, magisq; reſtricta conſtitutionibus ſunt officia: ut officium Magiſtrorum militum 29, qui ſub præfectis prætorio erant [c], & in ſingulis particularibus prouincijs quodammodo illis ſuccenturiati, diſciplinę reiq; militari præibant [d]: cum ad præfectum prætorio, non ſingularum tantùm prouinciarum, & militum qui in his degerent, ſed tertiæ orbis terrarum partis, inſpectio & gubernatio pertineret [e]. Item officium Quæſtorum 30. quorum alij olim domi ærario præerant: alij in prouincias cum Præſidibus mittebantur: ut legionibus pecuniam, commeatumque ſuppeditarent, & manubias in publicum referrent [f]. Sub Auguſtis uerò Quæſtores ſacri Palatij dicti, quos nunc Cancellarios uocamus [g]. Deinde Magiſter officiorum 31: cuius erat ordinare officia militum, tribunos, centuriones, ueteranos, tyrones: eoſdemq; in ſcholas & claſſes diſtinguere, curareque caſtra & tentoria, item tormenta bellica præparare: unde à Pompon. Læto præfecti caſtrorum dicuntur, quòd iuſticiæ ſcilicet diſtributiuæ in caſtris præeſſent: & alio nomine Biarcæi dicti ſunt, quòd βιαρχίαν, hoc eſt, commeatum ad uitam ſuſtentationemq; Principis & militum (βίος enim uitam, ἀρχὸς principem ſignificat) procurarẽt [h]. Item officium comitis ſacrarum largitionum 32: quem recipiendis erogandisq; muneribus, quæ Princeps uel accipit uel largitur, item ſtipendijs, attributisq; (hoc eſt, aſsignatis & attributis in ſtipendia pecunijs) dandis ac recipiendis, in uniuerſum præfuiſſe intelligi licet [i]. Comites autem olim dicebantur in genere, omnes maiorum magiſtratuũ aſſeſſores, conſiliarij & adminiſtri [k]: quòd eos in prouincias conſilij operæque dandæ cauſa comitarentur [l]: poſtea ſub Auguſtis, ij qui cum officio & poteſtate Imperatori apparerent, & præſtò eſſent, Comites dicti ſunt: quòd Principem, eiusq; aulam comitarentur. Quam dignitatem primò Conſtantinus adminiſtris atque amicis ſuis contuliſſe

q perhi-

28. De off. præf. urbi.

29. De off. magiſtri militum.

30. De officio quæſtoris.

31. De off. magiſtri officiorũ.

32. De off. comitis ſacrarum largitionum.

a Mynſing. obſeru. 42. cent. 1.
b Goden. in primis conſilijs.
c l. 4. h. t.
d l. fin. h. t.
e l. raptores. 41. uerſic. ſin autem. ſuprà de Epiſc. & cleric.
f Aſcon. in 3. Verr. l. 2. de orig. iur.
g l. 1. 2. h. t. l. 12. inf. de proxi. ſacr. ſcrin. l. ult. de diſcuſſo. lib. 12. l. 2. de petit. bon. lib. 10. Nou. 11. de referenda. ſacri pala.
h l. 1. uerb. Biarchiam. hoc tit.
i ex l. 1. hoc tit. tot. titu. infrà de canon. largit. lib. 10.
k l. S.C. 16. de offic. præſ. l. adminiſtrantes. de exc. tuto. l. 4. de officio. aſſeſſ. l. legato. 12. §. 7. de uacat. muner. l. 1. §. ſed etſi comites. de uar. & extra. cognit. l. non ſolùm. 10. §. penultim. de excuſat. tutor. l. 2. l. ultim. de offic. aſſeſſ. l. 2. 3. Cod. eod. uide Cuiac. obſeruat. lib. 7. cap. 21. lib. 8. cap. 21. lib. 9. cap. 10.
l l. item. 15. §. comitem. de iniur.

perhibetur: ut cui maximo ſtudio fuit, quauis ſuos ratione prouehere atq; ornare [a]: quæ certè uirtus Principem inprimis decet [b], maximeque ad animorum conciliationem & promerenda ſtudia ualet. Præterea officium Comitis rerum priuatarũ, ſacri palatij, ſacriq; patrimonij 33: ſic enim in Norico & ueteri exemplari rectè legitur, ſub eodem titulo [c], cum unum fuerit officium huius Comitis: nempe præeſſe palatio & patrimonio, ac rationibus rei priuatæ Principis: non fiſcalis aut publicæ. Item officium proconſulis, qui proconſulari, & ampliore quàm reliqui præſides authoritate populi prouincias obtinebant [d], & illius legati 34, quem illi uelut adminiſtrũ, actionumq; inſpectorem unũ pluréſue Senatus adiungebat [e], de quo plura in Pandectis: Comitisque Orientis 35, hoc eſt, qui agebat procuratorem rerũ priuatarum & patrimonij Cæſaris in Oriente. Officium præfecti Auguſtalis 36 Ægypto prępoſiti [f] uicarijque 37, qui uice præfectorum cauſis ciuilibus audiendis defungebatur: & prætorum 38 (quo nomine non tantùm urbani, ſed & prouinciales magiſtratus, qui pro tribunali inſtar urbici prætoris ius dicunt, hic ſignificátur [g]) deniq;, & rectoris prouinciæ 40: quacunq; tandem cum poteſtate à Principe ſit amádatus, aut quocunq; etiam nomine appelletur. Qua in parte illud tamen cautum eſt, ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine ſpeciali Imp. diplomate & ex certa ſcientia permittatur: propterea quòd affectio naturalis, ſuſpicionem nonnullam facit, patriæ potius quàm rerum Principis, eiuſmodi rectorem ſtudioſum fore [h]. Pręfectum autẽ uigilum 41, qui prætor ſubinde plebis dictus eſt [i], nõ ordinarium eſſe magiſtratum, ſed huius uice extra ordinem, hoc eſt noctu ius dixiſſe [k], alibi planũ fecimus [l]. Et hi quidem magiſtratus reipub. curam publicam ſuſtinebant. Iudicia porrò priuata, poſtquam prætorum poteſtas ſub Auguſtis exoleuit, domi foriſq; iudices tam ciuiles 42 quàm militares 43 exercuerunt: in quibus ſunt Comites & Tribuni rei militaris 44: qui ſcilicet tanquã uicarij magiſtrorum militum, audiendis ſingulorum cauſis iuriſdictionem militarẽ abſoluunt: quorum officia minora eſſe, ex eo ſciri poteſt, qđ his priuata balnea pręſtare, aut hoc nomine adærationem, id eſt, æſtimationem pecuniariam municipia péndere non coguntur: quæ tamen lauacra illuſtribus & ſuperioribus illis magiſtratibus debentur [m]. Itẽ alij prouinciarum iudices 45, quomodocunq; tandem nominentur:

33. De off. com. rei priuatæ, ſacri palatij, ſacriq; patrimonij.
34. De off. proconſ. & legati.
35. De off. comitis Orientis.
36. De off. prefec. Auguſtalis.
37. De off. uicarij.
38. De off. pretorum.
40. De offic. rectoris prouincie, & ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu principis permittatur.
41. De off. præf. uigilum.
42. De off. ciuil. iudicum.
43. De off. milit. iudicum.
44. Ne rei militaris comitibus uel tribunis lauacra preſtentur.
45. De off. diuerſorũ iudicum.

a j. lib. 12.
b Iaſ. & Dd. in l. pactum curatoris. C. de pact.
c uide Ruſſard. ad hos tit.
d dixi ad tit. ff. eod.
e uide quæ poſui ff. eo.
f l. 1. & tot. tit. ff. eod.
g l. 1. 3. de alie. iud. mut. l. patri. de minor. l. in hæredẽ. de dol. ma.
h l. 2. de iuſtic. & iur. Cic. lib. 1. Officio.
i Nouel. 13. ubi Cuiac.
k cum alij interdiu. d. l. 2. §. capta. de orig. iur. §. ſedebunt. in Auth. de iud. l. non minorem. in fin. ubi Dd. C. de tranſact.
l ad tit. ff. eo. l. 2. §. capta. 17. de orig. iur.
m l. 1. 2. h. t.

tur:

tur: qui siue sint ciuiles, siue militares [a], post administrationem depositam, quinquaginta dies in ciuitatibus & prouincijs, ubi administrarunt, permanere, & se sistere cuilibet ad reddendam gestus rationem, si fortè reposcatur: aut ni faciant, læso damnum, quantum iurauerit, resarcire debent [b] 46: unde iura syndicatus [c], quorum nunc est usus, hoc est, accusationes eorum qui in officio malè uersati sunt [d]: quæ perpurgantur tam uia accusationis ordinaria [e], quàm per inquisitioné officio iudicis institutam [f], intra 50. à deposita functione dies [g], non pòst [h], contra magistratum qui deliquisse in officio coarguitur [i]. His addantur & illi, quáuis dignitate & officio inferiores, qui uicé obtinent 47 alicuius iudicis, hoc est magistratus [k], puta præsidis [l], prætoris [m], & in Iure nostro pedanei iudices uocantur, aut seruatores, uicarij, locum tenentes [n]: item assessores domestici, & iudicum cancellarij 48. Assessores sunt, qui assident ius dicenti in litibus disceptandis, consilij duntaxat subministrandi causa [o], unde & consiliarij dicti [p]: quibus ea re notio tantùm & examinatio causæ, non etiá definitio & iurisdictio cómittebatur [q]: aliter quàm iudicibus pedaneis [r], penes quos tanquá uicarios [s] legatosq; præsidum [t], tota disceptatio rei, non solùm notio, neq; tantùm iurisdictio, sed mixtum etiá imperium erat [u]. Vt nó mirum sit, de his tam in Codice [x] quàm Pandectis [y], diuerso ab assessoribus titulo agi, cú diuersæ fuerint functiones: etiamsi Alciatus cótradicat [z]. Domestici, qui magistratibus apparét, & domi ac foris ubiq; præstò sunt: ut apparitores, scribæ, &c. Cancellarij, qui iudicib. libellos supplicatorios & literas offerút, ac legunt, & acta iudiciorú conscribunt [a]: unde & Actuarij dicútur [b] plurali numero [c] quia duo cum minimùm

q 2

46. Vt oés iudices, tá ciuiles quá milit. post administrationé depositam quinquag. dies in ciuitatibus uel certis locis permaneant.

47. De off. eius qui uicé alicuius iudicis obtinet.

48. De assessoribus, & domesticis, & cancellarijs iudicum.

a Nouel. 128. §. ult. & suprà de offic. ciuil. de offic. mil. iud.

b Nouel. 128. §. ult. & Nou. 95. Nou. 86.

c l. 4. §. 1. ubi Bald. de off. procons. uide Parin de Put. de synd. Ias. & Dd. hîc.

d Par. de Put. in tract. syndicat.

e d. l. unic. hoc tit. §. 1. ut iud. sine quo. suf. in Auth.

f Bal. l. 4. §. 1. nu. 4. de off. procos.

g d. l. unic. hoc titul. Bald. d. §. 1.

h Bald. ibid. numer. 5. per l. Titio. inf. qui accus.

i uide de his Bald. præalleg. loc. Par. de Put. & reliquos syndicatores in tractat. de syndic. k suprà de offic. ciuil. iudic. & de offic. diuer. iudic. ut om. iudic. l b. tit. l. 2. 3. ult. inf. de pedan. iudic. m l. 3. ne quis eum qui in ius uoca. n Nouell. 134. 128. tot. tit. j. de peda. iudicib. d. l. 3. ne quis eum. l. pen. ubi Alciat. suprà de pact. o Nouell. 60. l. 2. hoc tit. p l. 5. de offic. assesso. l. 1. l. 3. hoc eod. q l. 5. de re iudic. §. iudices. in Auth. de iudicib. l. 2. hoc tit. de offic. assesso. Nou. 60. cap. ult. r l. 2. suprà de offic. eius qui uic. iudic. s suprà de officio uicar. t l. 4. de off. procons. u l. 1. 2. suprà de off. eius qui uice alic. iud. l. penul. l. ult. de off. eius cui mand. est iurisd. x suprà de offic. eius qui uic. & j. de peda. iudic. y de off. eius cui mand. iurisd. z in l. pen. uers. omnes. suprà de pact. & Parer. lib. 1. cap. 41. Paradox. lib. 2. cap. 2. a c. quoniam. 11. de probat. c. ad audientiam. 13. de præscrip. Nou. 15. de defens. ciuita. §. deinde. 4. & de iudicib. §. his qui causas. b l. actuarij. l. penul. inf. de eroga. mil. anno. l. actuarios. C. de nu. & act. l. 3. C. de diuer. off. c ut in l. ubi numerus. de testib.

mûm adhibentur [a]. Cancellarij autem uel ex eo quòd scripta cancellent atque emendent, uel à cancellis officiorum seu conclauiũ, in quibus officium suũ exercent. Hæc enim loca cancellis distincta esse solent, ut & adiri compellariq; facilè actuarij possent, & tñ epistolæ atque acta ab iniurijs adeuntium tuta essent. Cæterùm hodie Cancellarij nomẽ non pro scriba, sed scribarũ magistro atq; episcopo, & quęstore sacri palatij, usurpari diximus [b]. His autem omnibus sicuti debetur annona 49, uictus nimirũ expensæq; [c] &c. item loco salarij capitus, hoc est, certa pecunia, in singula officij atq; officialiũ ministrorũq; capita, de publico dispẽsatur [d]: ita contrà rectè sancitũ est, ut his stipendijs ipsi, eorumq; domestici & apparitores, contenti sint [e]: & donationibus ac muneribus, atq; etiam contractib. & ędificationibus, tempore administrationis, nisi pragmatica sanctione aliud permittatur, abstineant 50: nec mulctas, prçterquam lex permittit, ultraq; præscriptam quantitatem, exigãt 51: præcipuè defensores ciuitatũ 52, qui nõ ex decurionibus, sed ex plebe ad instar tribunorum olim plebis eliguntur [f], ut parentis uicem uulgo exhibeant, & tenuiores cõtra potentum uim atq; gratiã tueantur [g]: quapropter defensores etiam perhibẽtur plebis [h]: nec æquè ius mulctandi [i] tenẽt: cum non puniendi sed defendendi gratia constituãtur [k]: iurisdictionem tñ habent [l], cum locũ præsidis obtineãt [m], qui est ἄρχων ἀρχόντων in ꝓuincijs: atq; ad συνηγορίαν, & (ut nomẽ indicio est) ad defensionem constituantur, ut intercedant uelut olim tribuni iniustæ magistratuũ uindictæ [n]: non ut ipsi tñ uindicent atq; puniant, uel de delictis (nam de pecunijs quadãtenus permissum est [o]) aliquid arbitratu suo statuant [p]. Itẽ magistratus municipales 53, qui ex decurionib. creari solent [q]: & iuridicus Alexandrię 54, de quo alibi est dictum [r]. Et hæc quidem de iure publico, quod ad sacra, sacerdotes, leges, & magistratus, legum executores & custodes, pertinet, in primo Codicis libro proferuntur.

LIBER II.

ABsoluto hunc ad modum omni iure sacrorum, sacerdotum & magistratuum publico Imperij Romani [a] (huius enim unius ius omne libris hisce exhibetur) Imperator ad ius priuatum opportunè transit.

Quod

a d. c. quoniã. uerb. duos uiros. d. §. his qui causas. gloss. d. §. deinde.
b suprà de offi. quæstor.
c l. 2. h. t.
d l. 1. 2. & tot. hoc tit.
e Luc. 3. Estote contenti stipendijs uestris. c. cum ab omni. 10. de uita & honest. cler. c. ciuitatum. 12. q. 2. c. statutum. 11. §. insuper. de rescript. in 6. Spec. de salar. nu. 5. & 8.
f l. 2. h. t.
g l. 4. h. t. in Authent. de defens. ciuita. Nouell. 15.
h l. 4. hoc tit. l. unic. inf. de off. iur. Alexand.
i gl. l. 1. hoc tit.
k l. 5. 6. 9. h. tit. de defens. ciuita.
l Nou. 15. §. nulla. eo.
m d. §. 1. Nouel. 15. n l. 4. l. 5. 6. 8. 9. h. tit. o l. 1. l. 3. hoc tit. Nouell. 15. p l. 6. 7. hoc tit. q l. 1. hoc tit. l. pupillus. 239. de uerb. sign. uide ff. & inf. de decur. lib. 10. r ff. eo. de off. iur. Alex. a l. 1. §. huius studij. de iustic. & iur.

49. De annonis & capitatione administrantium uel assessorum, aliorúmue publicas solicitudines gerẽtium, & eorũ qui aliquas cõsecuti sunt dignitates.
50. De contractib. iudicum, uel eorum qui sunt circa eos, & inhibendis donationib. circa eos faciendis, & ne admin. tẽpore ædificent sine pragmat. sanctio.
51. De modo mulctarum, q̃ à iudicib. infliguntur.
52. De defensoribus ciuitatum.
53. De magistrat. municipalib.
54. De off. iurid. Alexandriæ.

Quod quia per iudicem cuiq; priuato, id agenti petentiq; in iudicijs redditur[a]: ideo secundum iudiciorum & actionum rationem, gradus, initia, progressus, exitus, tam in Pandectis quàm in Codice commodissimè perlustratur. In iudicijs autem primum est, ut aduersarius in ius uocetur[b]: uocari autem sine iudicis authoritate nequit[c]. Iudex porrò non impertit officium, nisi sit petitum[d], & nisi ædita exhibitaque illi sit citationis causa, hoc est actio, ad cuius disceptationem reus sit uocandus[e]. Primò igitur tractatur de ædendo 1. Ædere autem, est exhibere & publicare petitionem suam primò iudici, per libellum postulationis & querimoniæ (ut ferè fit[f]) supplicem[g]: mox citatione facta aduersario[h] per libellum conuentionalem & intentionis[i]. Postquam igitur iudex non temerè aut calumniosè, sed iusta (ut apparet) de causa, peti ab actore citationẽ ex æditione actionis summariæ cognouit: sequens est, ut in ius uocandum reum decernat 2. Vocatus autem reus, solebat olim cum trahente in ius pacisci, uel aliquo litis nomine dato transigere, uel iudicio sisti satisdare[k]: alioqui iniecta manu rapi ad tribunal poterant[l] ex l. XII.[m] qui non ita cauerent, aut transigerent & paciscerentur[n]. Vt igitur in Pandectis titulo, de in ius uocando, hæc subijciuntur: sic in Codice post idem argumentũ meritò subiungitur de pactis 3, quæ contra leges aut bonos mores nõ sint, seruandis[o]: & de transactionibus 4, factis nec dolo[p], neque metu[q], nec ex falsis instrumentis[r] quæ retractari nequeunt, ne prætextu quidem nouorum instrumentorum[s], aut rescripto[t], nedum pœnitentia[u]: & de errore calculi ad nouum calculum reuocando 5. Nam & calculus seu ratio (ad quam reddendam omnes rei alienæ administratores quotannis tenentur[x]) seu ratiocinium[y], ut

1. De ædendo.

2. De in ius uocando.

3. De pactis.

4. De trãsactionib.

5. De error. calcul.

a l. nullus. 13. ꝭ. de Iudæ. l. unic. ĵ. quando lic. §. 1. Instit. de act.

b §. fin. Instit. de pœn. tem. litig.

c l. final. C. de exhib. re. ubi Dd.

d l. 4. §. hoc autem. de dam. infect.

e l. cum clericis. 25. quam ad hoc notat Bald. suprà de Episcop. & cleric. Ias. hîc in rubr. de æden. numer. 4.

f l. liberto. 15. de in ius uocan.

g uide Alexan. Iaso. Hie. in rubrica.

h Auth. offeratur. ĵ. de lit. cont. l. 1. de ædẽ. in prin.

i cap. ult. cap. 1. ubi gloss. extrà de libel. ob. l. ult. ĵ. qui leg. person. stan. in iud. k l. 1. de transact. l. transact. 38. C. eod. l l. 5. §. penult. qui satisd. cogan. m Cuiac. lib. 10. obs. cap. 10. n l. 2. si quis caut. l. 2. de transact. quam eo refert Cuiac. ob. lib. 10. cap. 30. o l. 6. hoc tit. p l. transactione. 30. hoc tit. de transact. q l. interpositas. 13. hoc tit. r l. penult. hoc tit. s l. sub prætextu. 19. l. sub prætextu. 29. hoc tit. t l. causas. 16. hoc tit. u l. quamuis. 39. l. fratris. 10. & passim. hoc tit. x Clemen. 2. §. 1. de religio. domi. Ias. §. sequen. numer. 42. Institut. de action. Landt. lib. 1. artic. 23. §. œconomos. in Authent. de sanctiss. Episcop. l. 1. §. officio. ubi Bartol. de tutel. & ration. distrahen. Socin. consil. 73. circa numer. 1. uol. 1. per cap. qualiter. 24. de accusat. y extrà de obligat. ad ratiocin. ubi uide Hostiens. l. cum seruus. 81. de condit. & demonst. l. si purè. 37. l. Thais. 41. l. si pater. 47. de fideicom. liberta. Dd. in l. unic. hoc tit.

nunc loquuntur, quædam transactionis species est: præsertim subsequuta liberatione, quam nunc quietationem uocant[a]: & inprimis si super ipso errore uel ratione controuersa fuerit conuentum[b], uel certa summa pro reliquis constituta[c]. His armis si destituatur reus, nec exceptionem litis finitæ aut habet, aut parare sibi noua transactione potest: consequens est, ut utatur exceptione aliqua dilatoria, dicatq; aduersario ius postulandi non esse. Hæc enim exceptio procuratoria, & ideo dilatoria[d], ante litem contestatam est proponenda[e]. Sequitur igitur primùm in genere titulus de postulando 6: tum, de ijs qui postulare alieno nomine possunt, aut non possunt. Postulare alieno nomine solent aduocati, tam diuersorum iudiciorum 7, quàm fisci 8: qui & libellos supplices, seu preces quibus aditur Imperator, & libellos actionum conuentionales seu forenses concipiunt 9: qua in re siquidem errent in facto, non nocet is error litigatoribus, sed corrigi quandocunq; potest, scilicet quãdiu iudicium durat, & ante decisionem litis[f]: post non item[g]: nisi causæ, hoc est, negocio per decretum sententiãmue deciso contradicatur[h], palàm (ut olim statim à sentẽtia in publico apud acta ꝓuocare moris fuit[i]) ex cõtinenti, id est, in propria causa biduo, in aliena triduo ꝓximo[k], hoc enim appellationibus præstitutũ erat tempus[l], atq; ita per appellationẽ negociũ & sententia suspẽdantur[m]: ut sicut in priore instãtia reuocationi locus est[n], sic etiã in altera liceat nõ allegata allegare[o], & cõsequenter errorẽ prius admissum emẽdare[p]. Atq; hũc ego dixerim libens cõstitutionis Diocletianæ, quę alijs hîc aduersatur, genuinũ esse sensum[q]: tantisper dum aliquid melius ab eruditioribus erit allatũ. Et hæc de errore facti. Sin autem in iure patroni causarum errauerint, iudex supplet quod aduocatis deest 10, etiã quo ad statuta[r], foriq; morẽ[s]: maxi-

6. De postulando.

7. De aduocatis diuersorum iudiciorũ.

8. De aduoc. fisci.

9. De errore aduocatorũ, & libel. seu preces concipientium.

10. Vt quę desunt aduocatis partium, iudex suppleat.

a Dd. hîc in l. un. l. Lucius. 13. l. Aurelius. 21. ubi Bar. de lib. lega. Soc. cõs. 159. nu. 11. uol. 2. Ancho. cõs. 530. 180. Castren. 377. nu. 2. uol. 2.
b l. un. ubi Cy. Salicet. Cast. Ias. & cõmuniter Dd. h. t. l. semel. ubi Bartol. Ioh. Plat. ǰ. de apoch. lib. 10. Cano. c. un. de cler. ægr. in 6. & Cle. 2. §. illi. de relig. dom. Socin. cons. 159. in præsente. num. 11. uol. 2. cõs. 173. circa. num. 3. uol. 1. Anch. consil. 330. uisis. & 180. uiso. numer. 5.
c l. siquidẽ. 24. ubi post Bal. Salic. Ias. nu. 4. 5. de transact. Castr. cons. 216. confirmandi. nu. 3. part. 1. Cornæ. cons. 62. quanquam. nu. 2. uol. 4. Chass. in cons. Burg. tit. des enfans. §. 6. uer. reliquæ. nu. 13.
d l. 2. §. 3. de excep. §. ult. Instit. eod.
e l. ita demum. ǰ. de procur. Ias. in rubr. ǰ. qui admitti. nu. 1.
f l. error. s̄. de iur. & fact. ign. l. 2. & t. h. t. de erro. aduoc. §. si quis. 33. Instit. de act. l. error. 7. s̄. de iur. ign.
g d. l. error. 7.
h sic Cic. pro Cluen. causæ, id est, sententiæ subscribere.
i l. 1. 2. ǰ. de his qui per me. iud.
k l. 1. & t. t. quan. & inf. quæ temp.
l d. l. 1. & l. ul. ǰ. de iud.
m l. furti. 6. de his qui not. infa.
n d. §. si quis. 33. Inst. de act. l. 2. h. t.
o l. eos. 6. C. de appel.
p l. qui cũ natu. 14. in fi. de bo. lib. l. 3. s̄. de æden.
q l. ult. h. t. de err. aduoc.
r Bal. nu. 2. Cast. nu. 2. hîc Bar. l. omnes. 9. nu. 76. de iust. & iur.
s Bald. hîc, nu. 11. 12. ubi casus octo recitat, in quibus iudex supplet.

maximè in declarando quæ sui sunt muneris[a], & postulatis aduocatorum examinãdis[b], cæterisq; quæ principaliter ad officium, præcipuè iudicantis pertinent, conficiendis[c]: ut est ius dicere quidem ac supplere, non etiam in illis quæ in partibus (quomodo loquitur Baldus) radicantur[d]: ut sunt petere[e], excipere[f], probare[g]: ubi non impertit officium, nisi quatenus sit petitum[h]. nam & facti magis sunt, quàm iuris[i]. Aduocatorum porrò officium olim fuit publicum[k], & publico salario cohonestatum[l], militaribus etiam priuilegijs ac beneficijs condonatum[m]. quare etsi infames procuratores esse possunt[n], tamen ad munus aduocati publicum quod dignitatem habet[o], admitti minimè debent[p]: iuxta regulam: Infamibus portæ dignitatum non pateant[q]. Sequitur igitur, dispicere ex quibus causis

11. Ex quibus caussis infamia irrogetur. infamia irrogetur 11: ut quînam postulare prohibeantur, inde cognoscatur. Infamia est priuatio bonæ famæ, siue imminutio, notáue existimationis[r], seu læsæ dignitatis status, legibus & moribus improbatus[s]: itaque etsi propriè non est capitis minutio[t]: tamen quia statum quadantenus minuit[u], & existimationem lędit, omnibus ingenuis capite quouis cariorem[x] (unde & pro capitali causa habetur[y]) illi ualde affinis est[z]: quod non de facti, sed iuris infamia est accipiendum[a]: quæ nimirum irrogatur ob dolum, similéue delictum, quod lex tali pœna dignum censet[b]: aut ipso iure quod factum notat[c], aut sententia iudicis, quoties lex damnatum notat[d]: aut genere pœnæ[e] famoso[f]. Cæterùm secundũ aduocatos curant potius quàm postulant alieno nomine procuratores: quorum officium

12. De procuratorib. magis priuatum est 12: quoniam hi alterius negocium in iudicio gerunt, & in se actiones aliorum suscipiunt[g]: ideoq; non

a l. 3. suprà de transact.
b Castren. nu. 4. hîc.
c Bart. l. si quis libertatẽ. nume. 4. de pe. hæred.
d Bald. hîc nu. 6. per l. ut fundus. com. diuid.
e l. 4. §. petitũ. de damn. infect.
f Bal. hîc. nu. 7. per l. si unus. §. pactorum. ubi glos. uer. in opponen.
g Bald. hîc. l. per hanc.].de appell. l. non ex omnibus. de arbi.
h d. l. 4. §. petitũ. ubi Bar.
i l. siue. 16.]. de probat.
k l. sancimus. 6. s̄. de aduoca. diuer. iud.

l l. 4. ubi gloss. l. petitiones. 13. l. post duos. 15. eod. tit. *m* l. 4. l. 14. l. suggestionem. 18. s̄. de aduo. diuers. iudic. *n* uid. Paratit. ff. de procura. *o* l. prouidendum. 7. uerb. nobiliss. s̄. de postulan. ubi Bald. uide Tiraq. de nobilit. *p* gl. in l. 2. C. de dig. lib. 12. per l. 1. §. ait prætor. de post. *q* d. l. 2. C. de dign. lib. 12. c. infamibus. de reg. iur. in 6. *r* gloss. l. 1. hoc tit. *s* Bartol. l. 1. num. 1. ff. eod. per l. penult. §. penult. de uar. & extra. cog. *t* l. 2. de senator. *u* Bart. d. l. 1. num. 1. & 8. *x* l. infamia. 8. C. de decur. lib. 10. *y* l. licet. 103. de uerbor. significat. l. iusta. de manu. uind. Ias. rep. l. admonendi. num. 278. de iureiur. *z* gl. ult. & Dd. l. 1. ff. eod. *a* de utraq; uide gl. & Dd. hîc in rubr. & l. 1. ff. eod. *b* l. furti. 6. in fi. l. quid ergo. 13. §. ult. eod. *c* l. 1. in fin. ubi gl. eod. *d* l. 1. in prin. eod. *e* l. 3. h. t. l. 1. §. ignominia. eod. *f* de his tribus generibus irrogandæ infamiæ, uide gl. l. ult. uerb. conuentus. h. t. Lanfran. c. quoniam. uerb. testium. num. 47. 77. de probation. *g* infrà tit. ne lic. poten. in rubr. uerb. actiones in se transferre.

non patroni, ſed domini loco (à quo aduocati abſunt [a]) poſt litem conteſtatam habentur [b]: ac dilationes, comparitiones, productiones, omnemque iudicij ordinationem procurant: & hoc nomine in iudicijs aliquo modo poſtulant, uelut tutores, curatores eadem ratione negocij minorum poſt litem conteſtatam domini [c]: patronis tantùm exequentibus momenta litium, & iura partium, ſeu (ut loquuntur) facta [d] meritaque cauſarum [e]. Neque tamen omnes indiſtinctè procuratoris officium ſuſcipere, & actiones alienas in ſe transferre poſſunt. Prohibitum enim id eſt potentioribus 13: hoc eſt, qui per ſe uel propinquos inferre metum poſſunt [f]: ne uidelicet formidine & terrore ſuarum opum & gratiæ, aduerſarios concutiant [g]: & iniuſtis modis aut deterreant à iudicio, aut in iudicio opprimant. quocirca & emere prohibentur à tenuioribus, ad amouendum à iure protomiſeos ſeu retractus cognatos & conſortes [h]. idque adeò placuit, ut non liceat potentiorum quaſi poſſeſſorum aut defenſorum nomine titulos (ut illorum nomina, arma, inſignia, priuilegia) prædijs, hoc eſt, rebus ſoli, de quibus lis timetur, priuata authoritate affigere [i]: uel nomina, uelut authorum poſſeſſorúmue, in litem prætendere 14: titulóſue principis, aut uela regalia (quorum indebita eiuſmodi uſurpatio in capitale crimen incidit [k]) aut alium quemlibet inſignem titulum 15, poſſeſsionibus ſuis, uel alienis quæ controuerſæ ſunt, abſque iudicis præceptione, uel authoritate [l], inſcribere: aut rebus ſigna mobilibus (nam ſigna mobilibus, tituli immobilibus affiguntur [m]) alienis, hoc eſt quas alius detineat [n], ante ſententiam imponere [o] 16: eáque conſignatione ſuam quaſi poſſeſsionem uelut ex traditione facere [p]. Eâdem ratione ob potentiæ formidinem & quaſi concuſsionem, uetitum eſt, ne fiſcus uel Reſpubl. priuatis negocijs alienis (nam ſuis nihil cauſæ eſt, cur non omni meliore modo conſulat) procurationem cauſa patrocinij præſtet 17. Negociorum quoque geſtores alieno nomine poſtulant 18: qui à procuratoribus mandati nota differunt. Hi enim ex mandatu domini aliena procurant [q], negociorum uerò geſtores ſine mandato, tam extra litem quàm in iudicio, alienorũ negociorum curam gerũt: unde &

Marginal notes (left):

a *Bald. l. 1. nu. 3. ſuprà de error. adu.*
b *l. procuratoribus. 22. l. neque. 11. hoc tit. de procurat. & in Paratit. eod. tit.*
c *l. neque. 11. ȷ. de procur. l. 1. §. 5. uerſ. ſed æquiſsimum. de poſtulat.*
d *l. aduocati. 14. de aduo. diuerſ. iud.*
e *c. auditis. de præſcript. l. ult. ȷ. ſi per uim.*
f *lib. feud. 5. conſtit. 13. in fin.*
g *uid. titul. de concuſs.*
h *conſt. 15. lib. 5. feudorum.*
i *Nouell. 17. cap. titulos. 20. in Auth. de man. princip. & Nouell. 164. per totum.*
k *l. 3. uerſ. tituli. ȷ. de bon. uac. lib. 10.*
l *l. 2. ut nemo. & in rubr. ut nem. lic. ſine iudic. authorit.* m *d. Nouell. 17. & Nouell. 164.* n *l. 1. hoc tit.* o *d. l. 1. hoc tit.* p *l. quod ſi neq;. 14. l. 1. §. ſi dolum. de per. & com. rei uen.*
q *l. 1. l. ſeruum. 33. & paſsim de procur.*

Marginal notes (right):

13. Ne liceat potentiorib. patrocinium litigãtibus præſtare, uel ſactiones in ſe transferre.
14. De his qui potentiorum nomine titulos prędijs affig. uel eorũ nomina in litem prętẽdunt.
15. Vt nemo priuatus titulos prędijs ſuis uel alijs imponat, uel uela regal. ſuſpendat.
16. Vt nemini liceat ſine iudicis authorit. ſigna rebus imponere alienis.
17. Ne fiſcus uel reſ publ. procurationẽ alicui patrocin. cauſa illicitè præſtet.
18. De negociorum geſtorum actione.

& uoluntârij procuratores nominantur [a]. Distant igitur causa efficiente: quoniam ille ex mandato, hic citra mandatum curat: ex quo alias quoque differentias fluere necesse est: cùm ille præscripto concludatur mandato [b], hic susceptam fidem, ad unguem ut sequatur & obseruet opus sit [c]. Et hæc quidem hactenus de procuratoribus, & legitimatione personarum, quæ in iudicijs agunt uel conueniuntur: qua de re ante omnia, ut diximus, fuit dispiciendum. Personis autem legitimatis, proximè de rerum ipsarum legitimatione, ut ita dicam, rectè quæritur: utrum eius illæ generis nimirum sint, ut de his iudicium dari debeat. Nam usu sæpius uenit, uti reus ipso quidem iure agentis intentionem tenere, & se obligatum esse fateatur: sed ex aliqua iusta causa obligationem retractandam, & se in integrum, hoc est, in eum statum in quo ante obligationem erat, restituendum, nec intentionis causam prius admittendam, quàm de restitutionis iure sit cognitum, excipiat [d]: cui & ipsi quæstioni in legitimatione personarum locus esse potest. exempli gratia, cum replicatur, eum qui excipitur prohibitus postulare, contra eam prohibitionem in integrum, aut restitutum, aut restituendum esse [e], ut hæc connexa superioribus esse facilè intelligi posfit. Sunt autem plures restitutionis causæ [f]: ut cum ui metúue extortum esse dicitur 19 id de quo causa est: aut dolo malo 20: scilicet cum gestum ipso iure tenet, ut prætoria restitutione sit opus [g]: non si nullum sit [h], fauore dotis [i], aut ob exuberantem contractus bonam fidem [k]. Nam quod ipso iure nullum est, nulla rescissione habet opus [l], nisi quatenus rei traditione perfectum est [m]. Sed & si ab eo qui 25. annis minor sit, contractum detrimentosè sit, restitutioni locus erit. Nã minores 25. annis, si læsi sint aliquo gestu, restituuntur in integrum 21: siue iuris sint sui, siue filijfamiliâs 22: siue in dignitate constituti, siue non sint [n]: siue fideiussor accesserit 23. (nã & cõtra hunc minor restituitur [o]) siue tutor uel curator interuenerit 24. quo casu perperam putatur [p] minori non subueniri, nisi rem à tutore & curatore seruare nequeat [q]: cùm hoc sit in illius electione [r]: nec

r modò

19. De his quæ ui metúsue causa gesta sunt.

20. De dolo malo.

21. De integrũ restitutionibus minorum 25. annis.

22. De filiofam. minore.

23. De fideiussoribus minorum.

24. Si tutor uel curator interuenerit.

a Cicero passim. & l. si negocium. de bon. author. iud. poss. Cuiac. obs. 9. cap. 25.
b l. 5. cum seq. manda. l. si procurator. 10. l. procuratorem. 16. C. de proc.
c l. 2. 6. 10. 11. cum seq. de neg. gest.
d l. quòd si. 25. §. restitutio. de mino. & t. tit. j. in integ. rest. postul. ne quid noui fiat.
e l. 1. §. deinde. 8. de postul.
f l. 1. de in integ. restit.
g l. si mulier. 21. §. si metu. 4. ff. eo quod met. caus.
h l. in causæ. 16. de mino. l. & eleganter. 7. de dol. ma. d. §. 4.
i d. l. si mulier. §. si dos. 3. l. si res. 12. §. 1. de iur. dot.
k l. 3. pro soc. d. l. in causæ. 16. de minor. l. & eleganter. 7. de dol. ma. d. l. si mulier. §. 4. l. domũ. 57. de contrah. empt.
l l. 5. ff. de inust. rup. testa.
m l. 5. C. de contrah. emp. l. 2. de rescin. uend. l. ab emptione. de pact.
n l. 1. in fi. qui aduers. quos.
o d. l. 1. & 2. h. tit.
p à Dd. in l. 1. §. ult. h. tit. l. in causa. 17. de minorib.
q contra l. 3. h. tit. §. pupillis. in Auth. de trien. & semiß.
r l. ult. hoc tit.

modò authore, sed etiam decreto interueniente nihilominus restitutionem habeat[a]. Etenim ut maximè præstò sit ordinaria hoc casu actio: tamen ad sumptus & incertos euentus litis euitandos, restitui minorem sæpe est utilius[b]: nisi quoties iure communi tutus est à damno, atque ita nulla læsio subest, quòd ex contractu nullo quem deceptus fecit, conueniri nequeat[c]. Nec uerò refert, siue per se solus gesserit, siue res cum altero communis sit 25. quo casu pro sua parte restituitur in diuiduis[d], in his uerò quæ diuisionem non recipiunt in solidum: ut potius socio prosit restitutio, quàm minor careat beneficio ætatis[e]: quod est (ut rem paucis definiamus) auxilium iuris prætorij[f] extraordinarium[g], quo, implorato iudicis officio nobili[h], minor quocunque gestu uel non gestu læsus[i], in eam conditionem qua ante læsionem fuit, restituitur: idque ex duplici causa, uidelicet ob ætatem minorem, & læsionem concurrentem[k], non tamen minimam[l], & quidem probatam[m]. Quanquam enim nedum minoribus, sed & adultis succurri solet, quoties præter intentionem contrahentium, ultra quam obligari non debent[n], res ipsa fraudem habet[o]: ut si aliter quàm conuenisset in stipulatione subiecta, quæ pactis subijci solet[p], uel dolo, uel etiam sine dolo obligatio constituta[q], uel causa destituta est[r], uel in materia fraus uertitur[s]: tamen quando ἐμπορικῶς contrahitur[t], & tantummodo in æstimatione rerum læsio subest, non æquè subuenitur: sed maioribus duntaxat, si læsio sit ultra dimidiam iusti precij[u] (tum enim nulla subest analogia synallagmatis, & inæquale præponderat æquali contra contractuum naturam[x]:) minoribus uerò, si læsio sit mediocris: nam ob minimam extra ordinem non succurritur[y]: cum odiosum sit, contractus contra regulas iuris

25. Si in cõmuni eademq; causa in integrum restitutio postuletur.

a l. siquidem. j. de præd. minor. l. ult. j. si mino. se maio. Ias. l. 1. nu. 1. j. si aduer. uend.
b l. quod debetur. 51. de pecul. l. Lucius. 78. §. ult. ubi gloss. ult. ad Trebellian. Bald. l. 1. post gloss. in prin. de do. mal. l. 6. de mino.
c l. in causæ. 16. eod. tit.
d l. unic. l. 1. l. si unus. inf. si unus ex pluribus.
e l. si commune. 10. quem. adm. seru. amitt. Castr. hîc, in l. unic. num. 3.
f l. 2. de in integ. restit. l. 3. de minor.
g l. in causæ. 17. de minor. Dd. l. 3. §. 1. de ope. no. nun. h l. quòd si minor. 25. § ult. de min. i l. 7. cũ sequen. eod. k l. 1. l. 3. l. quòd si. 25. §. non semper. cum sequent. de minor. l. minoribus. 8. eod. C. de minor. l d. l. quòd si. 25. §. non semper. l. item. de excus. tut. Salic. l. 1. nu. 1. C. si ad uen. pigno. Castr. l. in minoribus. num. 2. infrà ex quib. caus. maio. Panor. cap. 1. num. 8. ex. eod. Schurff consil. 14 centur. 3. qui definiunt, qualis læsio requiratur. m l. uerum. 12. §. sciendum. ff. eod. l. nam postea. 9. §. si minor. de iureiur. l. 1. C. qui aduers. quos.
n l. non omnis. si cert. peta. o l. si quis. 36. de uerbor. oblig. l. 2. §. 2. 3. 4. de dol. except.
p l. iurisgentium. 7. §. quod ferè. 5. de pact. q d. l. si quis. 36. r d. l. 2. §. circa. §. & generaliter. de dol. except. s l. quid tum. l. cum ab eo. de contrahen. empt. cum similib. quæ occurrunt. in tit. de dol. except. t Nouell. 97. u l. 2. infrà de rescind. uend. x l. Iulianus. 13. §. si quis. & §. antep. ubi gl. uerb. obl. de act. empt. y l. 4. de in integ. rest.

iuris[a] reſcindi[b]: & liceat naturaliter, hoc eſt, communi gētium, unde commercia ſunt, iure[c], moreq; hominum[d], contrahentibus ſe mutuò decipere[e]: & ſibi potius quàm alij debeat imputare[f], qui in æſtimatione rerum[g] perſonarumque[h], quibus cum contrahit, ſuo ipſius aſſenſu patitur ſe decipi[i]. Cæterùm quoties notabilis læſio demonſtratur, etiam extra ætatem, ijs hoc extraordinarium quoque prodeſt remedium, qui minoribus ea ratione comparantur, quòd horum exemplo curatione regantur aliena[k]: ut ſunt Eccleſiæ[l], pia loca[m], ciuitates[n], uniuerſitates, communitates[o], furioſi, prodigi[p], & ſimiles[q]. Materia ſit, quicquid à minore damnoſè geſtum eſt[r], ſiue agendo aliquid & contrahendo[s], ſiue omittendo & negligendo[t]: tam in iudicio, quàm extra iudicium. Nam illic reſtituitur ad omiſſam actionem[u], exceptionem[x], allegationem[y], probationem, appellationem[z]: item aduerſus deſertionem[a], contumaciam[b], compromiſſum[c], & contra rem ſemel iterumque iudicatam[d] 26, & quidem contra minoris iudicis ſententiam, allegando probandoq; eam eſſe iniquam[e]: contra principis uerò uel præfecti inducendo uel aduerſarij fraudem, uel ſuam ætatis imprudentiam, ut ſententiæ qua læſus ſit cauſam[f]: quoniam de iudicantium iſtiuſmodi iniquitate queri non poteſt[g]. Cæterùm extra iudicium etiam amplius prolixiuſque ei ſubuenitur[h], aduerſus uenditionem 27 etiam pignoris 28, niſi fuerit iuramento confirmata, nec dolo nec ui extorta[i]. Item contra donationem 29, non tamen libertatis 30 (quamuis alio modo

26. Si aduerſus rem iudicatam reſtitutio poſtuletur.

27. Si aduerſus uenditioné reſtit. poſtuletur.

28. Si aduerſ. uenditionem pignoris reſtit. poſtu.

29. Si aduerſ. dona. reſtitutio poſtuletur.

30. Si aduerſ. libertatem reſt. poſtulet.

a l. ſicut. infrà de actio.
b l. in honorarijs. 34. de actionib.
c l. 5. de iur. nat. l. 1. de action. empt. l. iuriſgent. de pac.
d l. ſi uolūtate. 8. C. de reſc. uend.
e l. in cauſæ. 16. §. penult. de minor.
f l. cum donationis. 34. C. de tranſac.
g l. quiſquis. 15. C. de reſcin. uend.
h l. qui cū alio. de reg. iur.
i l. cum donationis. 34. C. de tranſact.
k l. iubemus. 14. ſ. de ſacro ſanct. Eccleſ.

l cap. 2. 3. & t. tit. de in integ. reſtit. m d. c. 2. de in integ. reſt. lib. 6. c. grande. de ſupp. neg. præl. Spec. de in integ. reſtit. §. 1. num. 3. n l. 4. inf. quib. ex cauſ. maior. l. 3. inf. de iur. reipub. lib. 11. l. 1. de off. eius qui uic. o Panorm. cap. 1. extra. eod. Roman. conſ. 432. Socin. conſ. 194. 299. uol. 2. p l. 1. §. 1. l. qui neq;. 8. l. ſi prædia. 11. de reb. eor. Caſtr. l. 3. num. 5. ſuprà de in integr. reſtitut. q de quibus. c. 1. 2. 3. de in integr. reſt. l. pen. ſ. quib. ex cauſ. maio. r l. ait. 7. l. non omnia. 44. de minor. s d. l. 3. 7 t d. l. 3. § etſi. 8. l. 7. §. 2. & §. fi. l. minor. 36. de minor. tot. tit. ſ. ſi ut omiß. hæred. u l. auxilium. 37. de minorib. l. 2. ſ. in quibus cauſ. in integr. reſtitu. x d. l. 7. §. non ſolum. 2. l. ult. ſ. in quib. cauſ. y l. minor. 36. z l. ait. 7. § penul. Spec. de in integr. reſtitu. §. 1. num. 30. Mynſing. obſer. 20. cent. 4. a d. l. 7. §. ultim. l. properandū. 11. §. ult. inf. de iudic. b l. minor. 8. eod. c l. ſi minor. 34. eod. l. 1. 2. hoc tit. d l. minor. 18. eod. d. l. minor. e Bald. l. minor autē. 18. nu. 4. D. eod. per l. 1. 2. de appellat. f Bald. ibid. per l. præfecti. 17. d. l. minor. 18. l. quod ſi. 24. eod. tit. g Bald. ibid. tot. tit. infrà de ſentent. præfect. prætor. l. ſi quis. 5. cum Authent. ſequen. C. de precib. imper. obl. uide Mynſing. obſeru. 21. cent. 4. h d. l. 3. 7. cum ſequent. eod. i l. 1. cum Authen. ſequen. hoc tit.

hac in parte minori consulatur [a]) & aduersus transactionem uel diuisionem 31, solutionem à tutore uel se 32, errore aliquo iuris factam: ut si indebitum soluerint [b]: uel etiam aduersus solutionem factam tutori [c], curatori [d], minori denique ipsi [e], sine decreto iudicis [f], nisi pensio annua soluta sit [g]. Item contra dotem datam 33: ut si minor puella non dolo inducta (nam tunc contractus est nullus [h], ut restitutione non sit opus [i]) sed simplicitate lapsa omnia bona doti dederit [k]: ut nihil peruenturum sit ad hæredem iure isto, cum dotem maritus lucraretur [l], nisi hæredibus stipulatam [m]. Non enim ipsa modò, sed & hæres, puta frater, ex eius persona, iureque [n], restitutionem hoc casu petere potest [o]. Quin etiam restituitur aduersus delictum contrahendo & omittendo, non etiam per dolum malum committendo admissum [p] 34. Neque uerò aduersus factum delicti minor restituitur, quod infectum fieri nequit [q]: sed contra pœnam culpa contractam [r]: quæ cum sit pecuniaria [s], atq; ita damnum pecuniæ [t]: meritò ut aliud quoduis familiæ detrimentum, ætatis culpa contractum restitutioni locum relinquit. Alia est causa criminis [u], hoc est, delicti atrocioris [x], quod dolo committitur [y]: & proinde restitutionem nõ meretur [z], nisi quatenus miseratione ætatis pœna mitigatur [a]. Est etiam restitutio contra usucapionẽ 35, fiscum 36, creditam ex mutuo pecuniam 37: nisi probetur (nec enim præsumitur [b]) in rem eius conuersa [c]: hæreditatem aut aditam, aut abstentam à suo 38, repudiatámue ab extraneo [d]: uel 39 omissam intra præstitutum tempus delatæ bonorum possessionis petitionem [e]. Sunt etiam causæ, in quibus restitutio hæc extraordinaria [f] non est necessaria 40: ut quia eam petẽs, ipso iure ordinario tutus est [g]: quod non accipiendum, ut in actione doli [h] famosa [i] (quale hoc remedium rei persecutorium non est [k]) de aliquo ordi-

Marginal notes (left):
a l. si ex causa. 10. §. ult. cum ll. seq. de minor.
b l. 2. hoc tit.
c l. ait. 7. de minorib.
d l. 1. hoc tit.
e d. l. ait. 7.
f l. sancimus. 25. in fin. j. de adm. tut.
g d. l. sancimus. in fin.
h l. siue. 61. de iur. dot.
i l. in causæ. 16. eod.
k l. unic. h. t.
l l. 2. de dot. prælegat. l. unic. C. de rei uxo.
m l. 4. C. de pac. conuen.
n l. minor. 18. §. ult. cum l. sequent. ff. minor. 25. annis. l. non solùm. 6. de restitut.
o d. l. unic. h. tit.

Marginal notes (right):
31. Si aduers. transact. uel diuisioné in integ. minor restitui uelit.
32. Si aduers. solutioné à tuto. uel à se factam.
33. Si aduers. doté restitu. postul.
34. Si aduers. delictũ suum in integ. restit. peta.
35. Si aduers. usucap. &c.
36. Si aduer. fisc. &c. rest. postu.
37. Si aduers. creditorem.
38. Si se abstinuit hæreditate.
39. Si ut omiss. here dit. uel bo. possess. uel quid aliud adquirat.
40. In quibus cau. in integ. restitutio necessaria non est.

p l. auxilium. 37. l. 9. hoc tit. tot. tit. si aduers. delict. q l. in bello. 12. §. facti. 2. de cap. & postlim. r l. 2. hoc tit. s l. 1. hoc tit. tot. tit. ad l. Aquiliam. t l. 1. hoc tit. in 2. parte. u l. 1. in princ. hoc tit. x d. l. auxilium 37. l. quid sit. 17. §. quod aiunt. 16. de ædil. edict. y l. in lege. de sicar. l. penult. de adulter. z tot. t. C. si min. se maio. dix. a d. l. auxilium. l. ferè. de regul. iur. b §. is quoq;. Inst. quod cum eo qui in al. po. c l. 1. 2. hoc tit. d l. 1. hoc tit. si ut omissam hæred. e l. 2. hoc tit. l. ult. C. qui admitti. §. cum igitur. Instit. de bonor. possess. f l. in causæ. 17. de minor. g d. l. in causæ. l. 3. suprà si aduers. libertat. h l. 1. §. 1. 2. cum sequen. de dol. mal. l. 2. C. eod. tit. i l. 1. de his qui not. infam. k l. 6. de in integr. rest. l. minor. 18. §. ult. de mino. gl. l. 6. h. tit. de in integr. rest. Castr. l. 1. 2. 3. de fideiuss. mino.

ordinario agendi remedio, quo ob sumptus litium & in-
certos euentus non satis consuli semper minori diximus[a] [b]
(ut hîc cesset regula, extraordinarium cum ordinario non
concurrere[b]: ea enim tantùm obtinet in extraordinario,
cui nihil maioris inest subsidij[c], quod hîc abest) sed de me-
ro iure, quo tutus est minor, absque alia actione uel iudi-
cio: ut quando id quod gessit, ipso iure est nullum[d], ut nul-
lum parere effectum, nec ex eo minor conueniri lædíue
possit[e]. Quæ omnia, ut est edicto expressum[f], causæ cogni
tione opus habent[g]. Nec enim promiscuè omnes mino-
41. Qui & aduersus quos in integrum restitui non possunt. res, neq; aduersus omnes restituuntur 41. quid enim si di-
ligentes sint patresfamiliâs[h], adeò ut idonei iudicati sint
qui publicis negocijs præficiâtur[i]? quid si rem sobriè pru-
denterq; gesserint, sic ut non consilio inconsulto, sed fatali
euentu damnum factum sit[k]? quid si aduersus parentem,
patronum, minorem[l], fœminam[m], contra quem ut pari-
ter priuilegiatum, priuilegij usus esse non debeat[n], cum in
pari causa melior sit posidentis conditio[o], restitutio po-
stuletur[p]? quid si minor non errore[q], sed aduersarij cir-
42. Si minor se maiorem dixerit. cumscribendi causa[r] se maiorem esse finxerit 42, aut dato
iureiurando, contra quod nisi dolo metúue extortum non
est puberibus restitutio, asseuerauerit[s]: aut maiorem fuis-
se probatum sit[t]: quod eo ipso sanè probatur, si non pro-
43. Si sæpius in integrum restitutio postuletur. betur contrarium[u]: nam minori probatio incumbit & æ-
tatis[x] & læsionis[y] quid si sæpius in integrum restitutio in
eadem re absque noua causa postulata[z], & per sententiam,
à qua non appelletur, abiudicata sit[a] 43? si contractum sit
44. De his qui ueniá ætat. impetrauerunt. cum minore, qui ueniam ętatis 44 impetrârit à principe[b],
cuius indulto alios decipi inconueniens est[c]. Sicut ea ue-
nia à mare post uicesimum, à fœminis ab impleto 18. anno
ætatis,

a *l.6.de minor.*
b *Dd.l.1.§.hoc autem.l.3.§.1.de oper.no.nunc.*
c *l.3.§.ex hoc edicto.naut.caup.l.1.§.per hanc,ubi gl.de rei uendic.l.1.si mens.fals.mod.Panor.c.ex literis.de rescri.Zas.respons.lib.1.c.20.*
d *ita accipe d.l.in causæ.19.hoc titul.cum simil.*
e *c.2.de testib.l.5.suprà de ll.l.non putauit.§.nō quæuis.ubi Bart.de cōtra tab.l.4.§.condemnatum.de re iudica.Socin.cons.115.uidebitur.nu.15.uol.4.Par.cons.171.nu.1.uol.4.*
f *l.3.de in integ.restit.l.1.l.7.l.uerum.11.l.in causæ.17.eo.* *g* *d.l.uerum.§.3.cum seq.d.l.in causæ.* *h* *l.uerum.11.§.3.cum seq.* *i* *l.1.qui & aduers.quos.* *k* *d.l.uerum.11.§.3.l.quòd si minor.24.§.1.l.non omnia.44.eod.* *l* *l.si minor.34.eo.* *m* *l.si apud.12.eo.* *n* *l.aßiduis.inf.qui potio.l.sed & milites.de excus.tutor.* *o* *l.2.eod.tit.* *p* *d.l.si minor.c.in pari.de regul.iur.in 6.* *q* *l.1.hoc tit.* *r* *l.2.hoc titul.* *s* *Auth.sacramenta.in fi.suprà si aduer.uend.ubi Ias.& Dd.cap.si contingat.de iureiuran.cum simil.* *t* *l.3.& 4.h.t.* *u* *de hoc genere probationis uide gl.l.2.uerb.intercesisse.C.de erro.aduoc.l.si creditor.C.de pig.act.l.in testamento.C.de mil.testa.* *x* *l.3.uerb.te minorem fuisse probaueris.h.t.probatur autem etiam ex aspectu.l.minor.32.de minor.c.attestationes.10.de despons.impub.* *y* *l.uerum.12.§.3.de minor.* *z* *l.2.3.h.t.* *a* *l.1.h.t.* *b* *l.1.uerb.à principali clementia.l.2.uerb.imperiali auxilio.h.t.* *c* *l.1.h.t.l.meminerint.C.unde ui.l.2.ne quid in lo.pub.l.Paulus.8.de præto.stip.*

ætatis, quæ instrumento aut quinque testibus probetur, impetrari potest[a]: ita tamen, ne hoc prætextu prædia sine decreto alienentur[b]. Quid deniq; si maior factus contractum ratum habuit 45, aut expresse uerbis[c], uel factis[d], puta ex contractu aliquid recipiendo[e], aut tacitè intra quadriennium præstitutum nihil quiritando[f]. Certè in his casibus non facilè admittetur restitutio: sicut hæc singula suis quæque titulis hîc ordine declarantur: ut & illud, ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis peragenda sit 46: nempe in foro rei, contra quem restitutio postulatur[g]: & apud iudicem ordinarium[h], aut specialiter ad id uel cum uniuersitate iurisdictionis delegatum, puta uicarium[i] & pedaneum[k]: non coram arbitro aliisue delegatis[l]. Item de reputationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis 47. Nam sicut is qui restituitur, non in damno, ita nec in lucro uersari debet[m]: quia hactenus cessat restitutionis causa, quam læsionem seu damnum posuimus[n]: & ideo quicquid ad eum peruenit, conueniens est restitui[o], etiam ueterem in priorem debitorem actionem[p]. Illud quoque rectè atque ordinè subiungitur, etiam rectè agi per procuratorem[q], qui speciale mandatum habeat[r], aut de rato caueat[s], restitutionis causam 48, utpote pecuniariam & ciuilem[t]. Et restitutione postulata (postulatur enim[u] implorato iudicis officio nobili[x], non actione, cui mercenarium officium deseruiat[y],) nihil esse uelut pendente lite innouandum 49. Atque hæc quidem de restitutione minorum. Est & cùm maioribus hoc beneficium indulgetur: puta absentibus Reipub. causa: & eadem ratione militibus 50, horumq; uxoribus, quæ cũ absentibus maritis peregrinantur 51: uxores enim gaudere debent priuilegijs militaribus[z], maximè cum hîc eandem sustineant, absentiæ, peregrinationis, ac periculorum fortunam: suaq; cõmoditate, & domesticis, necessarijsq; etiã militiæ seruitijs atq; obsequijs efficiant, ut operam dantes Reipub.

45. Si maior factus ratum habuerit.

46. Vbi & apud quẽ cognitio in integr. restitutio. agenda sit.

47. De reputationibus q̃ fiunt in iudicio in integrũ restitutionis.

48. Etiam per procuratorẽ causam in integ. restitutionis agi posse.

49. In integ. restitutione postulata ne quid noui fiat.

50. De restitutionibus militũ, & eor. qui absunt Reip. causa.

51. De uxorib. milit. & eorum qui Reipub. causa absunt.

a l.2.h.t.

b d.l.2. contra l.3.§. de in integ. rest. l.1. de minor. & ti.C. de præd. minor.

c l.1. ubi gl. ult. h.tit.

d l. Paulus. rem rat. hab. l. de quibus. 31. de legib.

e gl. d.l.1. in fi. per l. pen. de leg. commiss.

f gl. d.l.1. in fi. l. ult. §. de tempo. in integr. restit.

g l.2. ubi Salic. h.tit. l.2. §. si aduers. fisc. Spec. de in integ. restit. §. uidendum. nu.3.

h l. ul. h.t. Cast. l.1. nu.7. §. si aduers. sent.

i l.1. §. de off. eius qui uic.

k l. ult. uerb. apud pedaneos. h.t.

l l. fin. hoc tit.

m l. quod si. 24. §. pen. de minor. n l.4. de in integ. restit. l. uerum. 11. §. sciendum. uers. si capti proponãtur. de min. l. si ex causa. 9. uerb. si grande damnũ mino. l. q. si. 24. §.1. eo. o d.l. quod si. §. pen. eo. p l. unic. h.t. q gl. in c. suscita. ex. de in integ. restit. r l. illud. 25. §. ult. de mino. s l. q. si. 26. eo. ti. t l.1 ubi gl. & Dd. an per alium caus. app. c. tua. 5. ubi Panor. & Dd. de procu. l. ult. C. eo. tit. u §. ut lit. penden. & ex. in Cle. eo. x hoc propriè significat postulare, h.e. in iure ad tribunal officium nobile implorare. l.1. et t.t. de postul. y l. 4. de eo quod cert. loc. l. ædilis. §. item. de ædil. edic. l. iudex posteaquam. de re iud. z l.1. & 2. h.t. l. fœminæ. 8. de senator. l.1. & t.t. C. de dignit. lib.12.

Reipub. incommoda castrensis uitæ facilius, atq; etiam libentius tolerent. Sed hæ restitutiones intra definitũ tempus petẽdæ sunt 52: cum enim sint rescissoriæ contractuũ, certo tempore concludendæ fuerunt: ne iura commerciorum & quæsitorum ex his dñiorum [a], perpetuò maneant incerta [b] & in suspenso [c]. Itaq; olim quidẽ exemplo aliarũ rescissoriarum actionũ [d], anno utili omnis restitutionis petitio terminabatur [e]: hodie quadriennio [f], quod continuo currit [g] à tp̃e demum scientiæ [h], ut olim utilis annus [i]: quæ scientia non præsumitur [k], dum tñ ignorantia allegetur [l]: currit aũt adultis tantùm, non minorib. [m] (etiamsi his excepti pupillis aliæ præscriptiones currere possunt [n]) à tp̃e quidem scientiæ incidentis in ætatem adultam, hoc est, 26. annum ingredientem, & sequentes [o], ijs qui ob id quod in minore ætate gestum est, restitutionẽ petunt: Ecclesiæ uerò [p], Rebuspub. [q] & alijs qui iure minorum utuntur [r], absq; ætatis rõe (quæ hic non cadit) à tempore scientiæ [s], uelut & maioribus [t], qui restitutionem petunt ex alia aliqua iusta causa [u], absentiæ 53, ignorantiæ [x], uel alienationis iudicij mutandi, & in duriorem aduersarium transferendi, causa factæ [y], 54 extra ordinem (nam & hæc restitutio extraordinaria est [z]) intra idem scientiæ quadriennium [a]: quòd intra quadriennium non modò proponenda est omnis querelæ quæstio, sed etiam terminanda [b]: nec enim perpetuatur litis contestatione, cum sit rescissoria [c] (nisi facto aduersarij comperendinetur [d]) etiamsi per modum exceptionis proposita sit [e]. Nam quæ exceptiones non tantùm defensionis

52. De temporibus in integ. restitutionis, tã minorum aliarumq; personarũ quæ restitui posſũt, quàm hæredum eorum.

53. Quibus ex causis maiores in integrũ restituantur.

54. De alienatione iudicij mutandi causa facta.

a §. per traditionem. §. uenditæ. Instit. de rer. diuis.
b l. 1. de usucap.
c l. ult. cum ibi nota. com. prædio.
d l. in actio. 33. §. sed cum rescissa. de act.
e l. fi. h. t. l. 1. de temp. præscr. uide ff. ex quibus caus. maio.
f d. l. fi. h. t.
g l. ult. uerb. cõtinuum. h. tit. Auth. hodie. j. de appella. ubi gl. et Dd.
h d. l. ult. uerb. in quo annus utilis currebat. l. 2. §. dies. quis ord. in bon. poss. l. 2. de iur. et fact. igno. l. ult. h. t. Auth. hodie. ubi gl. inf. de appell. uide omnino Tiraq. de retract. prox. §. 35. gl. 4. per tot. Franc. Bal. 4. parte 4. par. quæst. 29. de præscrip.
i l. 3. §. ult. de Carb. edict. l. 2. uerb. ex quo sciuisti. C. qui admitt.
k l. uerius. de probat.
l Bal. l. quicunq;. in prin. j. de seru. fugit. Alex. l. qui bona. §. de illo. de dam. infect. Dec. cons. 268. in fin. Tiraq. de præscrip. §. 1. gl. 2. antepen. uers. tu autem ultra.
m l. ult. h. t.
n l. 5. h. t. t. tit. s̃. si ad præscrip. late Tiraq. de præscrip. v. q. per tot. Balb. & alij in tract. præscript. l. cum notissimi. §. 1. inf. de præscrip. 30. anno. Schurff. consil. 28. cent. 1.
o d. l. ult. h. tit.
p Panor. in c. 1. nu. 2. de in integ. restitut.
q l. 1. suprà de offic. eius qui uicem, &c.
r c. 2. 3. de in integ. restit. l. 1. s̃. de off. eius qui uic.
s d. l. 1. Panor. d. c. 1.
t l. ult. h. t.
u l. 1. in fin. & passim. ff. ex quib. caus. maio. l. 3. h. t. l. 3. inf. com. utr. iud.
x l. 1. §. si quis autem. de itin. actuq; priua. uid. latißimè Tiraq. de retract. §. 35. gl. 4. nu. 35. gl. l. si partem. §. si per fundum. quemad. ser. amitt.
y l. 2. 3. cum seq. ff. eod.
z gl. Bar. & Dd. l. 4. de in integ. restit. & in l. si quis stipulatus. 43. uerb. officium prætoris. ex quibus caus. maior. Ias. post Angel. §. rursus. nu. 81. Inst. de actio.
a l. ult. h. t.
b l. ult. ubi Salic. nu. 8. h. t.
c l. ult. s̃. de dol. mal.
d Salic. d. l. ult. nu. 8.
e l. Papinianus. 8. §. si filius. de inoff. test.

sionis more, sed & agendo, aut officium iudicis implorando proponi possunt, eæ non sunt perpetuæ, ut reliquæ [a]: quæ ne quidem 30. annis præscribũtur [b]: sed spacijs actionum, quibus annumerari debent [c], finiuntur [d]. Cæterùm hæc omnia accipienda sunt, ut par est, secundũ subiectam materiam [e]: scilicet cum restitutio petitur iure, ut diximus, extraordinario, & contra regulas cões contractuum [f] quos rescindunt [g]. secus erit, si ordinario iure actionis seu implorationis officij iudicis, restitutio ex uarijs causis postulet̃: sicuti interdũ peti potest [h]. Quia enim perpetuæ sunt ordinariæ actiones [i], & petitio officij iudicis, 30. annis regulariter durat [k]: ideo & eiusmodi restitutionis petitio generi ordinariorum inclusa [l], tanto tp̃e uiuere & durare debet [m]. Et hæc quidem de restitutionis beneficio. Cæterùm quando nec his dilatorijs ut appellantur [n] euadere reus, ac subterfugere iudicium potis est, usu quandoq; ante iudiciũ uenit, ut petente eo, nec abnuente aduersario, in arbitrum compromittatur [o]: aut excipiat reus de recepto arbitro, cõpromissoq; antea facto: ad quod finiendum arbiter iussu prætoris potius cogendus sit [p], quàm iudicium nouum de re litigiosa dandum: eaq; ex causa argumentum ostendendi, rem esse iudicio necdum aptam atq; idoneam, mutuetur. Quare prius quàm ad iudicia fiat transitus, rectè præmittitur de receptis arbitrijs 55, quæ natura sua iudicijs antecedunt [q]: & de satisdationibus 56, quas in limine iurisdictionis exigi solenne est [r]: nam post litem contestatam frustra petuntur [s]: deque formulis ac impetratione 57 actionum: quæ olim apud prætorem erant impetrandæ [t]: cæteroquin obiectu etiam huius exceptionis de impetratione non facta, iudicia impediebantur [u]. Quanquam autem hodie ueteres impetrationes illæ formulæq; desierunt [x]: est tamen cum etiamnum uenia agendi debeat impetrari [y]: &

alioqui

55. De receptis arbitrijs.

56. De satisdando.

57. De iuris formulis, & impetratione actionum sublata.

a l. licet. 5. l. pactum. 6. inf. de excep.

b l. purè. 5. §. fi. de do. except. glo. d. l. 5. & l. 3. uerb. persecutione. inf. de præscript. 30. annor.

c l. actionis. 37. de obliga. l. 1. de excep. l. in excep. 19. de prob.

d Bal. Salic. & Dd. d. l. 5. per l. quæsitum. §. ult. de pecul. Bald. l. sicut. num. 12. j. de præscript. 30. anno.

e l. si olei. C. de loc. l. si uno. ubi gloss. in princ. eo. tit.

f l. sicut. j. de act. l. in commodato. commod. cum similib.

g l. in honorarijs. in fin. de oblig. §. rursus. Inst. de act. h l. 3. ubi Dd. hoc tit. quib. ex caus. maio. l. 3. inf. com. utr. iud. l. 2. inf. de rescin. uend. i Instit. de perpet. & temp. actio. d. l. in honorarijs. 34. de acti. k gl. in l. 3. hoc ti. uide Dd. in l. 2. inf. de rescin. uend. gl. in l. 3. uerb. persecutione. C. de præscrip. 30. anno. l uide Euera. loco à genere ad speciem. m Cast. & Dd. l. 2. C. de resc. uend. l. 3. C. fam. her. l. 2. C. de pac. int. n l. 2. l. 3. de except. o Nouel. 93. p uide in l. 3. § 1. ff. de recept. arbit. & ex̃. eod. q Auth. si uerò. inf. de iud. §. 1. in Auth. ut differen. iud. c. ult. ubi glo. de transac. Hostiens. & Dd. in rub. ex̃. de treug. & pac. c. discordantes. cum seq. 90. distinc. r l. unic. in fi. uer. in limine litis. h. tit. s l. qui proprio. 40. §. ratihabitionis. de procur. t Cicero de Inuent. lib. 2. cap. 4. d. §. 1. u l. 2. h. t. x l. 1. 2. h. t. y l. 4. & paßim. de in ius uoc.

alioqui ſingulas etiam actiones formã ſuam, clauſulamq; quandam legitimam habere oportet, ne propter ineptitudinem à limine iudicij poſsint repelli[a]. Item & de iureiurando propter calumniam dando 58 generali: quod dabatur olim tam à litigatoribus[b], quàm eorum patronis[c] & ante uel ſtatim poſt litem conteſtatam[d] erat præſtandũ[e]: nec remitti à partibus poterat[f]. Hodie uerò non modò conuentione remittitur, ſaltem tacita[g], uerumetiam uniuerſali quadam plerarumq; curiarum noſtrarum deſuetudine (quæ tamen improbatur[h], uelutq; turpe calumniarũ illicium remouenda putatur[i]) in uſu eſſe generale deſijt[k]. Nam ſpeciale, quod à deferentibus iuſiurandum exigi conſueuit[l], etiamnum uſurpatur[m].

58. De iureiurando propter calumniam dando.

a gl. & Dd. l. 1. de off. aſſeſſ. uide Iaſ. & Dd. §. 1. Inſt. de act. c. examinata. 11. de iudic.
b d. l. 2. hoc tit. §. 1. Inſtit. de pœna teme. litig.
c l. rem non nouam. infrà de iudic. d. §. 1.
d d. §. 1. in uerb. niſi prius. Authentic. hoc ſacramentũ. uerb. initio iur. hoc titul. l. 1. uerb. non aliter probationes præſtare. c. expoſita. 11. de arb. c. cum cauſam. 6. de iurament. calum. c. dudum. 54. de elect. Maranth. in Spec. 6. partis 2. parte, in 1. Spec. de iurament. calumn. in princip. num. 1. & de poſit. §. 4. num. 11.
e l. 1. & 2. & tot. hoc tit.
f l. 2. §. ſed quia ueremur. hoc tit.
g c. 1. de iurament. calumn. lib. 6. ubi glo. & Dd. §. ſed quia ueremur.
h Iaſ. l. rem non nouam. 12. §. patroni. nu. 3. inf. de iudic.
i c. 5. de iurament. calum. Spec. de ad. num. 31. Iaſ. præall. loc.
k uide Chilia. in pract. cap. 67. Sax. lib. 1. art. 41.
l l. iuſiurandum. 34. §. qui iuſiurandum. de iureiur. ubi uide Iaſ.
m Lehenrecht c. 68. Chilia. in pract. cap. 67.

LIBER III.

ITa perpurgatis ijs quæ ante iudicij inchoationem diſceptari ſolent, ideoq; in Pandectis τὰ πρῶτα appellantur[a], ad ipſa mox adita iudiciorum itur: de quibus ad rem penitus introſpiciendam primùm in genere diſputatur 1: quòd nempe ſint controuerſiæ litigatorum, hoc eſt, actoris & rei apud iudicem cognitio & definitio[b] legitima[c], publica[d], indiuidua[e], æqualis[f], ſtricti quidem iuris[g], ſed in qua æquitas, ut in omnibus contractibus[h] quibus aſſimilatur[i], præponderare debeat[k]: cuius duæ ſint inſtantiæ, prima & ſecunda[l]: quæ in criminalibus biennio terminari debeant[m], in ciuilibus triennio ſaltem[n]: utriuſque partes, quantum ad ſubiectum, duæ: cognitio[o] & definitio[p]: quo ad formam, item duæ: litis conteſtatio, unde cognitio

1. De iudicijs.

a in proœm. Digeſtor.
b l. iudices. 9. l. properandum. 11. hoc tit. Port. conſil. 124. nu. 3.
c l. iudices. 9. hoc tit.
d l. nullus. 13. ſuprà de Iudæ. l. ult. l. 1. de muner.
e l. nulli. 19. hoc tit.
f d. l. 11. 12. cum ſeq hoc tit. l. ult. ȷ̃. de fruct. & lit. expen. c. in iudicijs. 12. de regul. iur. in 6.
g Socin. conſil. 18. progrediendo. num. 42. uolum. 1. per l. 1. ȷ̃. de conſor. eiuſ. lit.
h l. 4. ȷ̃. de action.
i l. 3. §. idem ſcribit. 8. de pecul.
k l. placuit. 8. hoc tit. l. in omnibus. 90. de reg. iur. Port. conſ. 170. nu. 15. 26.
l l. properandum. 11. in prin. ubi Dd. h. t.
m d. l. 11. & ȷ̃. ut intra cer. tempus.
n d. l. 11.
o l. iudices. 9. hoc tit. l. 5. de re iudica.
p d. l. 9. 11. hoc titul.

gnitio incipit [a] (quanquam in ſecunda inſtantia non æquè putatur neceſſaria [b]) & ſententia [c], ubi in definitionē illa definit: quo ad proceſsionem & temporis circumſtantiam, tres: prima uſque ad litis conteſtationem incluſiuè, quæ eſt præparatoria: hinc media uſque ad ſententiam excluſiuè: quæ eſt diſceptatoria cognitio: ultima à ſententia ad executionem incluſiuè, quæ eſt definitio [d]. Species rurſum uariæ à cauſa efficiente: aliud ciuile iudicium, aliud prætorium, quoddam ordinarium, quoddam delegatum [e]. A' materia, ciuile, criminale [f]: illud reale, perſonale [g], uniuerſale [h], generale [i], ſingulare [k], conuentionale [l], ſpirituale [m]: hoc capitale, non capitale [n]. A' forma: aliud principale, incidens [o], alioque quàm ſuprà ſenſu ordinarium, extraordinarium [p], ſummarium [q], duplex [r], ſimplex [s]. A' fine: aliud rei, aliud pœnæ perſecutorium [t]: aliud priuatum [u], aliud publicum [x]. Cauſa iuris [y] προκαταρκτικὴ, ad iudicē prouocatio actoris [z], fruſtratio rei [a]: quæ tres perſonæ iudiciū ſuſtinent, & cauſæ rationem habent: iudex ſcilicet, actor, reus [b]. Materia, controuerſiæ ciuiles & criminales [c], quæ ante litem conteſtatam inducuntur [d]. Forma in legitima cognitione [e] & ordine [f]. Finis in definitione [g]. Effectus in executione [h]. Adiacentia tempus [i], locus [k], recuſatio [l], contumacia [m], ſportulæ, expenſæ [n]. Affinia compromiſſum [o], iuſiurandum [p], tranſactio [q], Contraria quæ uel impediunt iudicium ne fiat, ut exceptiones priuilegiatæ [r], uel factum diſſoluunt, ex legis uel hominis diſpoſitione, ex cauſa naturali, ciuili [s], contumacia, eremodicio [t], &c. His ita generatim expoſitis, proximè deinceps per partes agitur de horum iudiciorum acceſſorijs: puta ſportulis [u] & hono-

a l.1. l. properandum. nu. 11. cum ſeq. h. t. l. ædiles. §. item ſciendū. de ædil. edict. l. non poteſt. de iud.
b Dd. l. ita demum. 13. ſ. de iud. Mynſin. obſerua. 1. & 38. cent. 1.
c l. 4. 11. 12. h. t. l. 1. 4. 5. de re iudic.
d Auth. ad hæc. ubi Iaſ. nu. 2. h. tit. §. & illud. in Auth. ut defunct. 11. c. ſuper. 27. §. 1. de off. delegat. Bar. l. 2. nu. 5. de fur. Alex. conſil. 82. in cauſa. nu. 6. uol. 5.
e l. 5. h. t.
f l. 11. h. t.
g l. 1. 2. 3. 4. 6. h. t. §. 1. Inſt. de act.
h l. 1. de rei uend.
i l. 2. ubi Bar. negoc. geſt.
k l. 3. hoc tit.
l c. 2. ext. de lib. ob.
m Dd. d. l. 3.
n l. 2. l. capitalium. de pœn.
o l. 3. h. tit.
p l. antepen. de neg. geſt. §. ult. Inſt. de inter. l. ordo. de pub. iud.
q d. l. 3.
r §. pen. Inſt. de interdic. l. in tribus. 13. de iudic. l. 2. com. diuid.
s l. in tribus. 13. eod.
t §. ſequens. Inſt. de act.
u t. t. de priua. del. cum t. ſeqq.
x t. t. de priua. del. de pub. iud.
y d. l. 11. h. t.
z l. 18. cū ſeq. eo.
a Iaſ. Fab. §. ſic itaq;. Inſt. de act.
b c. forus. de uerb. ſig. l. 6. 7. h. t.
c d. l. 11. h. tit. Cic. pro Cecinna.
d l. non poteſt. 23. l. ſolemus. 61. eod.
e l. iudices. 4. l. 11. 12. h. t.
f l. 3. h. t. & ĩ. de ord. iud.
g l. 4. h. t.
h l. 11. 13. h. tit. l. 15. de re iud. l. 6. ĩ. de reb. cred. t. t. ĩ. de execut.
i l. 11. h. t.
k l. pen. de iuſt. & iure. l. 21. §. 2. de arb.
l l. apertiſsimi. 14. l. ult. h. t.
m l. 11. 13. h. t.
n l. 11. §. 1. 2. 3. l. 13. h. t. & ĩ. tit. 1.
o l. 11. 12. h. t. l. 1. de arb. l. 4. ſ. eo.
p l. 12. h. t. l. 1. 2. de iureiur.
q l. non minorem. ſup. de tranſac.
r c. 1. de lit. conteſt. in 6. Iaſ. & Dd. l. nulli. 10. h. t.
s l. 11. h. t. l. 58. 31. 60. eod.
t uide Cuiac. ob. lib. 9. cap. 22.
u Nouel. 124.

honorarijs, ſeu ſalarijs iudiciorum, id eſt, perſonarum publicarum quæ iudicijs ſeruiunt, puta iudicum, patronorum, executorum, ſcribarum, &c. Et hoc nomine de ſumptibus atque impenſis diuerſis in iudicia faciendis. Deinceps de perſonis quæ iuriſdictiones ſuſtinent: ut de executoribus, qui iudicia ingredientibus præſtò ſunt 2, liteſque inchoant citando[a], referendo præparant[b] & inſtruunt[c]: eoque nomine ſalaria accipiunt[d], alijs etiam, puta patronis exigunt[e]. Item de pedaneis iudicibus 3, qui à pedibus dicti ſunt[f], ut pedarij[g], quòd in minoribus iudicarent ſubſellijs[h], uelut ad pedes tribunalis, ſedentes tamen[i] in cauſis uoluntariæ iuriſdictionis[k], uel in quibus aliàs de plano procedi poteſt[l]: ac ut præfectis prætorio apparent uicarij[m], proconſ. legati[n], ſic hi uicariam præbebant operam præſidibus[o], prætoribus[p], & alijs iudicibus maioribus à Cæſare datis[q] delectu principis[r], uel præfecti prætorio[s], non arbitratu præſidis, niſi ex publica utilitate[t], aut propter abſentiam eius[u]: ut uice præſidum iudicarent mandata ab his iuriſdictione[x] de minoribus, 300. ſcilicet duntaxat aureorum[y] cauſis[z], uel mixti etiam imperij[a]. Pedaneos ergo ſicut ſeruatores, hoc eſt uicarios, locum alterius ſeruantes[b] regulariter præſides, prætores, rectores prouinciarum, &c. non dabant[c]: ſed à Cæſare uel præfecto accipiebant[d]: acceptis autem iuriſdictionem mandabant[e], ut proconſules legatis[f], quibus ualde uidentur fuiſſe ſimiles[g]: diſsimiles (quantum arbitror, licet Cuiac. contrà ſtatuat[h]) aſſeſſoribus[i] & alijs iudicib. datis[k]: de quibus ea re ſequente titulo 4 ſeparatim, uelut de alio genere tractatur: quomodo & in Pâdectis de

2. De ſportulis & ſũptib. in diuerſis iud. faciẽdis, & executoribus litiũ.

3. De pedaneis iudicibus.

4. Qui pro ſua iuriſd. iudices dare daríue poſsint.

a §. tripli. Inſtit. de act. l. ult. ꝉ. de præſcrip. 30. annor.

b §. his quoq; in Auth. de iudic.

c l. 12. h. t. c. 4. in Authen. de defenſ. ciuita. l. 2. de delato. ꝉ lib. 10. ubi quid ſit inſtruere.

d l. ult. de prin. agent. in re. lib. 12. §. tripli. Inſtit. de actio.

e l. properandum. 11. §. penul. ſ. de iud.

f Gell. lib. 3. c. 8.

g Cic. ad Attic. meminit pedariorum ſenatorum. de quib. Gellius præall. loc.

h Auian. & Cuiac. ad Paul. lib. 5. tit. 27. & Nouell. 82. i §. ſedebunt autem pedanei. in Auth. de iud. Nouel. 82. k §. penult. Inſt. de libert. l l. nequicquam. 9. §. de plano. 3. de off. proconſ. m ſ. de off. uicar. n l. 4. 6. 9. de off. procoſ. l. pen. de off. eius. o d. l. 2. ſuprà de off. eius qui uic. l. 2. 3. ult. hoc tit. p l. 3. ne quis eum, &c. q tot. tit. ſuprà de offic. eius qui uic. r l. 2. ſuprà de off. eius. §. 1. in Auth. de iudicib. s d. l. 2. t l. 2. hoc t. l. 2. ſuprà de off. eius. u l. ult. h. t. l. 1. de off. eius. x l. 4. l. 6. de off. procoſ. y Nouel. 82. ubi Cuiac. z l. ult. l. 2. 3. h. t. a l. 2. ſ. de off. eius qui uic. b Nou. 128. §. penult. Nou. 134. per totum. c l. 1. 2. 3. 4. & t. h. t. d l. 2. ſuprà de off. eius qui uic. Nouel. 82. e §. 1. 2. cum ſequent. in Auth. de iudic. l. 1. 2. ſuprà de off. eius qui uicem ger. f l. 4. cum ſeq. de offic. proconſ. infrà. g l. 2. ſup. de offic. eius qui uic. l. pen. l. ult. de off. eius qui mand. l. ſæpe. 8. cum ſequent. de offic. præſid. ubi legati nomen etiam hos uidetur complecti. h Nouell. 82. per Nouell. 60. i §. 1. §. iudices. in Auth. de iudicibus. §. illud. in Authent. ut defun. ſeu fun. k l. ult. ſup. ubi & apud quem in integ. reſt.

aſſeſſoribus [a], ſeparatè ab officio eius cui mandata eſt iuriſdictio [b]: hoc eſt, legati [c], fortaſsis etiam & pedanei [d]: qui quidem mandata funguntur iuriſdictione, ſed alia & maiore [e], quàm quæ priuatis aut delegatis [f] datisque iudicibus competere ſolet [g]: cum uelut magiſtratus ſint in officio publico [h], & iuriſdictionem quandam propriam exerceant [i]. Iudices porrò dati non iuriſdictionem, ſed cognitionem tantùm habeant [k], & ex cauſa facilè mutari poſſint [l]: & ſententia dicta munus ac officium horum expiret [m]. Aſſeſſores autem ne quidem cognitionem obtineant integram [n]: cum adhibeantur non cauſa iuris dicendi [o], uerùm conſilij ſuggerendi [p]. Cæterùm iſtiuſmodi diſcrimina (niſi quod aſſeſſorum adhuc quibuſdam in locis ſit uſus) temporibus & moribus iam ſunt obducta: ut in hęc inquirere ſubtilius, hoc quidem loco non ſit neceſſe. Manet duplex iudicum genus: quorum alij ordinarij [q], qui à lege, uel eo penes quem legis ius ſit, puta principe, populo libero, &c. habent iuriſdictionem [r] uniuerſalem [s] & perpetuam [t]: qualis in dubio quiſq; eſſe præſumitur [u]: alij delegati [x], quibus uel omnis iuriſdictio uel ſpecies aliqua eſt mãdata [y]: quam non ſuo iure aut nomine, ſed uice eius exercent qui mandauit [z]. Mandare autem poteſt ordinarius [a], aut à principe (nõ inferiore delegatus [b]) qui pro ordinario habetur [c], ut & principum conſiliarij atq; auditores [d]: non tamẽ ea q̃ ſunt imperij [e], neq; q̃ alienæ iuriſdictionis [f], nec quæ ad ipſum pertineant reſpectu cõmodi delegantem [g].

Iure

a de off. aſſ.
b de offic. eius cui mand.
c l.1.§.ult.l.penult. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd.
d l.2.eod.tit.
e l.pen. eod.tit. l.1.2.ſuprà de offic. eius qui uicem.
f l.ult.uerb.priuatis etiam. de off.eius cui mand.eſt iuriſd.
g d.l.ult. C.ubi & apud quẽ cog.reſt.
h l.2. ſuprà de off. eius. l. 4. cum ſeq.de offic.procõſ.
i l.pen.in uerb. cum propriã quandam iuriſdictionem legatis tuis dederis.ff.de off.eius.niſi hoc ad pedaneos non pertinet. Cuiac.obſerua. lib.7. cap.21.per l.2.quis à quo appellet.optimus textus in l.4.§. cum propriam.de off. eius cui man. k l.5.de re iudic. l l.ſi longius 18.l.iudicium.58.l.cum prætor. 12.de iudic. m l.iudex.55.de re iudic. n l.1.de off.aſſeſſo.l.2.l.non minus.11. C.eod.tit. o l.2.hoc tit. p l.3.penult.ult.hoc tit.l.5.eod. q ext.de off.ord. & in 6.ac Cle. r l.cum prætor.12.de iud.l.11.de off.eius cui mand.&c. s l.1.§.1.de off. præf.urb. t c.prudentiam.21.de off.& pot.iud.del.c.2.in fi.de off.leg.lib.6.Bart.l.1.§.ſi plures. de exerc. act.& l.4.5.de iuriſd.uide Maranth.in Spec.parte 4.diſtinct.5. u Panor.c.penult. de offic.uica.Alexan.rubr.de iuriſd.num.7.cum ſequent. Maranth.parte 4.diſt.5.num. 34.uide omnino Panor.c.licet.12.num.2.& 3.de off.ord.ubi notas ponit unde cognoſci queat, utrum quis ordinarius ſit, an delegatus. x extrà de off.& poteſt. deleg. item in 6.& Clem. y l.ſolet.16.de iuriſd. z d.l.ſolet.l.1.l.3.de off.eius cui mand. a l. 3.l.5.l.cum.13.l.ſolet.16.de iuriſd.l.cum prætor.12.de iudic. b l.16.ubi Iaſ.ſ̃. de iudic.
c l.apertiſsimi.14 ſ̃.de iudic. d Bart.l.præcipimus.§.1.ſuprà de appellat.& l.1.de off. aſſeſſ. e l.1.de off.eius.l.nemo.71.de reg.iur. f l.unic.h.tit.qui pro ſua iuriſdict.
g l.1.§.propria.8.quand.& intra quæ temp.Dd.l.omnibus.ĩ.de teſtib.

5. Ne quis in sua causa iudicet, aut sibi ius dicat.

Iure enim receptum est, ne quis in sua 5 causa uel iudicet [a], ut delegatus [b], ex officio mercenario [c], uel ius dicat [d], pro tribunali [e]: ut ordinarius [f], ex officio nobili [g]: ne quidem aduersario consentiente [h]: quemadmodum nec arbiter hic ex partium consensu esse potest [i]: quia iudicium imperfectum est, non distinctis iudicis & litigantium personis [k], & idem sibi ipsi imperare nequit [l]: aliter quàm cum in causa suorum quis ex consensu iudicat: uel ut arbiter [m], uel ut datus iudex [n]: id quod, quia forma iudicij tum retinetur, & personæ iudiciales ritè manent discretæ, receptum in his est, non in ordinarijs. Enimuerò hos, nempe à prætore datos arbitrósue recusare ex hac causa licet, ut suspectos [o]: nisi recusentur, approbati intelliguntur, & iudicium procedit [p]: quandoquidem uitio formæ careat, & alia sit iudicantis, alia litigantium persona. Porrò recusabantur olim ex hac causa hi rarius, quòd minus à suspicione esset periculi, cum potestas iudicis dati certæ actionis formulæ deseruire cogeretur [q], & ad munus hoc publicum suscipiendum urgerentur etiã inuiti [r]. Amplior erat iurisdictio ordinariorum magistratuum, qui tribunali præsunt [s], & laxior liberiorq́; potestas [t]: neque tamen perinde excusari poterant [u]. Lex ergo supplens quod parti deest, uetat ab his ius dici suis [x]: nisi hactenus ut actiones temporales [y] litem contestando perpetuentur [z] ad 40. annos [a], & in hæredem transeant [b]: quod non pertinet ad cognitionem: cum litis contestatio ipsum notionis

a hîc in rubr. & l. unic. l. pen. de arbit. l. ille. 13. §. penult. ad Trebellia. ubi rationes huius regulæ traduntur.

b iudicare, ad delegatũ refertur. l. 4. de inter. act. l. iudex. 46. de iudic. l. penult. iud. sol. l. fin. de off. præsi. l. 4. de tuto. dat. l. 3. ne quis eum. l. iudex postea quam. 41. de re iud.

c d. l. iudex. l. ædiles. 25. §. item. 4. de ædilit. edict. Speculat. de offic. iudic.

d l. qui iurisdictioni. 10. de iurisd. hîc & in rubric. & l. unic. e l. 1. de iudic. l. 2. si quis in ius uoca. l. 3. de offic. proconsul. l. 1. ut in poss. legat. f l. 1. §. secundo. 4. uers. postquam. de postul. d. l. 4. de interr. action. g l. 1. de iurisdict. uide extrà de offic. iudic. h contra Dd. l. qui iurisdictioni. 10. de iurisdict. l. in priuatis. 77. de iudic. i l. penult. de arbitr. k l. interd. 62. de iudic. c. forus. de uerbor. significat. l. ille. 13. §. penult. ad Trebell. l d. l. penult. de recept. arbitr. m l. 6. de arbitr. n d. l. 6. l. in priuatis. 77. de iudic. o Cuiac. de recus. obser. 9. cap. 23. p cap. super. 27. cap. eum uerò. 41. cap. ult. de offic. delega. q l. 4. de eo quod cert. loc. r l. penult. de uac. mu. l. ult. §. 1. uersic. iudicandi necessitas. de munerib. s de quibus loquitur d. l. qui iurisdictioni. 10. cum tot. tit. de iurisdiction. t l. 1. de iurisdict. §. præterea quasdam. Institut. de action. Cic. pro Qu. Roscio, lib. 3. Off. Seneca de clemen. u l. apertissimi. 14. suprà de iud. x d. l. qui iurisdictioni. y uelut iniuriarum ac similes. l. si non conuicij. ỹ. de minor. l. in honorarijs. 34. de oblig. Institut. de perp. & tempor. z l. senatuscons. 16. de offic. præsid. l. ordinata. 24. de lib. caus. a l. ult. infrà de præscriptione 30. annor. l. 1. §. exceptio. inf. de annal. exceptio. b l. uni. inf. ex delict. defunct. not. suprà l. 1. 2. quan. lib. prin. ob. §. pœnales. Institut. de perpet. & tempor. actio. l. omnes. 182. de reg. iur.

officium antecedat, ac uelut inducat[a]. Sed hæc aliter doctiss. Cuiac. lib. 3. ad Aphric. cōciliat, ad quem ut optimum theoriæ iuris interpretem studiosos remitto. Et hæc quide iudicibus, tanquam principe iudiciorum persona[b], eiusque administris executoribus seu apparitoribus[c]. Nam de notarijs suo loco[d]. Deinceps de actoribus & reis, quinam legitimam personam standi in iudicio habeant, uel non 6: & an inuiti[e] agere uel accusare cogātur 7 uideamus. De iudice enim, actore & reo, in litibus initio rectè quæritur: quia hæ personæ iudicium, ut diximus, omne sustinent[f], & harum absque discriminatione ordinationeque illud institui commodè non potest[g]. His expeditis, proximum fuit de ordine iudiciorum agere 8. Sæpe complures etenim causæ concurrunt, quæ simul omnes dijudicari nequeant. quare in his quis ordo sit seruandus, meritò dein explicatur. Ordo autem eiusmodi est, ut causa status uel præiudicialis, cognoscatur ante principalem[h]: possessoria ante petitoriam[i]: criminalis ante ciuilem[k]: nisi mota hæc priùs fuerit[l]. Nam utraque coniungi nequit æquè principaliter: ne reus pluribus iudicijs distringatur: nec se satis commodè tueri in plura distractus possit[m]: utranque tamen ita cumulari posse plerique contendunt, siquidem altera principaliter, altera incidenter intentetur[n]. Ordinatis hunc ad modum iudicijs, maturè est ad litis contestationem 9 perueniendum: qua sola inchoantur uerè iudicia[o]: quia deinceps mutari non possunt[p]: nisi scilicet reus se neget ad responsionem, qua lis contestatur, teneri[q]: uel quia plus iusto re, tempore, loco aut causa petitum 10 est[r]: uel quia dilationes 11 induciæque, quæ oblato libello dari solent, concessæ sunt[s]: uel quòd feriæ intercurrant 12 (quæ utinam reducerentur ad immutabilem illam

6. Qui legit. personam standi in iudicio habeāt uel non.
7. Vt nemo inuitus agere uel accusare cogatur.
8. De ordine iudiciorum.
9. De litis cōtestatione.
10. De plus petitionibus.
11. De dilationib.
12. De ferijs.

a l. ædiles. 25. §. item. 4. de ædil. edict. l. nō potest. 23. de iurisd.
b extrà de maior. & obed. l. 1. de postulan. l. 9. de iurisdict.
c l. si pignora. 50. de euict. l. 1. infrà de appar. lib. 12. in Authen. de execu. de defens. ciuit. de iudicib.
d suprà de off. quæstor. & j. de tab. lib. 12. c. quoniā. 11. de proba. §. deinde. 4. ubi glo. uerb. exceptorē. in Auth. de defens. ciuit. Nouell. 15.
e in Authē. de litigios. Nouel. 112. Mynsing. obser. 48. cent. 3. Bart. l. si quis. 7. nu. 8. de pet. hæred. Landtr. lib. 1. art. 62. ubi uide omnino glo. & Chilia. in prac. cap. 51. *f c. forus. de uerb. sign.* *g l. inter. 62. de iud.* *h l. 1. & 2. h. t. uide in §. præiudiciales. Inst. de actio. l. fundū. cum ll. sequen. de except.* *i l. si de ui. 37. de iudic. uide j. & ex̄. de ord. cognit. & ex̄. de caus. poss. & propriet.* *k l. fin. hoc tit.* *l l. pen. h. t.* *m uid. tit. ff. de priua. delict. & de accusat. & inf. quand. ciuil. actio præiu. crim.* *n d. l. penult. uide Bart. in l. cum creditor. §. qui furem. de furt. Marant. in Specul. aur. iud. parte 4. dist. 1. num. 206.* *o l. 1. hoc tit. l. amplius. 15. rem ratam habe. Cuiac. ob. 9. cap. 21.* *p l. 3. ubi Dd. suprà de æden. Authen. qui semel. inf. quomodo & quando iud.* *q l. fin. in fin. hoc tit. cap. 1. de lit. contest. Spec. de lit. contesta. §. 1. Maranth. de lit. contest. num. 3.* *r §. plus. 29. Instiut. de action. Paul. lib. 1. cap. 10.* *s Authent. offeratur. suprà de lit. contesta.*

illam creationis legem, toties repetitam & inculcatam diuinitùs: Sex diebus operaberis: septimum autem quemq; habebis sacrum:) uel quòd iudex incompetens aditus sit, in cuius foro respōdere nullus compellatur [a]. Et hac de re uel præcipuè initio litigij est uidendum: nam si iudex incompetens adeatur, iudicium redditur retrò nullum [b]. Meritò igitur commonstratur proximè, quam quisq; iudex iurisdictionem habeat, & quod forum competens, ubi quæque causa sit peragenda 13. In quo illud tamen uelut generale axioma tenendum est, actorem sequi domicilium & forum rei [c], tam in iudicio ciuili quàm criminali [d]: nec declinari iurisdictionem ordinarij iudicis posse [e]: maximè à lite contestata [f]. Ordinarium porrò esse, ut diximus, in quôque ordine, uniuersitate, & collegio, eum qui iurisdictioni authoritate principis aut legis sit præfectus [g]. Nam tantùm publicè & publica authoritate, non etiam priuatorum consensu iurisdictio dari potest [h]: quanquam ab his prorogari possit [i]. Est tamen cum non ordinarij, sed principis cognitionem res deposcat: præsertim si attineat ad personas miserabiles, puta pauperes, pupillos, uiduas, &c. quæ aliorum potentiam perhorrescunt, & facilè premuntur 14. Quod eo promptius admittitur, quia Cæsaris aula consistoriumq; commune quoddam forum est [k]: sicut olim Roma communis patria fuit [l]: primùm Romanorum & Italicorum ex lege Iulia [m]: pòst ex constitutione Antonini Seueri, omnium ingenuorum Rom. orbi (quò Barbari excluderentur) subiectorum [n]: ex beneficio Iustiniani, etiam libertinorum [o]. Quę postquam generatim ita de iurisdictione exposita sunt, pergit Imper. de singulis causis sigillatim dicere, & ostendere, quod cuiusq; forum competens habeatur. Causæ sunt aut ciuiles, aut criminales, aut fiscales [p]. Criminales momento præponderāt [q], & ea re ordine præcedunt [r]. Rectè itaq; in hac specierum enumeratione primò quæritur, ubi de crimine agi oporteat 15, in loco uidelicet cōmissi criminis, quia ibi delinquens uidetur contraxisse [s]: aut domicilij eiusdem [t], aut ubi causa inchoata est [u]: quod

13. De iurisdict. omnium iudicum, & foro competenti.

14. Quando Imperator inter pupillos uel uiduas uel miserabiles personas cognoscit: & ne exhibeantur.

15. Vbi de criminib. agi oportet.

a l. ult. de iurisd. l. ult. infrà si à non compet. l. 2. de iud.

b uide l. fin. j. si à non cōp. iud. gloss. & Dd. in l. fin. j. de except.

c l. 2. hoc tit.

d l. 5. hoc tit.

e l. 4. h. tit. l. 5. de iud.

f uide l. ubi cœptum. 30. de iudic.

g l. pen. & l. fi. hoc tit.

h l. 3. hoc tit.

i l. 1. & 2. de iud. l. si conuenerit. de iurisdict.

k in Authen. ut diff. iud. in princ. Auth. qua in prouincia. infrà ubi de crim. ag. c. ult. de for. comp.

l l. Roma. 33. ad municip.

m Cuiac. l. un. C. de mul. lib. 10.

n l. in orbe. 17. de stat. hom.

o l. unic. C. de Latin. libertat. Cuiac. obser. lib. 4. cap. 5.

p l. 1. de calum.

q l. si in duabus. de reg. iur. l. ult. suprà de ord. iud.

r l. si de ui. 37. l. per minorem. 54. de iudic.

s l. omnem 20. de iudic. in l. actor. 18. j. de probat. Felyn. in cap. final. de for. compet.

t l. 1. cum Authen. sequen. hoc tit.

u l. 1. cum gl. fi. ubi Dd. h. tit. & l. ubi cœptum. 30. de iudic. & Auth. sequen. uide Cyn. Bart. Bald. & Dd. in l. 1. C. de Trinit. Clem. Pastoralis, §. rursum. de re iud. Bart. in l. si cu. § fi. de accusat. Panor. c. ult. de for. comp.

quod de quæstione delicti interpretantur nostri, qua tamen de re hîc non agitur: ego ex Codice Theodosiano [a] de initio delicti accipio: ut ubi inchoatum est, ibi forum æquè sit competens atque ubi perfectum: ut si in alio territorio catapulta emissa, in alio existentem percusserit [b]: aut si nusquam ibi copiam sui faciant, ubicunque tandem reperiuntur uagabundi, qui rei criminis perhibentur [c]. Nam remissio, quæ olim sub Augusto & monarcha uno usitata fuit [d], hodie diuulsis, & in plures dominatus distractis prouincijs, non solet æquè usurpari [e]. Perpurgato criminalium foro, de ciuilium iurisdictione secundo loco dicendum est. Ciuilia iudicia uel personalia, uel realia sunt [f]. Hæc illis potiora [g], eoque priora [h]. In realibus prius de possessione quàm de proprietate disceptatur [i]. Subijcitur ergo consequenter, ubi de possessione agi oporteat 16: scilicet coram iudice eius loci, ubi uis facta, uel possessio petenda est [k]. 16 Vbi de possessiōe agi oportet. De proprietate petitoria iudicia sunt, aut prætoria, eáque summaria, & iure præferenda [l]: ut de fideicommisso, de quo prætores olim extra ordinem cognoscebant [m]: quanquam hodie ad realia quoque iudicium hoc pertineat: cum non tantùm personali, uerumetiam reali, & quidem duplici: nimirum tam uendicatione quàm hypothecaria rectè fideicommissa peti posint. Sequitur ergo, ubi fideicommissum peti debeat 17: 17. Vbi fideicōmissum peti oportet. nempe quo loco hæreditas relicta, hoc est, sita est [n]: id est, ubi res hæreditariæ tempore mortis existunt [o]. Nec enim hæreditas, quæ in iure consistit [p], & intellectu tantùm comprehenditur [q], aliquo loco sita est [r]. Est igitur συνεκδοχικὴ locutio. Quanquam & hîc alia fora præstò sint: ut domicilium possessoris [s], ubi maior pars hæreditatis [t], ubi res legata existit [u]: dummodo (quod est generale [x]) reus ibi reperiatur [y]. Sunt autē in hoc genere iudicia prætoria

quæ-

a l.16. de accusat.
b Panorm. & Dd. in c. postulasti. & c. ult. ex̄. de for. cōp. Barto. Bal. Cast. hîc & in l. unic. J. si de poss.
c l.1.2. h. t. l. 2. J. ubi quis de cur. §. si uerò. in Auth. ut null. iud.
d d. Auth. qua in prouincia. hoc tit. §. si uerò. in Authent. ut nulli iudic. d. l. si cui. §. fi. uid. in l. hæres absens. de iud.
e uid. Panorm. c. ult. ex̄. de for. compet. Auth. qua in prouincia. et ibi Dd. h. tit. & quæ dixi tit. de furt. & de pri. del. & accus.
f §.1. Institut. de action. l. actionum. ff. eod.
g l. plus. 25. de regul. iuris.
h D. de iudic.
i l. ordinarij. 13. C. de rei uend. l. si de ui. 37. de iudic. l. is qui. 24. de rei uend.
k l. unic. hoc tit.
l l. ult. C. de edict. diui Adrian. toll.
m Vlpia. tit. 25 §.1. Institut. de fideicom. hæred. l. pecuniæ. in fin. de uerbor. signific.
n l. unic. hoc tit. uid. distinct. l. quod legatur. de iudic.
o Salic. hîc, num. 5. per l. cum res. de legat. 1.
p l. hæreditas. de regul. iuris.
q Institut. de rebus corporal. in fin.
r uide Salicet. hîc.
s l. si fideicommissum. 50. §.1. de iudic.
t ut hac l. unic. & d. l. si fideicommissum.
u l. sed et si. 25. de iudic. l. cum res. de lega. 1. Salicet. hîc, numer. 3. fac. tit. ubi de hæredit.
x uide l. hæres. 19. de iudic. cap. Romana. §.1. de for. compet. in 6.
y Salicetus hîc numero quarto.

quædam arbitraria, etiam ratione loci[a]: ut cum hæres certo dare loco promisit[b]: qua parte rectè quæritur, ubi conueniatur qui certo loco dare promisit 18: nimirum pura & directa actione, eo loci ubi soluere promisit[c]: nam & ibi contraxisse uidetur[d], ex contractu autem quisque forum sortitur[e], in quo sisti debeat, si ibi citatione apprehendatur[f]: nec enim si apprehensus ibi non sit, ex loco domicilij remittendus est: arbitraria uerò etiam alibi[g], hoc est, alijs in locis opportunis: ubi debitor ratione domicilij, contractus, aut aliam ob causam forum sortitur[h]. His perpurgatis de foro realium, quæ petitorij sunt iudicij, uidendum. Hæc uel specialia sunt[i], uel uniuersalia[k], uel generalia[l]. De specialium igitur foro[m] rectè & consequenter quæritur, ubi in rem agi debeat 19: scilicet in loco ubi res sita est[n], uel in domicilio foroque rei posside ntis[o]. Actio enim in rem, in possessorem datur[p]: cuius forum actor sequi tenetur[q]: ita tamen ut electionem habeat, utrolibet loco, uel in quo res est sita, uel in foro domicilij possessoris, actionem suam intentandi[r]. Vniuersalia sunt, quibus hæreditas seu uniuersitas postulatur[s]. Sequitur ergo, ubi de hæreditate agatur, uel ubi hæredes scripti, bonorúmue possessores, ut in possessionem mittantur, postulare debeant 20: scilicet ut misio in possessionem realis, hoc est, ipsa executio[t] (nam causam possessionis alibi quoque posse agi puto[u], cùm sit personalis[x], & idem etiá in realibus seruetur[y]) petatur eo loco ubi res sitæ sunt[z]: petitio uerò hæreditatis tam isto loco, siquidem ibi possessor degat & reperiatur, quàm ubi reus domicilium habet, pro arbitrio actoris institui possit[a]. Iam de foro generalium actionum consequenter agamus: eiusmodi sunt in

t qui-

18. Vbi conueniatur qui certo loco dare promisit.

19. Vbi in rem agi debeat.

20. Vbi de hære. agatur, uel ubi hæredes scripti in possessionem mitti postulare debeant.

a tot. tit. de eo quod cert. lo. §. præterea. 27. Instit. de action.

b l. si fideicommissum. 50. §. ult. de iud.

c l. 1. de eo quod cert. lo. l. quòd si. eodem tit.

d l. 3. de bon. auth. iudic.

e l. hæres. 19. cum l. sequen. de iud. cap. Romana. §. contrahentes. de for. compet. in 6. cap. ult. eod. ext.

f not. d. l. hæres. §. 1. cum sequen. d. §. contrahentes, &c.

g l. unic. h. tit. l. 1. 2. & t. tit. ff. de eo quod cert. loc.

h l. hæres. 19. §. ult. de iud. uide Bart. & Dd. in l. si duo. 16. §. 1. de const. pecun. & in l. eum. de iudic. gl. ult. in l. 1. de eo quod cert. loc. i l. in speciali. 73. l. 1. de rei uend. k d. l. 1. Dd. l. 1. C. de petit. hæred. l l. 2. ubi Bartol. de nego. gest. & l. 1. de æden. m uide Dd. in l. 1. 2. hoc tit. n l. fin. hoc tit. o gloss. penult. & fin. in d. l. fin. p l. 1. hoc tit. l. 1. suprà de alie. iudic. mutan. causa facta. q l. fin. hoc tit. r gloss. in d. l. fin. per l. 2. §. planè. de iudic. l. unic. ĵ. ubi de hæred. l. 3. inf. ubi caus. sta. s l. 1. de rei uend. gloss. & Dd. l. 1. de ædend. Specul. de uniuer. act. l. item. & passim, de petit. hæredit. §. ult. Institut. per quas person. l. hæreditas. 63. uerb. uniuersum ius. de regul. iur. t l. episcopale. C. de episcop. audien. Bartol. l. à diuo. 15. §. sententiam. num. 5. de re iudic. u l. unic. suprà ubi de possess. x l. 1. §. penult. de interd. Bald. l. ult. numer. 33. inf. de edict. diui Adrian. y l. ultim. suprà ubi in rem act. z l. unic. hoc titul. uide l. ult. infrà de edict. diui Adrian. tollen. a d. l. unic. ubi Bald. & Salicet. ead. distinct.

quibus de ratiocinijs tractatur [a]: quæ iudicia licet personalia sunt ex gestu: tñ quo ad pręsens institutũ, hoc est, forum cõpetens, realium uim habent. Nã si quis quęrat, ubi disceptandum sit de ratiocinijs cùm publicis [b] tum priuatis [c] 21, respondemus exemplo realium eo loci, ubi administratio, cuius ratio reddenda est, gesta fuerit, petitionem hanc rectè proponi [d], nec ius esse reuocandi domum [e]: sicut nec in realibus [f], si actor illic agere malit [g]: siue ea administratio priuatæ rei sit, ut tutelæ [h]: siue publicæ, ut magistratus [i]: ibi enim uolente actore eius fit iure meritoque examinatio, ubi & instructio sufficiens, & nota testimonia, & uerissima possunt documenta præstari [k]. In rem etiam scriptæ uidentur præiudiciales actiones [l]: quia non ex contractu dantur, sed competunt respectu personæ de qua quæritur: & quæ uelut res in iudicium deducitur [m]: quod proprium est realium [n]. Iure ergo & de his hîc disseritur, ubi causa status agi debeat 22: utique si seruus in libertatem prouocet, in foro domini [o]: sin liber in seruitutem trahatur, in foro eius idoneo, quod actorem sequi opus est [p]: nisi probetur reus esse fugitiuus, & mala fide (nec enim præsumitur, nisi demonstretur [q]) in libertatis umbra uagari: tunc enim uelut existens in possessione seruitutis, ad domini domicilium est remittendus [r]. Item ubi quis de curiali uel cohortali, aliáue conditione conueniatur 23: quæ & ipsa actio in rem est utilis, aut eius loco officij iudicis imploratio [s]. Curialis dicitur, alicui ciuitatum curiæ aut officijs obnoxius [t]: hoc est, qui in aliquam decuriam & ordinem decurionum adscriptus est, ac munera publica obire cogitur [u]. Cohortalis est, qui cohortalibus debetur officijs [x]: hoc est, qui ex cohorte prouinciali, quam circa se præsides muniendi sui, & sicubi opus sit, manu militari exequendi causa [y], ad quæuis

alia

21. Vbi de ratiocinijs tam publicis quàm priuatis agi oporteat.

22. Vbi causa status agi oporteat.

23. Vbi quis de curiali uel cohortali, aliáue conditiõe conueniatur.

a Bartol. l. 2. de neg. gest.

b l. iustas. 6. infrà de iur. fisc. lib. 10. l. quidã. 6. de admin. tut. l. 2. §. 1. de ad. rer. ciuit. l. 4. l. orphano. 30. sup. de episcop. & cler. §. œconomus. in Authen. de sanctiß. episc.

c l. 1. §. officio. & tot. tit. de tut. & rat. l. 2. l. rationes. 14. 5̄. de ad. tut. l. 2. de nego. gest. ubi Bart. l. idem. 10. §. 8. cum ll. seq. mand. l. 2. infrà de naufrag. libro 11.

d l. 1. 2. hoc tit.

e Felynus & Panorm. in c. ult. num. 22. de for. cõpe. ut aliàs in personalibus, l. 2. de iudic. ubi remißioni non est locus. cap. 2. §. 1. de for. comp. in 6.

f l. 1. 2. suprà ubi in rem actio.

g gloss. d. l. ultim. suprà ubi in rem actio.

h l. 1. hoc tit.

i l. 2. hoc tit.

k d. l. 2. in fin. hoc tit.

l §. præiudiciales. Institut. de action.

m Fab. & Plat. numer. 171. 167. Ias. numer. 20. Zas. & alij in d. §. præiudiciales.

n §. 1. Institut. de action.

o l. 4. hoc tit.

p l. 3. hoc tit.

q l. penult. C. de euict. Dd. cap. si diligenti. cap. sanctorum. cap. ult. de præscript. de modis probandi malam fidem, uid. Balb. tract. præscript. & l. Celsus. de usucap. Alciat. præsump. 5. reg. 3.

r l. 1. hoc tit.

s gloss. l. 1. uerb. à iudice. h. tit.

t l. 1. 2. hoc tit. l. 1. in fin. infrà de tuto. illust. perso.

u uide infrà de decurion. & tit. seq. lib. 10.

x l. 2. hoc tit.

y ut l. qui restituere. 68. de rei uend.

alia denique obeunda imperij munera habere solent: quibus iniungitur primipili necessitas, & exhibitio cursus seu postæ ut nunc loquuntur [a] & exactio atque administratio fiscalium debitorum [b]. Cohortalium nomine decuriones etiam notantur corpusque horum cohortalium appellatur [c]. Qui quidem omnes eodem quo curiales modo conueniuntur, coram præside eius prouinciæ, ubi ad conditionis subiectionem uocantur [d]: nisi armatam militiam militent: aut speciali principis priuilegio eximantur & defendantur: de quo præfectus prætorio, ut militiæ omnis ordinarius cognoscit [e]. Ex his porrò si quis munera detrectans aufugiat, potest priuata etiam authoritate comprehendi, ubicunq; inueniatur [f]: quemadmodum & reliqui fugitiui, qui obedientiam aut aliud quid alicui debent, ut seruus domino, debitor creditori [g], uxor marito [h] & causa eiusmodi obnoxij curialis coram iudice illius loci ubi comprehenditur, summariè cognita, ad societatem curiæ unde aufugerat, is remittendus est [i]. Expeditis realibus, de personalium foro competente subijciendum est. Personali actione quisque conuenitur, uel ubi contraxit [k], uel ubi domicilium habet [l], uel ubi res quæ petitur, existit [m]: nec dubium est, quin actoris sit electio [n], dummodo reus illic inueniatur [o]. Ab hac regula excipiuntur, qui propter dignitatem aliámue præscriptionem alio in foro sunt conueniendi: ut senatores uel clarissimi 24: qui in ciuilibus quidem, coram præfectis prætorio in castris, in urbe apud præfectum urbis, in prouincijs coram præside, cuius in prouincia domicilium habent, conueniuntur [p]: in delictis uerò iure isto, quo remissiones usitatas fuisse diximus, ubi deliquerunt, nulla obstáte fori præscriptione. Reatus enim omnem honorem excludit [q]. exceptis illustribus: qui etiam hoc nomine tantùm coram Principe, eiusq; ad id delegatis conueniri, condemnari uerò à solo tantùm Cæsare possunt [r]. Sic militantes certũ suum forũ habent: nempe apud militares iudices [s], hoc est, magistrum militiæ [t], prætorioq; præfectos [u]: qui tamen quibusdã in causis hac fori præscriptione ordinariam declinare iurisdictionem nequeunt 25:

24. Vbi senatores uel clarissimi ciuiliter uel criminaliter conueniantur.

25. In quibus causis militantes fori præscriptione uti nõ possunt.

t 2 scilicet

a Cuiac. ad l. 3. de cano. sacr. larg. lib. 10. uide infrà lib. 12.
b l. quicunque. 10. §. de cohort. lib. 11.
c l. 2. de defensor. ciuita.
d l. 2. ubi not. Bald. h. tit.
e l. 2. h. tit.
f l. 1. hoc tit. l. generali. infrà de decur. lib. 10.
g l. ait prætor. §. si debitore. quæ in frau. credit.
h Ias. in §. superest. num. 68. Instit. de act. uid. post. Bald. Salic. in l. 1. hoc tit.
i l. 1. hoc tit.
k l. hæres. 19. de iudic. c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in 6. cap. ult. eod.
l l. sed etsi. 52. de iudic. Salicet. l. unic. suprà ubi fideicommiss. pet.
m l. ult. suprà ubi in rem act. l. 2. de eo quod cert. loc.
n glossa & Dd. d. l. hæres. d. cap. Romana. §. 1. Panormitan. cap. ult. de for. compet.
o l. 2. hoc titulo.
p l. 1. hoc tit.
q l. 3. hoc tit.
r tot. tit. suprà de offic. milit. iudic. & tit. ut omn. iudic. tam ciuil.
s l. 4. & tot. tit. suprà de offic. mag. mil.
t l. 2. C. ubi quis de curial. uide Alciat. l. penult. C. de pact.

scilicet quando conueniuntur pro functionibus debitisq; publicis[a], quæ sine pœna recusare non licet[b], aut ex negociationibus conductionibusque priuatis[c], in quibus priuilegia cinguli non habent[d]. Absoluto realium & personalium foro, restat ut secundum diuisionem causarum suprà positam dispiciatur, ubinam causæ fiscales uel diuinę domus, (hoc est, aulæ Imperatoriæ) hominumque eius, nempe Palatinorum & officialium, atque familiæ principalis peragantur 26: quæ quidem coram procuratore fisci agendæ sunt[e]: ubi forum etiam sortiuntur conductores[f], & cæteri administratores rerum fiscalium, in ciuilibus[g], non in capitalibus[h], aut causa status[i]. Nam de his procurator non cognoscit[k], sed præfectus urbi[l], aut præses prouinciæ[m]: ut si deprædationibus aut iniurijs quempiam uexasse conuincantur: cui concussioni pœna ignis legibus est præstituta[n]. Serui tamen & coloni priuatæ familiæ Cæsaris, coram præposito sacri cubiculi (quem nũc Camerarium, aut certè Magistrum curiæ uocant) conueniuntur, tam in ciuili quàm in criminali causa[o]. Et hæ quidem generales de foro competenti sunt regulæ: quibus tamen necessitas non astringitur, ut quæ legẽ non habeat[p], nec post factum (quod infectum fieri nequit[q]) redintegrari iudicio potest[r]. Itaque in casu necessitatis licet unicuique sibijpsi ius dicere 27, & se defendere contra aggressores[s], ut mortem quam minabantur, excipiant: & id quod intentabant, incurrant[t]. Melius est enim occurrere in tempore, quàm post exitum uindicare: quod in huiusmodi serum est: cùm uulneribus cædibusque admissis, iudicium postea medicinã afferre nullam possit[u]: &, ut rectè Cic. pro Mil. Ei qui hìc expectare uelit, antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. Eâdem ratione permissum est, & quidem ob publicam deuotionem ac utilitatem, desertores & fugitiuos impunè retrahere: ac si resistant (apprehensioni scilicet: nam secus crediderim in uiolentia capitali[x]) coercere & offendere[y]: quoties enim licita est offensio, toties illicita putatur defensio[z]. Postquam igitur de foro cõpetente hæc omnia sunt abundè exposita: rectã trãsitus fit

26. Vbi causa fiscalis uel diuinæ domus hominumq; eius agatur.

27. Quando liceat unicuique sine iudice uindicare se, uel publicam deuotionẽ.

a *l. unic. h. tit.*
b *l. 2. suprà de off. diuer. iudic.*
c *l. unic. h. tit.*
d *§. 1. 2. ubi dixi Instit. de mil. testa.*
e *l. ad fiscum. 5. hoc tit.*
f *l. dominicis. 7. hoc tit.*
g *l. nullum. 10. hoc tit.*
h *d. l. nullũ. 10. in fin.*
i *l. 2. l. pen. suprà ubi cau. stat.*
k *l. 1. & 2. hoc tit.*
l *l. uniuersi. 9. hoc tit.*
m *l. congruit. ff. de offic. præsid.*
n *d. l. uniuersi. 9. hoc tit.*
o *l. fin. h. t.*
p *l. 1. de off. eius qui mand.*
q *l. in bello. 12. §. facti. 2. de capt. & post lim. reu.*
r *l. 1. hoc titul. quan. lic. unicuique.*
s *l. 1. hoc tit. l. is qui. infrà de sicar.*
t *l. 3. suprà de episcop. audien. l. sed & partus. 12. quod metus caus. l. 1. hoc titul.* Baldus *l. 1. num. 9. infrà unde ui.*
u *l. 1. hoc tit.*
x Bald. *l. 1. num. 37. 38. infrà, unde ui.* Castr. *consil. 255. uiso, num. 3. & 4. uolum. 1.*
y *l. 2. hoc titul. l. ait prætor. 10. §. si debitorem. quæ in fraud. creditor.*
z *l. 3. ubi* Salicet. *suprà de his qui ad Eccles. confug. l. 4. 5. ad l. Aquil.*

fit ad ipsas actiones & iudicia, q̃ in eiusmodi foro institu-
untur. Hæc aũt sunt aut ciuilia seu priuata, aut criminalia
seu publica, aut fiscalia[a]. De ciuilib. ad nonũ usq; librũ: e-
xinde de criminalib. ad decimũ usq;: quanq̃ ut suprà de fo-
ro criminaliũ primo loco dictũ est, ita poterat de his eodẽ
ordine prius hìc agi, nisi cõpositores ueterẽ perpetui edi-
cti ordinẽ seq. maluissent: in trib. uerò sequẽtibus, de fisca-
lib. pertractatur. In decimo, de omni iure fisci: in undeci-
mo, de munerib. onerũ q̃ fisco debentur: in duodecimo, de
munerib. honorũ & dignitatib. q̃ à fisco deferuntur. Iudicia
porrò ciuilia, quib. & ꝑtoria constitutionib. modò cõplexa
simul cõprehendimus, aut ordinaria sunt, aut extraordina
ria. Ordinaria actionibus, extraordinaria imploratione po
tissimùm officij iudicis expediũtur[b]. Ciuiles actiones aut
sunt reales, aut ꝑsonales[c], aut mixtæ[d]. Reales, aut uniuer-
sales, aut singulares. Vniuersales à materia & fine, q̃ de uni
28. De inoffic. testam. uersitate ꝓponũtur[e]: ut querela inofficiosi testamẽti 28, pe
tens hæreditatẽ[f] cõtra testamentũ non ex officio pietatis
factũ[g]: hoc est, ijs præteritis[h] uel exhæredatis[i], qui ab in-
testato succedere debebãt[k], in linea descẽdente, uel ascen-
dente[l]. Nam collateralibus nõ datur hæc actio[m]: quia nec
legitima debetur[n]: nisi fratribus[o] etiam consanguineis[p]
& posthumis[q] (non uterinis[r]) uno casu: scilicet turpibus
personis[s] etiam ex infamia facti[t] institutis[u]. qua in specie
dici posset, fratrum etiam legitimã auctam esse[x]: quæ reli-
cta querelã excludit[y]: ea uerò non relicta totum testamen
tum querela rescindit iure ueteri[z], nouo non item, sed solã
institutionẽ[a]. Ad huius similitudinẽ, inofficiosæ donatio-
29. De inoffic. donat. nis 29 querela constitutionib. Principũ est inducta[b]: quæ
datur liberis[c], parentibus[d], fratribus[e], & fratrũ liberis, qui
per repræsentationem in ius patrium succedunt[f]: ad exem
plum querelæ inofficiosi[g]: & interdũ ipsi etiam donatori,
susceptis postea liberis[h], ad consequendũ ex immensa do-

 natione

a l.1. §. pen. de calum.
b l. in causa.17. l. quòd si minor. §. ult. de minor.
c §.1. Instit. de actio.
d §. quædam. Inst. eo. Ias. in d. §.1. Inst. eo.
e l.1. de rei uen. l.1. quor. bonor.
f l. Papin. 8. §. quoniam. 8. l. 2. l. posthumis. 6. cum l. seq. l. nam et. 15. §. ult. l. qui repudiantis. 17. l. mater. 19. de inoffic. test. l. cũ duobus. 13. C. eo.
g l.2.3.4. eo. ti.
h d. l. 2. l. 2. C. eo. tit.
i d. l. 2.
k l. pater. 14. eod.
l l. nam &. 15. eod.
m l.1. eo. l. fratris. 21. h. t.

n not. No.1. de hær. & Falc. & No.18. o l.1. l. circa. 24. eod. p l. fratres. 27. l. fratris. 21. h. t. q l.5. ff. eod. tit. r d. l. fratres. 27. s d. l. fratres. 27. t d. l fratres. 27. uerb. leuis notæ macula aspersis. ubi Bal. & Dd. u §.2. Inst. eod. x No.18. ubi Cuiac. y d. l. Pap. 8. §. si quis. 6. cũ seq. z d. l. Pap. 8. §. pen. & ult. a No.115. §. aliud. Auth. ex causa. inf. de lib. præter. b Auth. unde. C. de inoff. test. & tot. hoc. tit. Cuiac. obs. lib. 5. c. 14. & Nou. 92. qui putat esse inuentũ imp. Alexandri Seueri ex l. Titia. 87. §. imperator. 3. de lega. 2. & Molinæ. h. t. nu. 51. c l.1.2.3.7.8. h. t. d l. 4. ubi gl. h. t. e gl. 1. in d. l. 4. f Molinæ. quãuis remissiuè, hìc nu. 65. g l. si. h. t. h l.5. h. t. l. si unquã. ꝯ. de reuo. don. ex qua utrũ legitima tantùm an integra donatio reuocetur, uide ibi apud Tiraq. et alios.

natione (non alijs contractibus, niſi quatenus in lucratiuũ hunc titulum incidunt [a]) debitum bonorũ ſubſidium, hoc eſt, legitimã [b]. Ex quo licet exiſtimare, filiabus etiam ſuæ legitimæ petitionẽ hinc eſſe paratam, ſi pater oẽs ſuas facultates, fauore filiorum, in feudorum emptiones collocet [c]: cum iniuria notabili natarum: quæ hoc in genere bonorũ non ſuccedunt [d]. Quanquam enim eſt titulus oneroſus, reſpectu patris qui emit: non tñ quo ad filios, qui titulo ſucceſsionis lucratiuo capiunt [e]. Item querela inofficioſæ dotis 30: quæ & ipſa liberis datur, ſi fortè parentes uel ipſi inuicem ſibi, uel uni ex filijs, tantùm nomine dotis ſeu donationis propter nuptias, ſiue dotalitij prætextu cõtulerint, ut reliquis debita legitimæ commoda inde ſubtrahantur [f]. Cui locum eadem rõe etiam dari oportere iudico, quoties, ut nũc fit, nobilis fœmina pro dotalitio (quod ad eius duntaxat uitam durat & dotem abſumit [g]) omnia bona marito dat & addicit, unde liberi poſt eius mortẽ nihil ſint conſecuturi: licet alij in alia tranſeant omnia. Abſurdũ enim fuerit minus opis ſuppeditari cõtra dotalitiũ quàm aduerſus dotẽ, cui illud ſurrogatur, ideoq; naturam eandẽ retinet [h], eodemq; iure determinatur [i]. Vniuerſalis eſt etiã, quæ has querelas ſubſequitur, & ijs coniungitur, petitio hæreditatis [k] 31. Cum enim hac actione reali magis quàm perſonali [l] uniuerſitas hæreditatis petatur [m]: eam eſſe uniuerſalem conſentaneum eſt [n]. Nam actiones rebus illis, quas petũt, accommodantur [o]: & de illis iudicatur, ut de re quam ad perſequẽdam ſunt deſtinatæ [p]. Singulares actiones in rem ſingularem dantur: aut pro re corporali perſequẽda, ut rei uendicatio 32: aut pro re incorporali, ut actio confeſſoria & negatoria [q]: tam de perſonali ſeruitute, quæ ad utilitatẽ perſonæ

30. De inoffic. dotib.

31. De petitione hæred. uide ff. eod.

32. De rei uendicat.

a Bal. l.1. num. 14. hoc tit. Schurf. conſ. 36. cent. 2.

b l.5. l. ſi mater. 8. l. pen. h. tit. uide Nou. 92. ubi Cuiac. & lib. obſer. 5. c. 14. ubi l. Titia. 87. §. imperator. 3. de lega. 2. de dimidia non donationis, ſed quartæ accipit. cõtrà Molin. de inoff. donatio. nu. 50. cum ſeq.

c Caput. deciſ. 2. nu. 6. arg. eorũ quæ tradunt Bal. & Sal. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. teſtam.

d c.1. de ſucceſ. frat.

e l. unic. C. de imp. luc. deſ. lib. 10. adde conſt. 12. parte 3. ubi generaliter donationes uni ex liberis factæ uel extraneo non ualent, niſi ſalua legitima. & ſic reſpectiuè titulum eſſe oneroſum & lucratiuum, probat Molinæ. de donatio. fac. numer. 51. & de inoffic. numer. 72. f l. unic. hoc titul. l. hac edictali. infrà de ſecund. nupt. §. quia uerò. in Authentic. de nupt. g conſt. 42. parte 2. h ex regul. l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. 1. ſi quis caut. in iudic. ſiſten. Euerar. loc. à ui ſur. i conſt. 28. 42. parte 2. Landrecht lib. 1. articul. 20. ubi gloſſ. Neguzan. de pignor. 2. partis 4. membr. numer. 64. 69. Imol. poſt Panormit. numer. 9. c. ex literis. de pignorib. k l. 8. §. quoniam. l. qui de. 20. de inoff. teſtamen. l l. ſed et ſi. 25. §. petitio. ff. eod. l. hæreditas. 7. de pet. hær. m §. ultim. Inſtit. per quas perſo. n l. 1. de rei uend. in princip. o gloſſ. & Dd. l. 1. Cod. ſi ad. tranſactio. & in §. hæc ergo. uerb. numeranda. in Auth. de non alien. p Bar. Alex. l. mouentium. de uerb. ſign. latè Tiraq. de retrac. prox. §. 1. gl. 7. nu. 17. q §. æquè. Inſt. de act.

personæ constituitur[a]: ut de usufructu, & habitatione, & ministerio seruorũ 33: quàm de reali[b], quæ ad cõmoditatẽ rei alicuius immobilis pertinet[c]: ut de prædialib. seruitutib. tá urbanorũ[d] q̃ rusticorũ prædiorũ[e], & aqua 34, potissimùm priuata[f]: quæ uel oritur in alicuius fundo[g], uel per illũ fluit[h]. Mixtá causam obtinet l. Aquiliæ actio 35: quæ etsi personalis est[i]: tñ q̄a neq; ex contractu, nec ex maleficio, hoc est dolo propriè, sed ob damnũ culpa aliqua datũ oritur[k], & ad restitutionẽ dãni in re ꝓpria facti, realiũ more intẽtatur[l], eo magná cum his affinitatẽ habere uidetur: maximè q̄a in noxalib. tãtùm domino datur & in dominũ, possessorẽ'ue,[m] exẽplo uindicationũ[n]. Itẽ actio familię herciscundæ 36, qua petitur hæreditas inter cohæredes diuidi: & cómuni diuidundo 37, ꝑ quá res alia ex causa cómunes diuidi postulátur[o]: q̃ duę actiones etsi separatæ sint: tñ multa inter se habent cómunia 38: & actio finiũ regundorum 39, per quá fines uicinorũ litigiosi disterminantur. Ná hæ tres actiones sine controuersia mistæ, magisq; reales q̃ personales sunt[p]: & exercentur in solidũ uel ꝓ parte ab eiusdẽ rei dominis[q], puta cohæredib. possessorib. in cõmuni, &c. qui cõsortes eiusdem litis 40 uocantur[r], soliq;[s] ius habere retractus legib. nostris putantur[t]: mutuasq; in iudicio sibi inuicem operas præstant, tanquam procuratores, etiam absq; mandato, dummodo de rato caueant[u]. Eodem in numero sunt actiones, noxalis 41, & ad exhibendum 42: item de religiosis & sumptibus funerum[x], hoc est, ad repetendum sumptum, in infirmitatem morbósue impensum[y] aut funus demortui[z] quæ actio est priuilegiata[a]: & addita huic altera, de aleę lusu proposita 43: qua perditum alea, repeti condictione ex lege potest[b], & quidẽ sine præscriptione ad annos quinquaginta[c]: ut mirum sit aliquos permittere ludum aleę ad aureũ usq;[d]: cùm hoc tantùm in cõcessis lusib. admittatur, aliàs alijs omnib. clericis cum-

33. De usufructu, usu & habitatione, & ministerio seruorum.
34. De seruitutib. & aqua.
35. De l. Aquilia.
36. Familię herciscundæ. §. quædam. Inst. de action.
37. Cõi diuidundo. d. §. quædam.
38. Com. utriusq; iudicij, tã famil. hercis cundę, qua com. diui.
39. Finium regundorum.
40. De consortib. eiusdem litis.
41. De noxalibus actionib.
42. Ad exhibendũ.
43. De religiosis & sumptibus funerũ, & aleæ lusu & aleatoribus.

a l. plenum. 12. l. diuus. 23. l. usus. de usu et habit. l. pen. de seruit. rust. præd. l. 1. de usufr. lega. l. Mela. l. quidam. de alim. lega.
b l. 3. de seruit.
dotalitio: quę cautio nisi idoneè pręstetur, & dos repeti potest [a], & matrimoniũ ob sæuitiam separari, saltẽ quo ad thorum [b]. Cæterùm nõ modò dotis repetitio, solutis (ut dictũ est) nuptijs, sed etiam aliæ & uariæ sæpe actiones atq; lites ea cã existunt: ut rerum amotarũ 21, propter quas cõcedenda sit non tantùm dotis retentio, uerùm & actio [c]. Item de bonis mariti, pro dote, mulieri scd̃m iuris formam addicẽdis, uel non 22. Nam hodie bonorũ addictiones minus frequentantur [d], & scd̃m iuris formam per bonorũ possessionem ac uenditionem consuli mulieribus potest [e]. Item de fundo, rebusq; dotalibus alienatis 23 in pristinam cãm reuocandis, quarum dñium non reuerà (nec.n.põt) sed titulo putatiuo, qui stante matrimonio, nec ulterius durat, alienatum, hoc est, translatũ sit [f]: contra l. Iuliæ prohibitionẽ, quæ uetat, alienari fundum in dotem datum inæstimatũ [g], aut (quod perinde est [h]) ita æstimatũ, ut electio mulieri seruetur [i], cętерùm lex Iulia olim alienationes prohibebat, inuita tantùm muliere, nõ cõsentiente, oppignorationes fundi dotalis etiá illa cõsensum præstãte: quòd hęc esset intercessionis species, S. C. Velleiano prohibita [k]. Cæterùm Iustinianus in neutro ualere mulieris cõsensum uoluit, neq; quippiá impedire quo minus repetitioni locus sit [l]: à quo tñ canones post iuramentũ exceperũt [m]. Item ubi cões liberi morari, ubi educari 24, & à quo educari debeát 25. Est.n. parentũ, & maximè paternũ officium, alere liberos [n]: quo uerbo studiorũ etiam expensas cõplecti licet [o]: eoq; nomine agi & implorari officiũ iudicis põt [p], etiamsi liberi nõ ex iustis nuptijs, sed ex cõcubina tantũmodò sint cõcepti 26, qui naturales appellãtur 27, maximè cũ fuerint legitimati per subsequẽs matrimoniũ [q], aut oblationẽ curiæ [r], aut institutionem uelut liberorũ in testamẽto paterno factam [s], ut olim per arrogationẽ [t], qui modus hodie sublatus est [u]: aut

21. Rerum amotarũ.
22. Ne pro dote mulieri bona mariti adjudicantur.
23. De fundo dotali.
24. Diuortio facto apud quẽ liberi nutriantur.
25. De alendis liberis & parentibus.
26. De concubinis.
27. De naturalibus liberis, & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiãtur.

a d.l.ubi.
b d.c.literas.d.c.ex transmissa. ubi Panor. Cyn. & Salic. l. consensu. Cod. de repudijs. Schurff. eleganter consi. 42. prædicta. nu. 3. 4. cent. 1.
c Vlpian. tit. 6. & dixi ff. ad tit. rerum amotar.
d Inst. de eo cui liberta. caus. bon. add.
e gl. & Dd. hîc in l. unic.
f l. 1. h. t.
g l. unic. §. & cum lex. sup. de rei uxor. act. l. si fundum. ff. de fund. dota. l. 2. h. t.
h l. plerunq;. §. fin. eo. tit. ff.
i l. unic. h. t.
k in Auth. de fideiuss. in princ. & Nouell. 134. & 61. ubi dixi.
l in princ. Instit. quib. aliena. l. unic. §. & cũ lex Iulia. j. de rei uxo. act.
m c. cũ contingat. 28. de iureiur.
n uide l. 1. & t. tit. de liber. agnosc. l. 3. h. t. de alen. libe.
o l. legatis. ubi Bart. de alim. lega. l. de his. 8. §. qui transigit. ubi Dd. de trans. Ias. Auth. ex testamento. nu. 10. C. de collat. Dd. l. 1. solut. matr. Soc. cons. 161. pro decisione. nu. 9. uol. 2.
p l. 3. et 4. h. t.
q l. diui. 5. l. cũ quis. 10. cum l. seq. h. t. c. tanta. ex͞ qui filij sint legit. §. ult. Instit. de nupt.
r l. 3. 4. l. communium. 9. h. t. d. §. ult. ubi dixi.
s Auth. item si quis. ubi Salic. notat hunc legitimãdi modum singularem, h. t. Ias. & Dd. l. neq; professio. C. de testa. Bald. cons. 195. in hac causa. nu. 2. uol. 3. & c. innotuit. nu. 10. de elect. & in c. per tuas. ubi communiter Felin. & Canonistæ de probat.
t l. iubemus. 6. h. t.
u l. legem. 7. h. t.

aut quod eius in locum ſucceſsit[a], beneficio & diplomate ſummi legitimâtur principis[b], cuius eſt de reſeruatis[c]. Naturalium numero nomineq; non cõprehenduntur ex inceſtu adulteriòue nati[d]: proinde nec his alimenta debẽtur iure iſto[e], Canonico tñ[f]. Nec modò de alimẽtis liberorũ iudicia exiſtũt, ſed etiá de tutelis, uelut quodam (ut diximus) quaſi contractu[g]: maximè cùm nuptijs per morté patris ſolutis, orphani liberi, quib. omnino tutela opus eſt, ſunt relicti[h]. Tutela Seruio[i] eſt uis ac poteſtas, hoc eſt ui & effectu patria ptás (quanquá non parũ, quo ad formá, interſit[k]) in capite libero, hoc eſt, ſui iuris: ſic ut nihil ferè à ſubiecto alienæ ptáti, quoad tutela tenetur, differat[l]: ad tuendũ eum qui propter imbecillá & imprudenté ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit[m] (qui finis eſt tutelæ) iure ciuili data agnatis[n], permiſſa parentib. & magiſtratib. Eſt. n. tutela triplex[o]: uidelicet aut teſtamẽtaria 28, data ab eo qui in ptáte habet[p], liberis impuberib.[q] (ná pubes in ſuá tutelá uenit[r], ut alia ei dari nequeat) teſtamento uel codicillis[s] ex l. XII. permiſſu[t]: unde licet datiui tutores hi Vlpiano dicantur[u]. tñ iſti propria ſignificatione à teſtamẽtarijs diſtinguũtur[x], ſuntq; & nominâtur ita illi, qui à magiſtratu dantur: quorũ tutelá receptũ eſt appellari datiuá[y]. Teſtamẽtaria uerò ꝓpriè nõ data eſt, ſed permiſſa[z]. In qua ſunt quidá honorarij tutores: alij qui ad hoc dâtur ut gerant[a]. Hæc aũt teſtamentaria uel per ſe ualida eſt: uel ſi ualida nõ ſit (ut q̃a non data ab eo q̃ dare ex lege põt[b], uel nõ ſolenniter data[c], ut citra inquiſitioné[d], exemplo curationis, quæ alioqui teſtamento inutiliter datur, & tamen confirmatur[e]) decreto confirmari à magiſtratu debet 29. Aut uerò eſt legitima 30, q̃ ex lege ꝓximis recta defertur agnatis[f], & hodie etiá cognatis[g], in defectum teſtamentariæ[h] abſq; alia datione[i] unde pro-

priè

28. De teſtamentaria tutela.

29. De confirmando tutore.

30. De legitima tutela.

a Bald. l. 1. uerſ. item quæro. j. de iur. aure. annulo. per l. iubemus. h. t. de nat. liber. Rõ. cõſ. 194. in propoſita. nu. 4. Chaſſ. de cõſ. Burg. §. 5. uerb. au regard. n. 50.
b in Auth. quibus mod. nat.
c Anto. de But. & Dd. c. per uenerabilem. per illũ text. extra qui fil. ſint legit. Chaſſ. præal. loc.
d l. legem. 7. C. de nat. lib.
e Auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.
f c. cum haberet. de eo qui dux.
g §. tutor. Inſt. de obligat. ex qua. contrac. l. 4. 5. de obl.
h l. pupillus. 239. de uerb. ſig. l. ult. Inſt. de Attil. tuto.
i l. 1. ff. eo.
k l. ſi quis. 25. §. iuſſum. 2. de acq. hær.
l Galat. 4. Quãdiu puer eſt hæres, nihil differt à ſeruo.
m l. 1. de mino. l. unic. C. de falſ. mon. §. pen. Inſt. de Attil. tuto.
n l. 5. de legit. tuto.
o l. generaliter. 40. j. de epiſ. et cler.
p l. 1. de teſta. tute. §. 2. Inſt. de tute.
q d. §. 1. Inſt. de tut. l. 2. de uulga. l. uerbis. 120. de uer. ſig.
r l. 7. de teſta. tute.
s l. 3. de teſta. tutel.
t l. 1. in prin. ff. eo.
u Vlpia. t. 11.
x l. datiuus. 7. rem pup. ſal. fore.
y d. l. generaliter.
z dixi j. Inſt. et ff. eo. prob. uerb. definitionis in l. 1. uerb. permiſſa. de tute. l. 1. uerb. l. xij. tab. permiſsũ eſt parentib. de teſta. tute.
a l. q. ſi. 14. de ſolut.
b l. 2. 4. 5. 7. ult. de confir. tuto.
c l. 3. l. 6. de confir. tuto.
d l. ſi filio. 6. eo. t.
e l. 2. h. t. de cõfir. tut. §. 1. Inſt. de curato. l. 7. C. de teſta. tutel.
f l. quo tutela. 74. de reg. iur. §. 1. ubi dixi. Inſt. de leg. agn. tut.
g §. ex his. in Auth. de hær. ab inteſt. No. 118.
h §. 1. et 2. Inſt. de legit. agn. tut. l. ſi quis. 11. de teſta. tut.
i l. 5. de legit. tuto.

priè à lege data in definitione uocatur: aut his deficientib. extinctisue, datiua[a]: quæ per matrẽ eſt petẽda[b] 31, uel proximos pupilli propinquos[c] à magiſtratu, qui de permiſſu legis (unde & hęc tutela ꝑmiſſa potius & honoraria, q̃ data eſt, licet ex eo quòd à magiſtratu detur, etiã datiua, ut diximus, ad differentiam aliarũ appelletur) dare pro ſua iuriſdictione põt[d]: cuiuſmodi putatur ordinarius eius loci, ubi facultates pupillus poſsidet, uel domiciliũ habet 32: hoc eſt, à præfecto urbis, ac prætore, & decem ſenatorib. in Vrbe, ſi pupillus ſit illuſtris[e] 33: ſin minus, Romæ quidẽ à prætore ſcd̃m ſuam iuriſdictionẽ[f]: in prouincijs uerò à præſide, ex inquiſitione, ſi magnæ ſint pupilli facultates[g]: ſin modicæ, à magiſtratib. municipalibus, iuſſu tñ præſidis, q̃ expectandus erat iure ueteri[h]. Cæterũ iure nouo nec expectata pręſidis iuſsione à defenſore ciuitatis, unà cũ religioſiſs. antiſtite, uel alijs perſonis, id eſt magiſtratibus, ſi facultates pupilli tantùm ad quingentos aureos ualeãt[i]: legitima tñ cautione & ſatiſdatione periculo eorũ à tutorib. præſtanda[k]. Nõ igitur oẽs qui ſunt in magiſtratu, dare tutores poſſunt, ſed tãtùm cõpetentes[l]. Nec oẽs dari tutores poſſunt 34, ut mulier 35 (eſt. n. uirile officiũ, alios tueri[m], nõ fœminarũ[n]: & tutela munus ẽt eſt publicũ[o], à quo mulieres arcẽtur[p]) matre tñ & auia exceptis: q̃ tutelã adminiſtrare poſſunt olim ex priuilegio[q], hodie iure cõi, quãdiu uiduæ manent[r], ẽt debitrices liberorũ[s], q̃uis naturaliũ tantũ quorum etiã tutrices eſſe poſſunt, dũmodo Velleiano renunciẽt[t]: & legitimis ac datiuis, nõ etiã teſtamẽtarijs ꝑferuntur[u]. Nec uerò ẽt omnib. omnino pupillis dãdi ſunt tutores. Nã, exẽpli cã, tutorẽ habẽti tutor dari nequit 36, niſi certis caſib.[x]: ut nec ei qui iuris ſit alieni[y]. Obligatur aũt tutor pupillo ex adminiſtratione tutelæ 37: in qua abſq; ſuo periculo ceſſare non põt 38, & adminiſtrãdo alios quib. cũ contrahit, pupillo, & hũc uiciſsim alijs in ſolidũ obligat 39: pro modo tñ ſuæ poteſtatis, quatenusq́; adminiſtrandi ius extẽditur 40. Nam ſi diuiſa ſit tutela à teſtatore uel iudice, tãtùm pro ſua q̃ſq; parte adminiſtrare ac obligare debet & poteſt[z]: etſi pluribus in ſolidum (id quod in dubio intelligitur[a]) datis, unus in ſoli-

31. Qui petant tutores uel curatores.
32. Vbi petant. tutores uel curatores.
33. De tutorib. uel curatorib. illuſtrium perſonarum.
34. Qui dare tutores uel curatores poſſunt, & qui dari poſſint.
35. Quando mulier tutelæ officio fungatur.
36. In quibus caſib. tutorẽ uel curatorem habẽti tutor uel curator dari poſsit.
37. De adminiſtratione tuto. uel curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda & deponenda.
38. De periculo tutorum & curatorum.
39. Quando ex facto tutoris uel curatoris minores, agere uel conueniri poſſunt.
40. Si ex pluribus tutoribus uel curatoribus omnes uel unus peragere rem minoris, uel conueniri poſsint.

a *l. 3. qui pet. tuto. ſic uocatur in d. l. generaliter. 40. ſuprà de epiſc.*
b *l. 3. l. fin. eod. tit.*
c *l. amita. 5. l. nepotibus. 10. h. t.*
d *uide §. 2. 3. Inſt. de Attil. tuto.*
e *l. 1. hoc tit. de tuto. uel cura. illuſtr.*
f *§. 3. Inſtit. de Attil. tuto.*
g *d. §. 3.*
h *d. §. 3.*
i *§. pen. Inſt. de Attil. tuto.*
k *d. §. pen.*
l *l. 5. h. t.*
m *l. 1. h. t.*
n *l. alienam. C. de procurat. §. patitur. Inſtit. de iniur.*
o *l. filiusfam. 9. de his qui ſunt ſui. & omnino Pet. Fabrum in l. 2. de reg. iur.*
p *l. 2. de regul. iur.*
q *l. 2. h. t.*
r *Auth. ſacramentum. h. t.* s *l. ult. h. t.* t *l. ult. hoc tit.* u *Auth. matri. hoc tit.* x *§. 2. Inſtit. de Attil. tuto. l. tutores. 39. §. 8. de admin. tuto. l. propter. 21. de excuſ. tuto.* y *l. 1. in prin. ff. tutelis. Inſt. cod.* z *l. 2. h. tit.* a *l. tres tutores. de adm. tut.*

in ſolidum rectè contrahat, obliget atq; adminiſtret [a]. Vt tamẽ in adminiſtrationis ratione repoſcenda pupillo melius cautum ſit, prohibetur tutor tempore geſtus, uectigalia publica conducere, publicisq; debitis ſe implicare 41, ac inſuper ſatiſdare, Rem pupilli ſaluam fore, & ſacramentum etiam dare initiò tenetur [b] 42: alioqui peti poteſt, ut uelut ſuſpectus remoueatur [c] 43, citra infamiam tamen, niſi fraudem, cuius propria pœna eſt infamia [d], fecerit [e]: quá ad petitionem in litem dandus curator eſt 44: niſi ſit qui pro tutore negocia gerat 45, aut mater alteri ſuo periculo, exercitiũ eius actus, cum promiſsione indemnitatis mandet 46. Nam matris magna habetur in tutela ratio: unde & contra ſupremam eius uoluntatem datus tutor remouetur 47. quamuis hic defenſioni nihilominus cauſæ pupillaris præeſſe debet, tantiſper dum adminiſtratio in alium tutorem uel curatorem integrè, cum omnibus inſtrumentis ſit translata: non ſecus atq; cùm pubertate tutela finita eſt 48. Sed & pupillus apud matrem, donec ad ſecunda uota tranſeat, educandus eſt 49, alimentis competentib. per tutores ei, præſtandis 50: de ſuo tamen [f], & pro modo facultatum eius [g], nec enim de bonis proprijs alere tutores (quib. officiũ ſuum damnoſum eſſe nõ debet [h]) tenentur [i]. Poſt tutelam aũt finitá oritur ex adminiſtratione tutelæ actio [k], q̃ & Arbitriũ uocatur 51: quoniá actio bonæ fidei eſt, & arbitrio iudicis ex æquo & bono in ea æſtimatur, quid quantumq; tutoré pupillo pręſtare conueniat [l]: & datur in tutores ſingulos in ſolidum [m]: niſi adminiſtratio fuerit diuiſa [n] 52, ita ut & in lité ex cõtumacia p̃ſumptoq; dolo iuret̃, tam cõtra eos 53 q̃ eorũ hæredes [o]: qui & ipſi conueniri hac actione poſſunt 54. Ordo tñ ille ſeruádus eſt, ut primò conueniantur hi q̃ geſſerũt: in ſubſidiũ uerò, qui ſe adminiſtrationi nõ immiſcuerũt. Hi. n. nõ de geſtis, ſed tantùm de neglectis tenẽtur 55. uerbi gratia, ſi pecunia pupillaris nõ fuerit in emptionẽ prædiorũ, aut ſalté in uſum fructumq; uſurarum cõuerſa: ſed aut relicta otioſa, cuius tutor periculũ ſuſtinet [p], cùm eius culpa caſum præcedat [q], niſi neceſsitas eum excuſet [r], uel pupilli utilitas [s]: aut à tutore in ſuos uſus auerſa 56: quo caſu ſi dolo fecit obligatur ad centeſimas [t],

y aut

41. Ne tutor uel curator uectigal conducat.

42. De tutore uel curatore, qui ſatis non dedit.

43. De ſuſpectis tutoribus & curatoribus.

44. De in litem dando tutore uel curatore.

45. De eo qui pro tutore negocium geſſit.

46. Si mater indemnitaté promiſit.

47. Si contra matris uoluntaté tutor datus ſit.

48. Vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor.

49. Vbi pupilli educari debeant.

50. De alimentis pupillo præſtandis.

51. Arbitrium tutelæ. 52. De diuidenda tutela, & pro qua parte quiſque tutorum conueniatur. 53. De in litem iurando. 54. De hæredibus tutorum uel curator. 55. Si tutor uel curator non geſſerit. 56. De uſuris pupillarib.

a *l.1.h.t.*
b *l.ult.* Cod. *de adm.tuto.*
c *l.2.§.t.1.l.ult. de ſuſp.tuto.*
d *Cic. pro* Sex. *Roſc. l. 5. de poſ.*
e *§.fin.* Inſt. *de ſuſ.tut. l.pen. & ult.h.t.*
f *l.2.h.t.*
g *d.l.2. ff. ubi pupil.educa.*
h *l. ſancimus. 24.§.de adm. tuto.*
i *l.3.§.ult.eod.*
k *l.1.in fin.l.4. de tutel. & rat.diſtrab.*
l *l.1. §.1.de tutel. & rat. diſtrahen. §.actionum.* Inſtit. *de actio.*
l.unic. §.1.C. de rei ux.act.
m *l. tres tutores.ff.eod.l.1. ubi* Dd. *ſuprà de tranſact.*
n *l.Lucius. 46. §.1. de adm. tuto.*
o *l.1.h.t.*
p *arg. l.incendium.* Cod. *ſi cer.peta.*
q *uide* Dd. *l. ſi ex legati. de uerbor.oblig.*
r *l.pen.h.tit.*
s *Auth.nouißimè.C.de adm.tutor.*
t *l.qui ſine. de neg.geſt. l.tutor qui repertorium.§. quidam.l.non exiſtimo.de adm.tuto.*

aut oẽ pupilli intereſſe[a]: ſin abſq; dolo cũq; collegarũ aſſen
ſu ſibi fœnerauit, ad legitimas uſuras tenetur[b]. Quinetiam
actio eſt in fideiuſſores tutorum 57, quos initiò ſatiſdantes — 57. De fideiuſſoribus tutorũ uel curat.
rem pupilli ſaluam fore[c], dare ſolent[d] ſupra ſacramentũ[e].
Quibus etiam annumerantur eorum laudatores, nomina-
tores[f], ac parentes quorum in poteſtate ſunt[g], (nam & fi-
lijfamiliâs tutelam, ut publicum[h] munus[i], in quo patria
poteſtas non conſideratur[k], rectè gerunt[l]) itemq; horum
hæredes[m], in quos & ipſos datur hæc actio bonæ fidei[n], ut
tutela ipſa[o], perpetuò[p], utpote rei perſecutoria[q]. In cura-
tores non cadit actio tutelæ, quia tutores non ſunt: ſed nec
alia ſpecialis lege eſt prodita. Datur igitur in hos, eorumq;
hæredes ac interceſſores[r], negociorum geſtorum actio[s]
perſonalis[t], bonæ fidei[u], perpetua[x], licet prætoria[y], pecu-
niaria[z], & rei perſecutoria[a], generalis[b]. Itidem ex quaſi
geſtu rei alienæ[c]: utilis tamen[d] (quę effectu ordinariæ par
eſt[e]:) quoniam directa ad eos duntaxat pertinet[f], qui ul-
trò & ſpontè aliena gerenda ſuſcipiunt[g]. hi uerò ad id mu
neris publici[h], etiam inuiti compelluntur[i]: ut directò te-
neri uerbis edicti de Negocijs geſtis[k] non poſsint[l]. At edi-
uerſò omnibus qui his actionib. tenentur, præſtò eſt Con-
trarium tutelæ iudicium 58, & quo ad curationem Vtile — 58. De contrario iudicio tutelæ.
negociorum geſtorum[m], bonæ fidei[n], rei perſecutorium,
perpetuum & tranſitorium in hæredes[o]: ſi quid fortè bo-
na fide,

a Molinæ. de uſur. q. 76. nu. 588.
b l. 1. h. t.
c l. ſi fideiuſſores. 7. de fide. tut.
d Inſt. & ff. de ſatiſd. tut. & ſ. de tut. qui ſatis non dedit, hoc eſt fideiuſſores nõ dedit. l. 1. qui ſatiſd. cog.
e l. ult. §. pen. ubi Dd. ſuprà de adm. tuto. Ang. in prin. n. 5. cum ſeq. Inſt. de legit. tut.
f l. 2. l. 4. §. ult. ff. de fid. tut.
g l. Lucius. 21. de adm. tut.
h §. 1. Inſti. de excuſ. tut. l. athletæ. 8. ubi gl. eod. tit. l. 2. de regul. iur. i d. l. pupillus. 239. §. inuitus. de uerbor. ſignific. l. 1. §. illud. de mune. l. 2. de regul. iur. k l. nam quod. 74. ad Trebellia. l. quippe. 78. de iudic. l l. antepen. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. m l. 3. de fideiuſſ. tuto. n l. 1. §. 1. de tutel. & ration. diſtrah. o §. actionum. ubi gl. Inſtit. de act. o. p d. l. 1. §. ult. de tutel. & ratio. diſtrah. q l. in honorarijs. 34. de oblig. in prin. Inſt. de perpet. & temp. act. r l. curatorem. 6. l. curatoris. 17. ſuprà de neg. geſt. l. 3. §. 2. l. Neſennius. 34. l. nam & ſeruus. 21. §. 1. de neg. geſt. s l. 3. l. quicquid. 7. C. arb. tut. l. 3. l. alterius. 20. l. pen. de tutel. & rat. diſtrah. l. 3. de negoc. geſt. t l. pen. ſuprà de neg. geſt. u l. 7. l. qui ſine. 30. ff. eod. tit. §. actionum. Inſt. de act. x l. aduerſus. 8. ſ. de neg. geſt. y l. 3. ubi gl. uerb. prætor ait. de neg. geſt. z d. l. aduerſus. 8. ubi gloſſ. uerb. ciuiliter. a l. 3. §. 2. l. ſucceſſori. 13. de neg. geſt. b l. Pomponius. 15. l. 2. ubi Bart. nu. 1. de neg. geſt. c §. 1. Inſt. de oblig. ex quaſi contract. l. 4. § 1. de oblig. d d. l. quicquid. d. l. pen. l. curatoris. 17. ſ. de neg. geſt. e l. antepen. ff. eo. tit. f l. ſin aũt. 20. de neg. geſt. g l. tutori. 20. ſ. de neg. geſt. h l. 3. & t. t. de mino. l. 1. de adm. tut.
i d. l. 1. in prin. de adm. tut. k l. 3. eod. l l. 3. §. ult. l. 5. l. ſi liber. 38. l. cum pater. 30. ff. de neg. geſt. d. l. curatoris. 17. ſup. eod. l. pen. de tutel. & ratio. diſtrah. m l. 1. §. hæc actio. & in inſcrip. tit. de contr. tut. & utili, uidelicet neg. geſt. actio. n l. ſi bonam. 11. C. de adm. tut. Bart. l. 1. de contr. tut. o l. 3. §. pen. l. pen. de contr. tut.

na fide, ab administratoribus impensum de proprio sit[a]: aut si in authoritate pupillaribus contractib. præstáda 59, se nomine pupilli obligarint[b]. Nam illis officium, quod alioqui gratuitum est[c], damnosum esse non debet[d]. Sed hæ actiones, ut dictum est, tunc demum locum præcipuè habent, cum administrationis officium finitum est[e]. quod uarijs modis finiri constat 60: aut uerè, ut cum pubertate tutela extinguitur[f]: aut fictè, ut cùm impedito tutori, idq; petenti substituitur actor 61 suo periculo[g] & arbitratu[h], iudicis tamen decreto, causaq; cognita[i]: aut cum se tutor excusat 62, nō falsis, sed iustis ex causis 63: puta quòd Reip. causa abesse cogatur, ut medio interea tempore à periculo liberetur 64: item qđ ueteranorum priuilegiū adeptus 65: quòd trium liberorum pater 66: quòd perpetua ualetudine teneatur 67, ut negocijs superesse non possit: quòd maior 70. annis 68: quòd onere trium tutelarū impeditus 69: quæ omnia etiam curatoribus ad excusationem prosunt: qui minoribus, item furiosis ac prodigis 70, & similib. consilij expertibus personis quamlibet adultis, non etiam proprijs uxoribus dari solent[k]: quorum officium si quādo excusatione reiecta susceptum est[l], similiter expirat finita sua causa, puta minori ætate[m], prodigalitate eorum qui in cura sunt[n], &c. Et hæ quidem actiones personales ex tutela & cura ultrò citroq; oriuntur. Præter has autem & in rem agere pupillus maior factus potest. si uel prædia 71, uel mobiles eius res, quæ seruando seruari poterant, à tutore citra necessitatem, alienentur[o] de qua causa necessitatis apud tribunal cognoscendum est, addito decreto authoritateq; & pmissu magistratus aut principis 72. q decretū supplere pōt[p], nisi fiat alienatio ex iudicio patris, cuius uolūta te trāslata, decreti nō indigēt[q]. Cæteroqn absq; hac solennitate abalienata uendicare annihilata alienatione minor pōt, ēt cum fructib.[r]: nisi emptor bona fide ignorans rē esse minoris, emerit 73 (quo casu res sola debetur[s], nō fructus[t])

 aut

59. De authoritate præstáda.
60. Quando tutores uel curatores esse desinát.
61. De actore à tutore dando.
62. De excusatione tutorū & curatorū & de temporibus earum.
63. Si tutor uel curator falsis allegationibus excusatus sit.
64. Si tutor Reip. causa aberit.
65. De excusationibus ueteranorum.
66. Qui numero liberorum se excusant.
67. Qui morbo se excusant.
68. Qui ætate se excusant.
69. Qui numero tutelarum se excusant.
70. De curatore furiosi & prodigi.
71. De prædijs & alijs rebus minorum, sine decreto non alienandis uel obligandis.
72. Quando decreto opus non fit.
73. Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparauerit.

a *l.1.de contr. tut.act.*
b *uid.l.3.quā. ex fac. tut.* Bart. *l.obligari.9.§.tutor.de susp. tutor.*
c *l. qui negociationem. 39.de administr.tuto.*
d *l.sancimus. 25.C.de adm. tutor.l.sed si. 7.quemadm. testam. aper.*
e *l. 1. in princ. & §.offic. cum seq. de tutel & ratio.distrah.l. 2.ubi gl. &* Dd.*C.de admin.tut.*
f *l.fi.h.t.*
g *§.ult.* Inst.*de curat.*
h *d.§.ult.l.decreto.24.de adm.tutor.*
i *l.1.h.t.*
k *§.fin.* Inst.*de excusat. tutor.l.licet.17. suprà eod.titul.*
l *l.scire.13.de excus.tut.l.tutores.18.Cod.eod. in princip.*Instit.*quibus mod.tutel.fini.l.3.de minor.*
m *l.1.de curat.prodig.*
n *l.fin.de præd. mino.l.sancimus.supra de admin.tuto.*
o *l.2.h.t.l.3.ubi* Alb. *not.nu.3.l.5.§.nec paßim.de reb.cor.l.2.h.t. quando decre.non est opus.consil.29.circa.num.20. uolum.1.*
p *l.1.hoc tit.quando decre.non est opus.*
q *l.2.infra si quis ignora.*
r *l.1,3.4.h.t.*
s *l.2.h.t.*

aut minor iam maior factus alienationem ratam habuerit 47, uel expressè ratificando, uel tacitè per acceptionem pretij [a], aut silentium quinquennij, ab ingressu iustæ ætatis computandi [b]. Nam sicut extraordinarium beneficium restitutionis tollitur tam per expressam, quàm tacitam ratihabitionem silentij quadriennalis [c]: quo spacio omnis extraordinaria restitutio in legitima ætate clauditur [d], etiã quando contra alienationem legitimè & cum decreto causæq; cognitione factam [e] petitur [f]: ita & hoc ordinariũ remedium, & ciuilis nullitatis quæstio [g], non modò expressè renũciari pôt, in maiori tñ ætate [h] (nam à minore absq; tutore [i] frustra fit [k],) sed etiam tacitè quoq; præscribitur [l], per quinquennium demum [m] ut scilicet ordinarium aliquanto diutius uiuat, quàm extraordinarium restitutionis remedium [n]. Sed hæc obtinent, quoties contractus authoritate tutoris & curatoris gestus est [o], nec alia ratione nullus: tũ enim defectum decreti uoluerunt leges hoc temporis decursu, quasi ex ratificatione adulti suppleri. Secus uerò est, quando contractus est ipso iure nullus. Nam quæstio nullitatis durat 30. annis [p], aut saltem donec res usucapta sit [q]. Quamobrem ab illo, de quo diximus, quinquennio excipiendæ sunt res ab administratore per donationẽ alienatę. Nam quia donare authore tutore uel curatore minores ꝓhibentur [r], atq; ita contractus & alienatio istiusmodi ne authore quidẽ tutore ualet: ideo per iniustã eiusmodi liberalitatem deperdita non usucapiuntur [s], nisi legitimis usucapionum spacijs [t], puta triennio si res sint mobiles, decẽ porrò & 20. annis si immobiles [u]. Quòd si ne his quidẽ actionibus omnib. ius minori integrè seruari aut recuperari pôt, tum in subsidiũ, ultimo loco regressum habet & agere potest aduersus magistratũ 75, eiusq; hæredes [x]: cuius culpa effectum est, quo minus idonei administratores dati sint, aut saltem cautio sufficiens non sit ab his exacta [y].

74. Si maior factus alienationem ratã habuerit.

75. De magistratibus conueniendis.

LIBER VI.

Nec modò ex his domesticis nuptiarũ, alendorũ filiorum,

a *l.4.C.de pactis int. emp. l.4.C.de rei uendic.*
b *l.fi.h.t.*
c *supr. si maior fact.*
d *l.fi.§. de tẽp. in integ. rest.*
e *ut l.2.Cod.de præd.min.*
f *l.1.2.& t.tit. §. si ma. fac. rat. hab. quẽ tit. separa sic ab isto, q. illic agatur de ratihabitiõe excludente resti tutionem, hic de ea quæ excludat nullitatem.*
g *l.2.h.tit.*
h *l. si intra. 6. §. de in integ. rest. l.1. & t. h.t. si maior fact.*
i *l.1. & Auth. sacram. ubi Ias. & Dd. C. si aduers. uend.*
k *l. si filius.31.l. si intra.6.ubi gl. uerb. renũciatum. l. etsi. §. restitutus. l. ait prætor. ubi traditur rõ, quia hoc ipso læditur. ff. de minor.*
l *l.1.2.h.t.l. minor autẽ.19. de minor. gl. d.l. si intra.6.§.eo.*
m *l.fi.h.t.*
n *l.ult.§. de temp. in integ. rest.*
o *l.1.2.h.t.*
p *Ferra. in for. appel. uerb. fuisse nullum. nu.5. per l. omnes. l. sicut. C. de perpe. & temp. act.*
q *l.ult.h.t.*
r *uide quæ dixi ff.t. de auth. tut. l. pactum curatoris.21. ubi Dd. §. de pact. l. ab agnato.12. l. ult. de cura. furios.*
s *l. filiusfa. 7. de donat. l. qui fundum. 7. §. si tut. pro empt.*
t *l.2. uerb. statuti temporis. h.t.*
u *l. fi. in fin. h.t.*
x *l.2.h.t.*
y *uid. ff. de magist. conuen. & Inst. de satisd. tutor.*

1. De seruis fugitiuis & libertis mancipijsq; ciuitatum artificib. & ad diuersa opera deputatis, & ad rem priua. & dominicam pertinentibus.

2. De furtis & seruo corrupto.

3. De operis libertorum.

4. De bonis libertorũ & iure patronat.

5. Si in fraudem patroni à libertis alienat. facta sit.

6. De obseq. patro. præstãdis.

7. De libertis & corũ liberis.

8. De iure aureorum annulorũ, & natalib. restituendis.

rum, ac tutelarum actionibus, iudicia quasi ex contractu existunt[a], sed & alia his affinia, de cæteris quoque œconomiæ partibus atque instrumentis: ut de seruis, maximè (quod eorum penè proprium est) fugitiuis, libertis, mercenarijs, artificibus, & opificibus 1, ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam ac dominicam pertinentibus, eorumque furtis & corruptela 2, quæ pro furto est[b]. Quanquam autem nonnulli[c] putent, furta ab his domesticis commissa puniri mitius[d]: tamen cum tanto grauius sit scelus eorum, quanto plus alienis officij hero suo debent[e]: idcirco uerius est, aut acerbius, aut æquè saltem ac alia furta, istiusmodi uindicari oportere.[f]. Proximæ sunt his quęstiones de operis 3, quæ patronis in authoramentum datæ libertatis debentur & promittuntur[g]: & de bonis libertorum 4: quorum bonorum tertia pars, uelut legitima, patronis debetur etiam contra tabulas, quoties libertos sine liberis, aut his exhæredatis decedere contingit[h]. denique iure patronatus, & alienationibus ad defraudandum legitima successionis portione patronum factis 5, in ueterem causam reuocandis, aut Fabiana actione in causa testamenti[i], aut Caluisiana ab intestato[k], non Pauliana, quæ datur creditoribus[l], quia patronus creditor non est[m]: de obsequijs patrono non secus quàm parenti præstandis[n] 6: de libertis & eorum liberis, aut ingratis in seruitutem reuocandis 7, aut gratis, beneque meritis, iure aureorum annulorum, uel natalium restitutione, quæ plenior est[o], honorandis 8. quorum utroque hodie non est opus: cum ex lege, iure patronatus saluo[p], per manumissionem Romana detur ciuitas[q], & consequenter hæc etiam ornamenta contingant[r]. Et ex istis quidem quasi contractibus inter uiuos, obligationes, actiones, iudicia & lites existunt: quibus ita expositis, sequens est ut de his, quæ ex ultimis morientium uoluntatibus, & successionibus, quasi itidem ex contractu fluunt[s], nonnulla subijciantur.

a *§. tutor. Inst. de obliga. ex q. contract. d. l. curatoris. l. tutori. cum similib. s̃. de negoc. gest. l. 4. §. 1. de oblig.*

b *l. si quis seruo. 20. j̃. tit. 1. l. ancilla.* D. *eod. l. 1. h. titul. de seru. fugit.*

c *ut Ias. Zas. in l. eius qui. §. quas actiones. si cert. peta.*

d *l. respiciendum. 11. §. 1. de pœn.*

e *l. capitalium. 28. §. omnia. de pœn. fac. l. presbyteri. 8.* C. *de episcop. & cler.*

f *d. l. respiciendũ. §. 1. uerb. publicè uindicanda. ubi glos. de pœn.* Bart. *l. antiquos.* C. *de fur.* Salicet. *l. eos. eod. titul.* Fab. *§. item lex* Pompe. Inst*itut. de public. iudic.* Chass. *in consuet.* Burgund. *rubr. 1. §. 5. numer. 6. 37. constitut. princ. 38. part. 4.*

g *uide ff. de oper. lib.*

h *§. penult.* Institut. *de success. liber. gloss. uerb. legibus. in l. si quis presbyter. 20.* C. *de episcop. & cleric.*

i *l. 3. in princip. & §. 1. si quid in fraud. patron.*

k *d. l. 3. §. 2. l. 2. hoc tit.*

l *tot. titul. quæ in fraud. credito.*

m *l. 6. in fin. de fals.*

n *tot. titul. de obseq. præst.*

o *l. 2. hoc titul.*

p Authent. *sed hodie. hoc titul.*

q *l. unic.* C. *de* Latin. *lib. tollen.*

r *d.* Authentic. *sed hodie.*

s *l. 3. §. ultimo. l. 4. quibus ex causis in possessionem eat. l. penult. de separat.*

tur. Porrò omnis ſucceſsio debetur aut iure Ciuili, aut iure Prætorio. Prætor enim eos qui iure Ciuili hæredes non ſunt, ex iuſtis cauſis uocat ad bonorum poſſeſsionem[a]: ita tamen, ut ea petatur intra certum tempus, hoc eſt, à liberis & parentibus intra annum[b], à reliquis intra centeſimum diem[c] utilem[d], à tempore ſcientiæ[e] facti, non iuris[f] 9: & non petentium partes petentibus accreſcant[g] 10. quę quidem iudicia Prętoria poſſeſsionum, quoniam ſummaria plerunq; ſunt[h], & ut poſſeſſoria[i] ex legibus[k], præſertim Codicis nouis[l], petitorio iudicio anteponuntur[m]: eo de his tanquam præparatorijs, primo quoque loco agendum, Iuſtinianus hic putauit[n]. Dat autem Prætor bonorum poſſeſsionem uel ex cauſa teſtati, uel ab inteſtato. Ex cauſa teſtamenti, quæ prior eſt atq; dignior, & quoad exiſtit, ab inteſtato ſucceſsioni anteuertit[o], cũ plurimum ſecũdum tabulas 11. quas habere exitum Reipub. intereſt, quibuſcunq; ſucceſſoribus: interdum ex iuſta ſcilicet æquitate, non regulariter contra tabulas: non omnibus (nec enim quilibet contra teſtamenti religionem auditur[p]) ſed liberis 12 tantùm, item patronis, horumq; filijs 13, aut iniuſtè præteritis, aut exhæredatis. Porrò ab inteſtato ad bonorum poſſeſsionem uocat, primò liberos 14, etiam emancipatos[q] & adoptiuos[r]: deinde legitimos, hoc eſt agnatos: & ad extremum cognatos 15, ordine ſucceſſorio 16: ut ſcilicet proximioribus & prioribus non petẽtibus intra præſtitutum tempus, quod paulo antè indicauimus[s], reliqui ſubſequentes ordine ſucceſsiuo admittantur[t]: & ſi cui impuberi ſtatus controuerſia, quaſi non filio aut agnato moueatur, ut ex Carboniano edicto 17, præſtita de bonis reſtituendis, ſi probatum aliquando fuerit filium agnatúmue non eſſe, cautione, nihilominus poſſeſsio decernatur, delata

9. Qui ad bonorum poſſ. & intra quod tempus admittatur.

10. Quando non petentiũ partes petentibus accreſcunt.

11. De bonorũ poſſeſsione ſecũdum tabulas.

12. De bo. poſſ. contra tabulas, quam prętor liberis pollicetur.

13. De bo. poſſ. cont. tab. liberti, quæ patronis uel liberis eorũ datur.

14. Vnde liberi.

15. Vnde legitimi & cognati.

16. De ſucceſſorio edicto.

17. De Carboniano edicto.

a §. 1. Inſtit. de bonor. poſſ. & ff. eod. tit. ubi dixi.

b l. 1. de ſucceſ. edict. l. filij. in fi. ad S. C. Tertyll. Cuiac. de præſcrip. cap. 20. l. 1. ubi gloſſ. uer. tranſact. & Dd. l. 4. uer. intra annum. h. t. l. 1. §. ſed uidendum. §. largius. §. fi. de ſucceſſ. edict. l. pen. §. ult. quis ordo in bon. poſſeſſ.

c l. 2. h. t. §. cũ igitur. Inſtit. de bon. poſſeſſ. Cuia. de præſcr. c. 15.

d l. 2. hoc tit.

e l. 1. de iur. & fact. ign. l. 5. hoc tit.

f l. iuris ignorantiam. 6. hoc titulo, ubi uide diſtinctionem gloſſ. & l. in bonorum. de bon. poſſeſſ. l. 2. §. ult. quis ordo in bon. poſſeſſ. l. ſi emancipata. ſ. de iur. & fact. ignor. g l. ult. h. tit. qui admit. in fin. h l. 4. §. ſi cauſa cognita. de bon poſ. Iaſ. in rub. nu. 1. ſ. qui admit. i l. is qui. 24. de rei uend. k de Carb. edicto, & paßim his in tit. & de uent. in bon. poſſ. mitt.

l l. ult. j. de edict. diui Adria. tollen. m l. ſi de ui. 37. de iudic. l. ordinarij. 13. ſ. de rei uend.

n d. l. is qui deſtinauit. l. ordinarij. 13. ſ. de rei uend. & infrà de ordin. cogn. o in princ. & §. cum autem. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. ubi dixi. §. proximus. Inſtit. de legit. agn. ſucceß. l. is qui putatur. 15. cum ll. ſequent. de acquir. hæred. p l. 1. de inoffic. teſtamen.

q l. 1. §. & ſui. 4. de bonor. poſſeſſ. cont. tabul. r d. l. 1. in princ. s ex l. 1. l. 4. ſuprà qui admit. t uide quæ dixi de hoc. ff. eod. Dd. in §. placebat. Inſtit. de legit. agnat. ſucceß. Iaſ. l. qui ſe patris ſuprà, unde liberi.

ta usq; ad puberes annos status cognitione[a]. Nouissimè

18. Vnde uir & uxor.

uocat ad possessionem uirum & uxorem 18, ante fiscum[b]. quod ius etiamnum durare suspicor[c], ut ex asse coniuges sibi inuicem præ fisco, nullis alijs ab intestato hæredibus extantibus, succedant iure prætorio ab intestato[d]: hoc est, deficiente omni liberorũ, parentum, agnatorum legitima, & cognatorũ naturali successione, ex edicto petere cẽtum intra dies bonorum possessionem queant[e]. Cur enim non fisco præferantur? cum ex nouellis legibus etiam iure Ciuili, & ideo perpetuò capere possint[f], non solùm in defectu hæredum, ut olim, sed uel ascendentibus, uel collateralibus, uel liberis quoq; superstitibus[g]: quartam quidem, non extãtibus, uel extantibus tãtùm tribus paucioribúsue liberis: pluribus uerò existentibus portionem uirilem seu filialem[h]: non modò ab intestato, sed etiam secundum, atque adeò contra testamẽtum: quo hæc, uelut legitima[i], auferri, minui, grauariq; nequit[k]: ita tamen, ut imputẽtur legata[l], dos[m], donatio propter nuptias (quia constitutio de egentibus, non dotatis loquitur[n]) & qualecunq; legatum etiam simpliciter relictum[o]. Cæterùm illis, de quibus dictum est, omnibus bonorum possessionem, hoc est, prætoriam successionem ordine decernit Prætor & attribuit: ni-

19. De repudianda bonorum possessione.

si aut repudient eam 19, aut cum inter liberos res est, debitã iure collationem 20 detrectent[p]: qua propria bona in communem hæreditatem conferuntur[q]. Nam hac omnino, ubi usus uenit, facienda est: Cæteroqui denegantur ei

20. De collationib.

qui conferre recusat actiones: omniaq; successionis beneficia, quæ iure Ciuili uel Prætorio adipisci queat[r]. Et his quidẽ modis iure Prætorio successiones obueniunt & petuntur. Iure porrò Ciuili eadẽ ex causa ad easdem agitur: scilicet aut ex testamento, aut ab intestato[s]. Ex causa testamenti, cum testamẽta facta sunt, siue iure singulari, ut testamen-

a l.3.§.emancipatus. de co.l bonor. l.si is qui. §. an autem.ff.eod.de Carbo.gl.l.1. uerb. impleta.h.tit.

b l.1.h.tit.l.ult. C. Theod. de leg.hær.

c arg. l. sancimus. j. de testam. l.præcipimus. j. de appel. Reinhardus diff. Sax.29.glos. l. affinitatis. 7.uers. item. alio casu.præsupponit ergo priorem durare. C. commu. de success.

d l.1. uerb. ab intest.h.tit.

e d.l.1.hoc tit. Ias.nu.11.Authent. præterea.h.t.

f in Auth. de exhib.reis. et ut liceat matri.Ias.d.Authen.præterea.h.t. g gloss.ult.Ias.numer.28.in d. Authen.præterea. h Authen.præterea.hoc tit. i Authen. nouißima. in fin.ubi Dd.sup.de inoff. test.Authen.ex caus.j.de lib.præterit. k l.quoniam.32.s.de inoff.testa.§.penult. Instit. de succ.lib.Alexan.consil.51.uol.4.69.uol.1. & hanc dicit communem Iason, d.Auth.præterea.nu.17. l d.Authen.præterea.in fin. m Castr.num.6.Bald.in fi.d.Auth.præterea. n d.Auth.præterea.& in corpore, unde sumitur. o uide Iason.latißimè per multas columnas disputantem in d.Authen.præterea.num.18.19.20.&c. hoc tit. p l.si emancipati.9. ubi Ias.numer.26.hoc tit.de collat.gl. l.1.infrà. de legit.hæred.b. q Bald. d.l.si emancipati.9.num.11.hoc tit. r l.1.§.si frater.8.§.sed etsi.10. l. nonnunquam.8.ff. hoc tit. s l.1.2.3.de petit.hæred.l.lege.130.de uerbor.signific.

mentum militare 21, quod ſine certa ſolennitate, pro militum qui in expeditione ſunt, uoluntate conditur, dummodo probari poſsit[a]: ſiue iure cõmuni: ab his ſcilicet, qui facere teſtamenta 22, iuxta ſolennem ordinationẽ à iure pręſcriptam 23 poſſunt. qua in ſolẽnitate caput illud eſt, ut hæredes inſtituantur 24: hoc enim teſtamenti fundamentum eſt[b], unus, duo uel plures, qui capere poſsint (non deportati[c] collegium non approbatum[d], & qui falsò putãtur coniuncti[e], qui neq; per ſe nec per aliũ poſſunt[f]) purè uel ſub conditione, nõ etiã ex certo tempore, uel ad certũ tẽpus[g], ex aſſe uel aliqua eius parte[h], puta uncia, ſextãte, quadrante, triente, quincunce, ſemiſſe, ſeptunce, beſſe, dodrãte, dextante, deunce: æquis aut inæqualibus, aut etiã nullis partibus nominatis: quo caſu æquales ſunt[i], licet non exprimat teſtator[k]. etiamſi ab inteſtato ordine ſucceſsiuo ſucceſſuri eſſent[l] (exceptis tamen ijs, qui neceſſariò inſtituuntur, in quibus ordo ſeruatur, ſi non aliud expreſſum ſit[m]:) quamuis denique quidam illorum nomine collectiuo inſtituti ſint[n]. Inſtituuntur autem primo ſecundóue, uel etiam ulteriore loco uel gradu[o]. Primus gradus inſtitutio uocatur[p], ſecundus ſubſtitutio 25. quæ rurſum[q] aut uulgaris eſt, aut pupillaris 26. Vulgaris dicta, quia uulgò & promiſcuè ab omnibus teſtatoribus & omnibus hæredibus fieri poteſt[r]: hoc modo, ut ſi inſtitutus non ſit hæres, ſubſtitutus ſit[s]: quæ ſimplex eſt in unum caſum conditionemque (quam inſtitutioni poſſe ſubiungi diximus) hęreditatis nõ aditę cõcepta[t], aut expreſsè, aut tacitè[u]. Pupillaris duplex eſt, quia ſolis ſubijcitur & fit pupillis, hoc eſt, impuberibus liberis[x] inſtitutis[y], uel exhæredatis[z]: Nam aut expreſsè concipitur, aut concepta ipſo iure tacitè intelligitur, in duplicẽ caſum[a], & Nõ aditæ ſcilicet hæreditatis, & Aditę quidem ab inſtituto, ſed hoc impubere mortuo deſtitutæ[b]. ut:

Filius meus hæres eſto: Si uerò filius meus mihi hæres non erit, ſiue hæres erit, & prius moriatur quàm

21. De teſtamento militis.

22. Qui teſtamẽta facer. poſsũt uel nõ poſſunt.

23. De teſtamentis, & quẽadmodum teſtamenta ordinentur.

24. De hæredib. inſtituendis, & quæ perſonæ inſtitui non poſſunt.

25. De inſtitutionib. & ſubſtitutionib. ſeu reſtitutionibus ſub cõditione factis.

26. De impub. ſubſtitutionib.

a uide quæ dixi Inſtitut. de teſta. mil.
b l. 1. de hæredib. inſtituen. ubi dixi. l. 1. §. ult. de uulgar. §. ante. Inſtitut. de legat.
c l. 1. h. tit.
d l. collegium. 8. hoc tit.
e l. 4. hoc tit.
f l. neque. 10. hoc tit.
g §. hæres. 7. Inſtitut. de hæred. inſtit. ubi dixi.
h §. 4. & 5. Inſtit. eod. tit.
i d. §. 4. & 5.
k ut in l. interdum. 13. de hær. inſt.
l cap. Rainaldus. cap. Raynutius. de teſtamen. Iul. Clar. de teſtam. numer. 80. Socinus conſ. 113. uolum. 1.
m Iaſ. poſt Bart. l. Gallus. §. quidam. nu. 22. de lib. & poſthum.
n l. Lucius. 92. §. Lucius Titius. de lega. 2. l. quidam. §. ult. de reb. dub. Iaſ. l. ſi pater. numer. 8. de uulgar. ſubſtitut.
o l. 1. de uulgar. in princip. Inſtitut. eod.
p d. l. 1.
q tot. tit. ff. de uulg. & pupill. & hoc tit. ac Inſtitut. eod. cum tit. ſeq.
r uide quæ dixi in rubr. Inſt. de uulg.
s l. 1. de uulg. & Inſtit. eod.
t l. 1. ff. eod.
u l. 2. l. 4. de pup. ſubſtitut.
x l. pupillus. 139. de uerbor. ſignific.
y l. 2. & paßim de uulga.
z l. 1. §. 1. de uulgar.
a l. 4. de uulgar. gloſſ. mag. uerb. fideicommißi. l precib. 8. de impub. ſubſtit.
b l. 2. l. 4. eod. tit. §. 1. Inſtit. de pupill. ſubſtit.

quàm in ſuã tutelã uenerit, tũ Seius hæres eſto [a]. Nam finita pubertate, expirat: nec ulterius fieri poteſt [b], niſi à milite [c]: quanquã non deſint, qui ex æquitate Canonica [d] ad fideicõmiſſum etiã aliàs trahãt [e]. Subſtitutio quoq; in legatis & fideicõmiſsis fieri poteſt [f]. Vnde illa quæſtio necdũ ſatis explicata, Num in ſtatutis, alijſq; ſimilibus, ſubſtitutionis nomine fideicõmiſſaria cõprehendatur: quod alij aiũt [g], alij negant [h]: quorum ſententiam exiſtimo ueriorem. hoc certè in titulo non ſubſtitutiones, ſed reſtitutiones ſub fideicommiſſo factæ nominantur [i]. Omnis autem inſtituendi ratio, licet quo ad liberam teſtandi facultatem, arbitraria eſt [k]: tamen quandoq; etiam neceſſaria reſpectu hæredis dicitur: cum ſcilicet ſeruus proprius hæres eſt aut

27. De neceſſarijs ſeruis hęredibus inſtituẽdis uel ſubſtituendis.

inſtitutus, aut ſubſtitutus 27. Nam is neceſſariò adire cogitur [l], ſicut & olim liberi [m]: qui tametſi hodie beneficio prætoris abſtinere poſſunt [n], eoq; potius Sui quàm Neceſſarij hæredes uocantur [o]: tamen etiamnum in feudis neceſſarij quadantenus hæredes ſunt [p], quoniam paterni feudi capaces niſi ſuccedant, eſſe nequeunt [q]: ex barbaris ſcilicet Longobardorum moribus uel potius maleſanis noſtrorũ opinationibus, quibus contra naturã filij deteriore cõditione atq; loco quàm agnati conſtituuntur, approbante idem cõſtitutione (ſi Deo placet) prouinciali [r]. Sed & certè quantũ ad parentes attinet, aliquo modo neceſſarij hæredes dici poſſunt: ſcilicet quòd ab his neceſſariò hæredes ſint inſtituendi [s]. Neq; enim præteriri tacitè (quia fingitur de ijs nihil cogitatũ) poſſunt [t]: nec exhęredari abſq; iuſtis & lege definitis cauſis expreſsè [u] 28: ſiue in uiuis ſint tẽpore teſtamẽ

28. De liberis prætertis uel exhæredatis.

z ti,

a uide d.l. 4. et ibi Dd. & Inſt. de pup.
b uid. Inſt. eo.
c l. miles ita. ff. milita. teſtam. l. centurio. ff. uulg. & pupil. ſubſtitut.
d c. Raynutius. de teſta. Dd. d. l. precib. quod improbat Cuiac. Nou. 92. de immen. donat.
e Crauet. conſil. 311. nu. 1. cũ ibi alleg.
f l. generaliter. 6. hoc tit. de inſtitut. Alexand. num. 5. in rubric. de uulga. ſubſt. per l. Titius. cum ſequent. de hæredib. inſtituen. l. unic. §. 1. & 2. C. de cadu. toll. l. ut hæredibus. de legatis 2.
g Alexand. præalleg. loc. Cur. iun. in rubr. C. de impub. ſubſtit.
h Bald. Salic. Caſtr. Cornæ. Dec. in rubr. de impub. ſubſtit. per l. ſi antequam. cum l. ſequent. de ſenatuſconſ. Syll. l. de illo. ubi Bartol. ad Trebell. Decius. conſil. 55. Chaſſan. conſi. 67. Tiraq. tract. le mort. parte 2. declar. 11. num. 14. Iaſ. in rub. C. de inſt. uel ſubſt. nu. 1.
i in tit. de inſt. & ſubſt. & reſtit. ſub condit. fact.
k l. 1. ſup. de ſacr. Eccle. l. 4. de adimen. lega. tot. tit. j. ſi quis aliq. teſtar.
l Inſtitut. de hæred. qualit. in princip.
m §. 2. Inſtit. eo. tit. l. neceſſarijs. 57. de acqui. hæred.
n l. 1. cum ll. ſeq. j. de repu. uel abſtinen. hære.
o §. 1. Inſtitut. de hæred. qual. & diff.
p c. unic. an agnat. uel fil. defunct. in uſibus feudor. d. §. 1. Inſtit. eod. titul.
q d. c. unic. an agnat. uel fil.
r conſtit. 47. parte 2.
s §. ſi quis autẽ. 2. in uerb. qui neceſſariò ex lege percipiunt. in Authen. de hæredit. & Falcid. uide quæ dixi Inſtitut. de exhæred. liber.
t ut dixi ad tit. Inſtitut. de exhæred. liber.
u uide in §. aliud. in Authent. ut cum de appellat. cognoſc. & Paratit. de libe. & poſth. & Inſtit. de exhæred. liber.

ti, siue posthumi expectentur 29. quanquam hos placet hodie non posse exhæredari, cum nullam iustá exhæredationi causam suppeditare necdum posſint[a]. Institutione porrò (liberorum in primis[b]) legitimè facta, hæredi tempus deliberandi iustum cócéditur, arbitrio quondá prætoris[c], hodie definitione nouæ legis, annuum[d] 30: quo deliberet, adire uelit hæreditaté, an repudiare: uel si filius est, abstinere 31. nam hic aditione opus non habet: cùm ipso sit iure hæres, nisi ex iure prætorio abstineat: de quibus ut commodè exploratèque deliberetur, (nam nec aditá semel atq; agnitam hæreditatem licet repudiare[e], neq; repudiatam facilè recuperare[f]:) idcirco peti solet, ut solenniter, hoc est, apud tribunal[g] uocatis testibus ut sigilla sua recognoscát[h], uel adhibitis alijs uiris honestis[i], aperiatur inspiciaturque testamentum 32: quia eo non inspecto, nihil rectè geri transigiq; de hæreditate potest[k]: utq; scriptus hæres in possessionem bonorum defuncti, quo penitius ea queat introspicere, mittatur 33: nisi scilicet testatorem testari coegerit, aut prohibuerit 34, uel alijs commisſis se hæreditate indignũ fecerit 35. Quid enim si necem defuncti non ultus sit ex senatuscon. Syll.[l] si testatori necem ipsus attulerit[m], aut negligendo causa mortis fuerit[n], neque blandis uerbis[o], sed importunis, iteratis, importunisſimo grauioris morbi tempore uoluntatem extorserit[p], ipsus uolũtatem suo arbitratu condiderit[q], aut sibi quid adscripserit[r]: deniq; turpibus factis non tantùm in uita testatoris, sed etiam póst, cum eiusdem contumelia admisſis, id commeruerit[s], ut præsumi debeat, si præsciſſet defunctus, nunquá relicturum, aut certè reuocaturum fuisse[t]. Cur enim non æquè fiscus hic relictum uendicet[u], ac cum declarauit epistola testator, aliquẽ hæredum uolũtatem non mereri suam[x]. Indignis enim relicta ualent, eoq́; à fisco auferuntur[y]. Incapacibus uerò relicta

29. De posthum. hæredib. instituendis.

30. De iure deliberãdi, & de adeũda uel acquirẽda hæreditate.

31. De repudianda uel abstinenda hæreditate.

32. Quemadm. testamenta aperiãtur, describantur & inspiciantur.

33. De edicto diui Adriani tollendo, & queadmodum scriptus heres in posſesſ. mittatur.

34. Si quis aliquem testari prohibuerit uel coegerit.

35. De ijs quib. ut indignis auferũtur hæreditates, & senatusc. cõs. Syllaniano.

a l. si quis. 33. §. 1. supr. de inoffic. testament. uide Vigl. et alios, Instit. de exhær. lib. & Dd. D. eod. de liber. & posthum.
b l. inter cætera. 30. de lib. & posthu.
c l. 1. de iur. de liber.
d l. cum antiquiorib. 19. hoc tit.
e l. 4. de repud. hæred. h. tit.
f l. ult. eo. tit.
g l. 2. h. tit.
h l. 1. & tot. tit. quemad. testam. aper.
i l. 2. h. t.
k l. 1. ff. eod. t. l. de his. 8. de transact.
l l. 1. & t. t. de senatusconf. Syllan.
m l. si ab. 11. §. 1. solut. matri. l. Lucius. de iur. fisc. l. cum ratio. §. ult. de bon. damn. ubi Bartol Schurff. cõsil. 43. cent. 1. Baldus l. 4. hoc tit. l. eam. 14. infrà de fideicommiß. n l. 3. de his quib. ut indign. l. sorori. hoc tit. Ias. Alexand. & Dd. in d. l. si ab hostib. 11. §. 1. sol. matrim. o l. ult. D. si quis aliq. testam. p Angel. l. qui in testamento. j. de his qui sibi adscrib. Ioan. And. ad Specul. de test. §. in primis. Lauren. Sylua. consil. 54. num. 10. Molin. consil. 32. numer. 16.
q uide omnino Syluanum d. consil. 54. Molin. consil. 31. 32. 33. 34. per tot. r infrà tot. tit. de his qui sibi adscrib. s l. 1. l. indignum. 3. l. si inimicitiæ. 9. cum sequent. de his quib. ut indig. t uide gl. & Dd. in l. fideicommissum. 27. j. de fideicom. & in l. sororem. 10. h. t. de his quib. ut indig. u l. 2. l. 5. 6. 9. & paßim. eo. tit. uide Cuiac. Nou. 18. x l. 4. h. t.
y d. l. 2. & paßim, ff. eod.

licta non ualent: sed manent in hæreditate, tanquam si scripta non essent[a]. Et ad hunc quidem modum ex testamento hæreditates & dignis acquiruntur, & indignis auferuntur, ac tum etiam fisco uindicantur. Ex codicillis uerò, & alijs ultimis uoluntatibus 36 hæreditates deberi petiq; nisi fideicommissariæ nequeunt[b]: quia nec relinqui hoc modo possunt[c]. Porrò legata 37, idoneis uerbis 38 relicta, ex his rectè petuntur: quocunque relinquantur modo, etiam instar fideicommissorum, hodie nutu[d]: coram quinque tamen semper testibus[e]: qui subscribere quoq; si in scriptis uoluntas fiat, debent[f]. Quorum quidem præstandorū tanta est necessitas, ut non possit hæres, tam ex testamento quàm ab intestato proximus, puta filius institutus in fraudem legatorum, (nam absque fraude licet[g], ut cum adiecta est testamento clausula codicillaris[h], aut similis[i], quæ relicta saluat, & ab intestato ualere facit[k],) omissa causa testamenti, quo ita legata depereant, ab intestato adire 39. nec enim ab intestato repetita intelliguntur nisi sit expressum[l]: eoque una cum destituto[m] per non aditionem, testamento[n], hac machinatione euerterentur & corruerēt[o]: quod ex facto hæredis admitti fuerit iniquissimum[p]. Cæterùm legata uel purè relinquuntur, uel sub conditione[q]: dū tamen ea turpis nō sit: ueluti cōditio uiduitatis 40, legatario imposita, & si quid pœnæ nomine relinquatur 41. Eiusmodi namq; conditiones pro non scriptis habentur: nec uitiant, ut in contractibus[r], sed uitiantur[s]. In eadem autem cum legatis causa sunt & fideicommissa 42: nam plurima habent communia[t] 43: ut quòd utraq; tam testamento quâm codicillis dentur, hodie quidem: nam olim legata non nisi testamento relinqui poterant: quodq;[u] tribus actionibus uidelicet personali, reali, & hypothecaria exigātur[x]: nisi aut causa adiecta sit legato uel fideicōmisso 44, aut

36. De codicillis.
37. De legatis.
38. De uer. & rerū significat.
39. Si omissa sit causa testamēti.
40. De indict. uiduitate, & de l. Iulia Miscella tollenda.
41. De his quæ pœnæ nomine relinquūtur.
42. De fideicōmiss.
43. Cōmunia de legatis & fideicōmissis, & de in rē missione tollenda.
44. De falsa causa adiecta legato uel fideicommisso.

a l. 1. §. de hær. instit.
b Instit. de fideicommiß. hæred.
c §. fin. Instit. de codicill. l. non codicillum. supr. de testam.
d l. nutu. 21. de legat. 3. Cuiac. ad Vlp. tit. 25.
e l. ult. hoc tit. de codicill. l. ult. infrà de donat. caus. mort.
f l. ult. uerb. sub notatione. ubi Ias. num. 12. hoc tit. C. de codicill.
g Bartol. l. licet. nume. 2. l. ult. si quis omiss. caus. testa. l. controuersia. 14. de transactio.
h l. eam. 14. C. de fideicommiss.
i Baldus numer. 14. Ias. numero 11. d. l. eam. Socinus. consil. 142. uolum. 1. Cornæ. consil. 62. numero 4. 6. 11. uolum. 2.
k d. l. eam. l. Titia. de inoffic.
l d. l. eam. ubi gloss. uerb. traditur.
m l. in quantitate. 73. ad l. Falcid. §. quantitas. 3. Institut. eod. §. cum autem. 8. Institut. de hæredit. quæ ab intestat.
n l. Papinianus. 8. §. ultimo. de inofficios. testamen.
o §. 1. Institut. eod. tit. l. intestatus. 69. de uerbor. significat.
p l. si ex legati. 33. de uerbor. obligat. cum similib.
q d. l. eam. infrà de fideicommiss. l. Papinianus. 18. §. ultimo. de inoffic. testamen. l. 1. si quis omissa causa test.
r §. si imposs. 8. Institut. de inutil. stipulat.
s §. hæres. Institut. de hæredib. instituen.
t l. 1. ff. de legat. 1.
u Vlpian. tit. 24.
x l. 1. & 2. hoc tit.

rum tam soli q̃ mobilium possessione, interdicto Vti possidetis [a] 6. Sunt etiam iudicia possessoria, prodita de exhibendis testamenti tabulis [b] 7, liberis 8, uxore [c], pignoribus, ex Saluiano interdicto, & ijs quæ precariò data sunt, ex bono & æquo restituendis 9: de ædificijs priuatis 10 probandis, ædificandis [d], reficiendis [e], uel ob nunciationem cui paritum non sit, uel quòd iniuria noui operis probata sit, non etiam negociandi causa demoliendis [f] 11, mutandis [g], iusto interuallo distinguendis [h], muniendis [i], ruri præsertim & loco periculoso, non etiam despoliandis [k]: de publicis operibus 12 instaurandis [l], aut de nouo (permissu tamen Principis) inchoandis [m], & sumptu partim publico, nempe tertiæ partis redituum Reipubl. [n] partim ab incolis collato [o], & periculo architectorum, si intra quindecim annos uitium apparuerit [p]: & de ædificijs publicis [q] priuatis'ue [r] hoc nomine emendis, diruendis, ornamentis transferendis [s], titulis & imaginibus aut tollendis [t], aut, cum authoritate tamen Principis (alioqui Maiestas uiolatur [u]) imponendis: de usu publici operis, quod in priuatorum solo ædificatum sit, ijs concedendo [x], in reliquis etiam quo ad celebrandas nuptias [y], inhibendo [z]: de priuatis tabernis in palatio factis permittendis aut demoliendis [a]: & ne prius noua opera publica inchoentur, quàm uetera perficiantur [b]: de rationibus 13 ac inspectionibus eiusmodi operum, siue publico priuatoque sumptu, à cuiusque ciuitatis patribus, hoc est, magistratibus & senioribus, quorum curæ ea committuntur, faciendis [c]. Est tamen cum executio, de qua dicere cœpimus, impeditur aut tollitur. Impeditur, cum debitor uolenti creditori pignoribus, fideiussoribus, nouis stipulationibus cauet, uel alioqui excipit. Tollitur sicut omnis obligatio, quando condemnatus rei iudicatæ solutione uel uera uel ficta, puta nouatione &c. satisfacit [d]: de quibus restat ut deinceps exponatur. Pignus 14 in rebus mobilibus dicitur propriè constitui, hypotheca in immobilibus [e]. Est autem pignus aut conuentionale, aut prætorium, aut iudiciale. Conuentionale constituitur tam expressè, per conuentionem hominis [f], quàm tacitè, per dispositionē legis 15, quomodo bona eorum qui censentur, uice pignoris tribu-

6. Vti possidetis.
7. De tabulis exhibendis.
8. De liberis exhibēdis.
9. De precario & Saluiano interdicto.
10. De ędificijs priuatis.
11. De op. nou. nunc.
12. De op. publ.
13. De ratiociniis operū publicorum, & de patribus ciuitatum.
14. De pignor. & hypoth.
15. In quibus causis pignus tacitè cōtrahitur.

a *ff. eod. quor. bono. cum t. seq.*
b *l. unic. h. tit.*
c *l. ult. ubi Dd. hoc tit.*
d *l. 1. 3. 5.*
e *l. 4.*
f *l. 2. C. ædific. priuat.*
g *l. 1. 3. h. tit.*
h *l. 9. l. penult. hoc tit.*
i *l. per prouincias. 10. h. tit.*
k *l. 2. 6. 7. 8. hoc tit.*
l *l. 1. 2. 3. 4. 5.*
m *l. 4. l. nemo. 12.*
n *l. 10. C. de operib. publ.*
o *l. 1. l. omnes. 11. h. tit.*
p *l. omnes. 7. h. tit.*
q *l. ædificia. 13. cum ll. seqq.*
r *l. si quādo. 5.*
s *l. nemo. 12.*
t *l. si quando. 15.*
u *l. si qui. 9.*
x *l. turres. 17.*
y *l. pen. h. tit.*
z *l. antep. penult.*
a *l. 16. h. tit.*
b *l. ult. h. tit.*
c *l. unic. h. tit.*
d *in princip. Institut. quibus modis tollatur obligatio.*
e *§. item Seruiana. Institut. de action. l. plebs. 237. §. fina. de uerbor. significat. l. si rem. §. 1. de pignoratitia actione.*
f *l. 1. de pignor. act.*

tributis obligata sunt [a], illorum qui cum fisco contrahunt, eidem [b]: possessiones omnes uectigalibus non tantùm ordinarijs, ut decimis [c], sed etiam indictionibus extraordinarijs [d]: & fortassis etiam pro annuo canone, quamuis id alij negent [e], fructus prædiorum rusticorum [f]: illata in prædium urbanum pensionibus [g]: res dotales necessitatibus primipili [h]: bona mariti pro tutela coniugis [i]: nauis, domus, aliáue res quælibet, nummis in restitutionem refectionemque illius mutuò datis [k]: bona prælatorum [l], tutorum & curatorum etiam, magistratuum aliorumque [m] administrationi [n], etiam patris quo ad dolum (non etiam culpam [o]) lucrumque prioris coniugij liberis conseruandum [p]: sicut & matris [q]: bona deniq; maritorũ doti [r], alimentis [s], paraphernalibus [t], donationi propter nuptias uxoris [u]: bona furis & aliorum delinquẽtium, pro malè ablatis [x]: testatoris pro legatis & fideicõmissis [y]: fundus assignatus alimentis, pro his ipsis [z]: hæreditas legitimæ [a]: res empta pecunia militis uel pupilli, his quorum est pecunia [b]: quod non obtinet in alijs, qui ad emendam rem mutuum dant. nec enim tacitam in re empta hypothecam habent [c], præterquam in militia empta [d], sed tantùm priuilegium personale [e]. Constituitur autem omne pignus

a l.1.h.tit.
b l.2.h.tit.
c Negu. de pignor. parte 2. memb. 4. num.126.
d l. impp. ubi Bart. de public. Ias.post Aretin. in l. apud Iulianum. §. hæres. de legat. 1. Bald.l.1.§. qui si nemo. quod cuius. uniuer. Neguz. nu. 125. Socin. consil. 243. Tho. de collect. in princip. numer.3.
e Neguzan. de pignor. parte 2. memb. 4. num. 126. f l.3. hoc tit. g l.4. de pac. l. ult. h. tit. Neguz. ibid. num. 128. h l.4. hoc tit. i l. penult. h. tit. l.2. C. quan. mul. tu. off. k l.1. D. eod. Neguz. num. 162. l Neguz. de pign. part. 2. memb. 4. nu. 126. m l. si nutu. ad municipa. glos. l.2. hoc tit. Neguz. ibi. nu. 119. n l. pro officio. C. de adm. tut. uid. Neguz. nu. 123. 124. o l. cum oportet. §. ult. & §. non autem. ubi gl. Bart. Bal. C. de bon. quæ lib. Neguz. de pign. 2. part. 4. memb. num. 13. p l. si quis prioris. § in illo. suprà de secun. nup. Neguz. præall. loc. num. 19. q l. hac edictali. §. omnibus. C. de secund. nup. Neguz. ibid. nu. 20. r l. unic. §. & ut plenius. C. de rei uxo. act. l. aßiduis. C. qui potior. s Angel. §. fuerat. Institut. de action. Socin. consil. 41. uolum. 4. per l. Lucius. qui pot. in pign. Neguz. ibid. numer. 51. t Ias. in d. §. fuerat. in fin. & l. maritus. C. de procur. Bart. & Bal. l. ult. per illum text. C. de pact. conuen. Neguz. ibid. num. 63. u l. ubi adhuc. ubi Bald. C. de iur. dot. d. l. aßiduis. C. qui pot. Neguz. ibi. num. 64. x Neguz. ibid. num. 124. per c. parochiano. de sepul. l. sancimus. C. de sacros. Eccles. Bald. & Salic. in l. furti. C. de furt. y l.1.2. C. comm. de legat. Neguzan. numer. 157. & an in donatione causa mortis. num. 162. z Bart. in l.2. l. Lucius. de alimen. legat. Neguz. num. 164. a Neguz. num. 164. Bald. consil. 171. uol. 1. b glos. l. quamuis. C. de pigno. Bart. Bald. Sal. in l. licet. C. qui pot. Neguzan. num. 163. l. idemq;. ubi Bart. & Dd. qui pot. in pign. num. 163. c Neguzan. numer. 163. d l. ult. cum Authen. sequen. C. de pignor. e l. quod quis. ubi glo. de priuil. credit. Bar. l. interdum. qui pot. Bal. l. quamuis ex ea. C. de pignor. & in l. licet. C. qui pot. Salic. in Authent. quo iure. quæst. 2. eo. tit. Neguzanz. numer. 163.

in rebus debitoris proprijs, non alienis 16. nam quæ in bonis non sunt nostris, pignori obligare rectè nequimus 17: ut nec ea quæ prioribus creditoribus, eoque potioribus 18 sunt oppignorata: aut in quibus alij creditores in priorum creditorum ius, debitam his scilicet soluendo pecuniam & hypothecam ad se transferendo, successerunt 19: quæque à priore creditore iure pignoris sunt distracta 20: aut quæ res cum alijs sunt communes 21. Nemo enim potest ius socij deterius reddere[a]: & proinde nec partem in re communi illius obligare[b], cum sit aliena[c]. Prætorium pignus 22 constituitur per missionem in bonorum possessionem, à prætore factam[d]. Iudiciale, cum in causa iudicati, ut rei iudicatæ, quomodo diximus, satisfiat, per modum executionis, res condemnati debitoris pignori capiuntur 23 & distrahuntur[e]. Illud ex edicto constituitur iure prætorio[f] (unde & nomen est[g]:) hoc extra edictum atque ordinem[h]. illud ex contumacia[i]: hoc ex condemnatione & re iudicata[k]. Illud in rem absque priuilegio temporis, inter eos qui sunt eiusdem tituli[l]: hoc in personam, habita prioritatis temporis ratione[m]. illius possessionem missus occupat[n], nō ut dominium acquirat, sed pignori incumbat[o] temporibus arbitrarijs[p]: hoc non occupat is cui satisfaciendum ex iudicato est, sed ex officio capit executor[q], post quadrimestre rei iudicatæ[r], & distrahit ex forma legis[s], post duos menses ultra quadrimestre illud elapsos[t], ut uictori de precio satisfiat[u]. Effectus autem pignoris in genere sunt complures. Primus, ut creditor illo uti possit etiam ad oppignorandum 24, non tamen frui 25. Licet enim omnis pignoris causa, hoc est fructus, accessiones, partus[x], &c. naturam principalis obligationis atque nexus hactenus sequantur[y], ut pignori sint[z], & teneri possint, citra nouam aliquā conuētionem,

Marginalia (left):
a uide ff. de seruit. & com. diuidun.
b l. 1. hoc tit.
c §. religiosū. Instit. de rer. diuis.
d l. missio. pro empto. l. 1. 2. hoc tit. l. 3. §. 1. de reb. eor. l. qui legati. C. ut in poss. leg.
e iuxta l. à diuo Pio. 15. de re iudica.
f l. 3. C. ut in poss. leg 1.
g Cuiac. obs. li. 5. cap. 30.
h l. si pignora. 50. de euict.
i l. Fulcinius. 7. & t. tit. ex quib. caus. in possess. eat. Dd. ad l. si finita. §. Iulia. de damn. infect. Spec. de 1. & 2. decreto.

Marginalia (right):
16. Si aliena res pignori data sit.
17. Quę res pign. obligari poss. uel non, & qualiter pignus contrahatur.
18. Qui potiores in pignore habeantur.
19. De ijs q in prior. creditorū ius succedunt.
20. Si antiquior creditor pig. uēdiderit.
21. Si communis res pignorata sit.
22. De prætorio pignore: & ut in actionibus etiā debitorū, missio prætorij pign. procedat.
23. Si in causa iudicati pign. captū sit.
24. Si pignus pign. datum sit.
25. De partu pignoris & omni casu.

k l. 2. 3. & tot. tit. suprà de execut. rei iudic. l l. cum unus. 12. ubi Alber. de reb. auth. iudic. possid. m l. si & iure. qui pot. in pign. n l. 1. l. cum remp. suprà qui pot. in pign. o l. 3. ne uis fiat ei. l. 13. §. fin. de bon. auth. iud. l. 5. ut in possess. legat. cum similib. p Cuiac. d. cap. 30. lib. 5. per l. prætor est. 1. l. si sunt. §. non autem. de damn. infect. l. 3. §. ult. de acquirend. possess. l. pen. l. ult. ff. de bon. auth. iudic. q l. 2. h. t. si in causa iudica. l. à diuo. 15. de re iudic. r l. ult. ff. de usur. rei iudic. s d. l. à diuo Pio. t l. debitoribus. 31. de re iudic. l. 1. C. Theod. de distract. pignor. Cuiac. obs. lib. 3. cap. 39. u d. l. à diuo. §. 2. 3. cum sequen. de re iudic. x l. restituere. 85. de uerb. signific. l. cum fundus. 31. in princ. si cert. peta. y l. cum principalibus. 139. de regul. iur. l. hi qui accessionis. de fideiuss. z l. 1. h. t. l. 4. l. pignoribus. 22. suprà de usur.

nem[a], etiamſi res ipſa principalis abſq; pacto expreſſo uel tacito retineri ita nequeat[b]. tamen non cedunt lucro creditoris: ſed primùm imputantur uſuris[c], deinde ſorti[d]: niſi pactum de fructibus lucrãdis interuenerit: quod ἀντίχρησις uocatur[e]: & ualet etiam ſupra legitimum uſurarum modum[f], propter incertitudiné fructuum[g], dummodo fraus uſuraria non aliunde appareat[h]: etiamſi certa pecuniæ pœna, quæ ſemper certa eſt[i], puta quadrupli adiecta, ni intra cõſtitutam diem ſolutum ſit, ad moderationem iuſti interuſurij reducatur[k]: cæterùm rediguntur etiam fructus ad legitimum modum uſurarum, cum nulla eiuſmodi pactio interuenit, & creditor eos pro uſuris retinet[l], ſicut ex conuentione etiam nuda retinere poteſt[m]: quanquam petere niſi ex ſtipulatione non poſsit[n]. Facilius enim retentio tanquam exceptio indulgetur, quàm exactio uelut actio[o]. Quam ob rem etiam abſq; pacto uidetur creditor de fructibus rei ſibi pignoratæ ad iuſtam uſurarum menſuram retinere poſſe[p]: cum iniquum fuerit: & bonæ fidei, qua pignus initur[q], diſſentaneũ, debitorem gratuita pecunia uti[r], creditorem fructu pecuniæ ſuæ ſimul & pignoris carere[s], atq; ita ſuum ſibi officium damnoſum eſſe[t]. Secundus effectus

26. De remiſsione pignoris.

eſt, ut niſi facta ſit pignoris remiſsio 26, aut expreſſè per cõuentionem, qua cõuenit ut ab hypotheca diſcedatur[u]: aut tacitè, puta reddendo principale chirographum[x], inq; uenditionem pignoris conſentiendo[y], retinendi illius ius creditor habeat, etiam in aliam cauſam quàm cuius gratia obligatum eſt: puta ob pecuniam chirographariam, quæ citra ſecuritatem, mutuo fortè data eſt, & tantùm chirographo confeſsionis, de accepta debitaq; pecunia confecto, credita atque cauta 27. manet enim retinendi pignoris ius, donec & illa debitio diſſoluatur. Tertius, ut niſi fiat ſolutio, diſtrahi pignus poſsit 28: quam diſtractionem debitor impe-

27. Etiam ob chirographariã pecuniam pignus teneri poſſe.

28. De diſtractione pignorũ.

a l. 4. l. pignoribus. 22. ſuprà de uſur. l. cum debitor. 8. ff. in quib. cauſ. pign.

b l. 1. de pigno. action. & l. 3. 4. de pact. tot. tit. hîc & ff. in quibus cauſis pign. tac.

c l. 2. ĩ. de pac. pigno. l. ſi ea. 14. ſuprà de uſur. l. cum debitor. 8. ubi gloſſ. & Dd. in quibus cauſ. pig. tac. contrah.

d l. 2. hoc tit. l. 1. ĩ. de diſtract. pig. l. 1. 2. ſup. de pign. act. l. ſi dominiũ: ſuprà de pig. l. ex prædijs. 11. ſupr. de uſur.

e l. ſi is. 11. §. 1. de pignorib. l. ſi pecuniã. 33. de pigno. act. Cuiac. obſ. lib. 3. cap. 35. Molin. de uſur. quæſt. 32.

f Cuiac. obſ. lib. 8. cap. 17. g l. ſi ea. l. ſi oleo. 23. l. ſi ea. 11. C. de uſur. h l. cum non frumentum. 16. ſuprà de uſur. Neguz. tract. pigno. 5. memb. part. 5. nu. 10. i l. 3. de in litem iuran. k l. cum allegas. 15. ſuprà de uſur. l l. uſuræ. 34. de uſur. m l. 4. l. pignorib. 22. ſup. de uſur. n d. l. pignorib. 22. ſup. de uſur. ita accipe quod dicitur, abſq; ſtipulatione non deberi, l. Titius. 26. de præſcrip. uerb. l. 10. § ſi quis. mandat. o l. ſumptus. 49. de rei uend. p l. cum debitor. 8. in quib. cauſ. pig. Cuiac. obſer. lib. 8. c. 17. q §. actionum. Inſt. de act. r d. l. cum debitor. s l. fructus. 13. ſuprà de actio. empt. l. initio. 5. ſuprà de pact. int. empt. & uend. t l. ſed ſi quis. 7. quemad. teſta. aperian. u l. 5. ff. quibus mod. pig. x l. creditricem. 7. hoc tit. uide l. 3. & 4. de pact. y d. l. 4. hoc tit. l. Caius. de pig. act.

impedire nequit 29, nisi iniuria neque solenniter fiat 30: hoc est, non seruata lege uenditionis, si expressa sit[a]: aut cum dicta non est, omissa trina denunciatione[b], testato facta[c]: quo casu etiam uendicatione, à quolibet possessore reuocari alienatum potest[d]: aut nisi debitor luere rem uenum expositam per solutionem eius uelit 31. Quartus, quòd hypothecæ obligatio transeat utrinque in hæredes creditoris & debitoris in solidum 32: quamuis obligationes alioqui personales inter hos pro hæreditarijs portionibus ipso iure diuidantur[e]. Quintus, ut nisi obstet creditori exceptio pecuniæ cautæ, non numeratæ 33, ius etiam dominij 34, in pignore, quando distrahi commodè nequit, impetrare à Principe solenniter post biennium possit[f]. Nam solenni quadam, præscriptaque legibus ratione est impetrandum[g]: non etiam improbatis in pignorum causa legis commissoriæ pactis, in quæ circumuenti necessitate debitores facilè se dimittant, inducendum[h] 35. Usu quandoque uenit etiam, ut executio per exceptiones, quarum nonnullæ post sententiam in executione opponi possunt[i]: aut per præscriptiones 36, quæ dilatoriè ad moderandam uel alio modo instituendam executionem, opponuntur[k], aliquandiu impediatur[l]: ut si res quæ in executionem capitur, excipiatur esse litigiosa 37, sic ut distrahi, aut in solutum dari nequeat[m]. Tollitur executio nouis stipulationibus 38, dum tamen non inutilibus 39, per reos debendi, expromissores 40, fideiussores, mandatores 41: nouatione, delegatione 42, solutione, liberatione 43: puta remissione debiti[n], & pacto liberatorio: uel acceptilatione 44: quæ ciuilis quædam & imaginaria est solutio, ac stipula-

29. Debitorem uenditionem pignorum impedire non posse.
30. Si uendito pignore agatur.
31. De luitione pignoris.
32. Si unus ex pluribus hæredibus creditoris uel debitoris partem suam debiti soluerit uel acceperit.
33. Si pignoris conuentionem numeratio pecu. secuta non fuerit.
34. De iure dominij impetrando.
35. De pactis pignorum. 36. De exceptionibus & præscriptionibus.
37. De litigiosis. 38. De contrahenda & committenda stipulatione. 39. De inutilibus stipulationibus. 40. De duobus reis stipulandi & promittendi.
41. De fideiussoribus & mandatoribus. 42. De nouation. & delegationibus. 43. De solutionibus & liberationibus.
44. De acceptilationibus.

a l. 4. de pigno. l. ultim. infrà de iur. dom. impe.
b l. 4. de pign. actio. quæ etiam opus esse, cum nihil de pignoris uenditione conuenit, ostendit Paul. lib. 2. cap. 5. & 13. quia tunc actum intelligitur ne ueneat. l. 3. in fin. quæ res pign. oblig.
c l. 4. suprà de distrac. pign. Cuiac. obser. lib. 5. cap. 31. l. si is qui. 75. de furt. d. l. 4. d. l. ultim. Paul. lib. 2. cap. 5. & 13. §. 2. Institut. quibus alien. lic. ubi dixi.
d l. 2. l. penultim. hoc titul.
e l. ultim. hoc titul. l. ea. suprà famil. herciscund. l. 2. suprà de hæred. action.
f l. fin. hoc titul.
g d. l. ulti.
h uide titul. 29. lib. 1. de feud. dato in uicem legis commissoriæ.
i l. Nesennius. 41. §. ultim. de re iudic. l. ex diuerso. §. ultim. de re iudic. cum simil. d. l. 1. suprà de iur. & fact. ignor.
k l. 2. & 3. ff. de except. Institut. eod.
l l. 1. suprà de iur. & fact. ignor. l. eleganter. §. si post. de cond. indebi. l. post rem. de transactionib. l. si fideiuss. de dol. except. l. fin. suprà si ex fals. instr. l. à diuo Pio. §. si super rebus. de re iudicat. cum simil.
m l. 2. cum seq. hoc tit. in Authen. de litig. uide omnino Panormita. & Dd. c. unic. de alienatione iudicij mutandi causa.
n l. tale. 41. l. 34. de pact. tot. tit. de lib. leg.

pulatione Aquiliana plerumq; conſtat [a]: quia hiſce modis tollitur omnis obligatio [b], & conſequenter executio [c]: excepta euictionis cauſa 45, quæ quemlibet ſoluentem nihilominus obligatum tenet [d] (quia pro non ſoluto eſt, quod euinci poteſt [e]) præter creditorẽ qui pignus diſtraxit 46. Et hic quidem eſt progreſſus atq; exitus ordinariorũ iudiciorum ciuilium. Quia uerò ſuprà poſuimus, alia quædam eſſe extraordinaria, quæ imploratione officij iudicis ſummariè atq; arbitrariè expediantur [f]: ideo poſtquam de illis hactenus dictum eſt, hæc quoq; obiter ſunt attingenda: in quibus extra ordinem, implorato nimirum iudicis officio, pro rerum perſonarumq; uarietate, uariè proceditur [g]: ut cum quæſtio incidit de patria poteſtate 47, & liberorum erga parentes contumacia, arbitrio patris, uel iudicis, ſi atrocior ſit, coercenda [h]:

δειναὶ γὰρ κατὰ γαῖαν ἐρίννυες εἰσὶ τοκήων,

ut eſt in Orphei uerſu: de controuerſijs inter patrem & filios (quos inter uerum iudicium eſſe non poteſt [i]) natis [k], ex ea re ſummariè cognoſcendis [l]: de adoptionibus 48, emancipationibus 49, quæ & ipſæ ſummariè abſoluuntur [m]: de ingratitudine 50 liberorum, quam propter emancipationes reuocandæ [n], non libertates adimendæ ſunt [o]: de ijſdem captis ab hoſtibus, & poſtliminio reuerſis aut redemptis 51, aut infantibus (id quod capitaliter punitur [p]) expoſitis 52: de longa conſuetudine 53: quæ an iuri præpollere debeat, præſidis cauſa probata eſt cognitio [q]: de donationibus 54 uel puris, uel ſub modo, conditione, aut ex certo tempore 55, inter uiuos priuatim conficiendis: uel ad acta quod ſummatim abſque cauſæ cognitione fit [r], quando precium quingentorum aureorum excedunt, inſinuandis [s]. Nam iure ueteri donationes non erant ſpecies contractus [t], ſed generalis quidã acquirendæ rei modus [u], de quo extra ordinem prætores cognoſcebant [x]: ſiue ageretur de implendis, ſiue de ijs reuocandis 56: non quidem pœnitẽtia [y], amiſsione inſtrumẽti [z], nec ex reſcripto [a],

uerùm

45. De euictionibus.
46. Creditorem euictionem pignor. non debere.
47. De patria ptãte.
48. De adoptionib.
49. De emancipation.
50. De ingratitudine liberorum.
51. De poſtlim. reuerſis, & redẽptis ab hoſtibus.
52. De infant. expoſitis liberis & ſeruis, & de ijs q ſanguinolentos nutriẽdos acceperunt.
53. Quæ ſit longa conſuet.
54. De donation.
55. De donationib. quæ ſub modo, uel ſub conditione, uel ex certo tẽpore conficiuntur.
56. De reuocandis donat.

a §.2. Inſt. quibus modis tollit. obl. l. ult. h.t. l.6.8.13. ff. eod.
b Inſtit. quibus modis tollit. obl.
c l. ſi reus paratus. de iudic.
d l. Iulianus. 131. §.1. de uerbor. oblig. toti. de euic. hic & ff.
e l. quod euincitur. 151. de reg. iur. l. non quocunque. l. 1. ff. de leg. 1. uide Tiraquell. de retrac. conuen. §.2. glo. 1. nu. 26.
f ad tit. de iudicijs.
g l. quòd ſi minor. §. ult. de minor.
h l.3. ubi gl. & Dd. h.t.
i l.4. de iud.
k l.4. h.t.
l gl. & Dd. d. l.4.

m l. ult. hoc tit. §. ſerui. Inſtit. de libertin. n l. unic. h. tit. o l. ult. ſuprà de pat. pot. p Nouell. 153. de infan. expoſ. q l.3. hoc tit. quæ accipienda eſt de conſuetudine legem præcedenti, ut l.5. de iura. calum. l.1. h. tit. non ſequente, l. de quibus. 31. de legib. c.1. & 10. diſt. 11. l.1. uerb ſtatuet. C. quæ ſit long. conſuet. r l. donatio. 25. hoc tit. de donat. Angel. poſt glo. & Dd. §. aliæ. 2. Inſtit. de donat. l. pen. hoc tit. s l.25.26.27.30.31.32.34.36. hoc tit. de donat. t l.3. §.1. de act. u Inſtit. de donat. in princip. x uide ff. de donat. & de precar. y l.3. hoc tit. z l.2. hoc tit. a l.5. hoc tit.

uerùm propter ingratitudinem donatarij[a] probatam[b]: si
forsitan atroces iniurias in donatorẽ effuderit: uel manus
ei impias intulerit: uitæ periculum, bonis dispendium attu
lerit: pactis non steterit[c]: aut donator liberos postmodum
susceperit[d]: siue de donationib. causa mortis factis 57 tra- 57. De donat. causa mortis.
ctaretur. quod genus instar ultimarum est uoluntatũ[e], quo
ad insinuationem[f] & testes[g], & postquam in esse productũ
est[h]: secus quo ad constitutionem & causam efficientem[i],
seu respectu personarum, quas peræquè ut in reliquis con
tractibus oportet ad id esse aptas, & (ut aiũt) qualificatas[k].
Item cum quæritur de pœnis cœlibatus, & propterea de
decimarijs seu decimis ex lege Papia 58 exigẽdis. Etenim 58. De infirmãdis pœ. cœliba. & orbitatis, & de decimarijs sublatis.
lege Papia Poppæa, quæ M. Papio & Q. Poppæo coss. sub
Augusto de maritandis ordinibus lata est[l], inter alia cau-
tum fuit, ut quæ ciuis Roma. testamento, orbis hominibus
relinquerentur, eorum decima pars auferretur, & redige-
retur in fiscum: quæ pœna primùm inter coniuges sublata
est[m], cum per illos non stet, quo minus liberis Respub. au-
geatur: postea uerò ut libertas cõtrahendi nuptias sit am-
plior, generaliter est antiquata[n]: sicut ediuersò priuilegia
ac iura trium liberorum 59, quæ olim speciali Principis be 59. De iure liberorũ.
neficio concedebantur, hodie ius commune facta sunt[o].
Atque hactenus quidem de iudicijs ciuilibus, tam ordina-
rijs quàm extraordinarijs dictum est: quibus ita perlustra-
tis, ad alterum genus iudiciorum, uidelicet criminalium,
est transgrediendum.

LIBER IX.

IN quorum aditu de personis quæ criminalia sustinent
iudicia, nempe accusatore, ueluti huius litis principe,
tum iudice atq; reo quæritur[a]. De accusatore, quinam
accusare possint, uel non possint 1. Accusare possunt om- 1. De ijs qui accus. nõ possũt.
nes qui non prohibentur[b]. Prohibentur alij ob sexum, ut
mulieres, nisi suam iniuriam persequantur[c]: alij ob ætatẽ,
ut minores sine authoritate tutorũ & curatorum[d]: alij ob
dignitatem & ordinẽ, ut milites: excepto si se uindicent[e]:
alij ob turpitudinẽ, ut rei criminis[f], infames[g]: alij ob cha-
ritatem & reuerentiam, ut alumnus alumnum[h], frater fra-
trem[i], præterquam in leuioribus[k]: libertus patronum[l]:
dome-

a l.1.7.pen.ult. hoc tit.
b l.1.2.pen.ult.
c l.ult.h.t.
d l.antepe.h.t.
e l.ult.h.t.l.12. de public. in rem act.
f l.ult.h.t. Tiraq. l. si unquam. uerb. donatione. C. de reuo. don. Ferra. in for. lib. donatio. Schurf. cons. 6.46. cent. 1.
g d.l.ult.
h Schurff. d. cons. 6. Guid. Pap. decis. 325. potest. nu. 5.
i Schurff. d. cons. 6.
k uide latissimè Tiraq. de legib. connub. uerb. contracter. num. 58. cum seq.
l uid. Dionem. & c. quædã. dist. 2.
m l.2.h.t.
n ut patet ex rubr. hic, de pœn. cœlib.
o uide Plinium lib. epistol. ad Traian. & Martial.

a c. forus. de uerb. signific. b c. sanè. pen. 15. q. 3. uide l. qui accusare. 8. cum seq. eod. & caus. 3. quæst. 4. c l. 4. 5. 9. 10. 12. hoc t. d l. 2. h. t. e l. non prohibentur. 8. hoc tit. f l. 1. l. antepen. h. t. g l. criminis. 15. h. t. h l. iniquum. 17. h. t. i l. si magnum. 12. h. t. k l. si sororem. 18. h. t. l l. ult. h. t.

domeſtici & familiares patremfamil.[a] extrà quàm in crimine maieſtatis[b]. Hæc de accuſatore. De iudice porrò quæritur, apud quem, qua forma & modo inſcriptionis, futurique deſcriptione iudicij, accuſatio ſit inſtituenda[c] 2. Iudices hìc competentes ſunt, quibus ius gladij, merúmque imperium eſt[d], quorumque in iuriſdictione uel domicilium habet reus, cuius forum actor ſequitur[e], uel delictum admiſit[f]. De reo uerò in quæſtionem uenit, quínam rei peragi poſsint[g], & quemadmodum accuſatione inſtituta in iure exhibendus ſit reus, aut ad locum delicti, uel ſi miles ſit, ad magiſtrum militum tranſmittendus[h] 3, cuſtodiendus 4: in publica ſcilicet magiſtratus cuſtodia, non in carceribus priuatorum: qui omnino ſunt interdicti 5, niſi ut ad uigintiquatuor horas nocens detineri poſsit, donec iudex accerſatur[i]. Item quis ordo aut exitus iudicij, ſi reus uel accuſator pendente lite mortuus fuerit 6, aut naturali[k], aut uiolenta & ſibi conſcita morte[l]. Deinceps de ſingulis accuſationum ſpeciebus ac iudicijs: & qua, quæque delicta, lege accuſentur & coerceantur. Iudicia autem eiuſmodi aut ſunt publica, aut priuata, aut extraordinaria[m]. Publica à populo dicta ſunt[n], quæ publica aliqua lege de publico crimine ita conſtituuntur, ut ſint publici iuris, & ad populum ac Rempub. uelut iniuria affectam, pertineant[o]: ut cum quæritur de eo qui Deo, regi regum & domino dominantium, conuicium fecit[p] aut Imperatori maledixit 7. Eſt enim crimen hoc læſæ maieſtatis 8: quod l. Iuliæ publico coercetur iudicio, etiam in liberis nocentum[q], atq; adeò defunctis[r], circumſcripto omnis dignitatis priuilegio[s]: quanq̃ maledicta quibus crimen ſeditionis aut conſpirationis abſit, repentino aliquo calore, petulantiæ temulentięue in ſe congeſta, leuius Impp. puniant[t]: in diuinam Maieſt. effuſa, grauius[u]. Item de adulterio commiſſo in matrẽfa.[x] qđ capitale eſt[y], aut in ſponſam alienã[z], qđ miti⁹ & arbitrariè punitur[a]: & de ſtupro 9 uiduę aut uir-

C gini,

2. De accuſatiõ. & inſcription.

3. De exhibendis & tranſmittendis reis.

4. De cuſt. reorum.

5. De priuatis carceribus inhibendis.

6. Si reus uel accuſator mortuus fuerit.

7. Si quis Imp. maledixit.

8. Ad l. Iul. maieſtatis.

9. Ad l. Iul. de adult. & ſtupro.

a l. pen. h. t. *b* d. l. pen. hoc tit. *c* l. 1. 4. 6. 7. 8. 18. h. t. de accuſ. *d* Bal. l. cum proponas. ſuprà de bon. author. iudic. Boer. deciſ. 215. nume. 33. fac. l. 1. de offic. eius. *e* l. ultim. ſuprà de for. compet. *f* l. 1. ubi dixi. ſuprà, ubi de crimin. *g* uide l. hos. 12. ff. eod. *h* l. 1. h. t. *i* Bart. l. capite. num. 3. de adulter. *k* l. 1. 2. 3. 4. 5. h. t. *l* l. 4. h. tit. uide ff. de his qui ſibi mort. *m* l. 1. de priua. delict. ubi dixi. & de extra. crim. & pub. iud.

n in princip. Inſtit. de pub. iudic. ubi dixi. l. bona. 15. de uerbor. ſignific. *o* in princ. Inſtit. de pub. iudic. ubi dixi, & ff. eod. *p* §. ult. in Authent. ut non luxurien. cont. nat. Nouell. 77. Leuit. 24. ubi pœna mortis præſtituitur. *q* l. 5. hoc tit. *r* l. pen. l. ult. hoc tit. §. 2. Inſtit. de pub. iudic. *s* l. 3. hoc tit. *t* l. unic. hoc titul. *u* d. §. ultim. ut non lux. in Authent. Nouell. 77. *x* l. 6. §. 1. l. ſtuprum. 35. de adulter. *y* l. quamuis. 30. in fin. hoc titul. *z* l. ſi uxor. 13. §. 1. de adulter. l. propter. 7. hoc titul. Cuiac. obſeru. lib. 6. cap. 16. *a* Salic. l. eum. 18. hoc tit. de adulter. Angel. in tracta. malefic. che hai adulterato. nume. 16. 65. Alex. conſ. 165. uiſis. uolum. 7.

gini, præsertim nondũ uiripotenti[a], pupillæúe cuius quis tutor fuerit 10 (nam omne eiusmodi flagitium, in his quibus imperari potest, stuprum est, & quidem penè uiolentum[b]) aut dominæ cuius quis seruus sit, oblato 11: quod quidem ui commissum, punitur capite[c]: citra uim, damno bonorum, aut relegatione, etiam fustigatione in humilioribus[d]. Sed & dominam, si tamen honesta sit[e], quæ occultè cum seruo rem habuit, capitali sententiæ, seruum ipsum ignibus lex dedit[f]: quod qui ad illustres nobilésue nostri temporis, quæ cum ministris suis non seruis consuetudinem habent, extendere uolunt, nimis faciunt duriter, prætérque legis sententiam & rationem[g]. Item de ui publica, quæ fit cum armis & turba, cuius pœna est deportatio[h]: & priuata 12, sine tumultu armisq́; facta, quæ tertia bonorum parte multatur[i]: quo etiam raptus uirginum & mulierum[k] (in quibus maritatis adulterium raptui coniungitur, & acrius uindicatur[l]) etiam ancillarum meritò refertur[m] 13: qui raptus nisi per insecutum coniugium mitigetur[n], in ingenuis pœna sancitur capitis & amissionis bonorum[o], in non ingenuis, supplicio tantùm, saluis bonis[p]: non modò in authoribus, sed ijs etiam qui rapinæ affuerunt[q], siue inuitis, siue etiam uolentibus mulieribus, dummodo parentibus eius inuitis, fuerit perpetrata[r]. Quod tamen statutis plerunq; non obtinet[s], quia raptus propriè uiolentiam denotat[t]: uerba autem statutorum propriè sunt accipienda[u]. sed & huius pœnæ acerbitatem duntaxat obtinere, quãdo stuprũ, seu carnalis copula secuta est, receptius uidetur[x]: quia uis cum stupro tum concurrit, & duplex delictum maiore pœna dignum est[y]. absq; hoc arbitrariæ locum esse uolunt: etiamsi hanc alij distinctionem repudient[z], maximè ex ordin. Imperij & Saxonico iure, quo uis per se capitalis est[a], cumprimisq́; si conatus stuprandi accesserit[b]. Ab hac tamen

10. Si quis eam cuius tutor fuerit, corruperit.

11. De mulier. quæ se proprijs seruis coniunxerint.

12. Ad l. Iul. de ui publica seu priuata.

13. De rap. uirginum seu uiduarum, nec non sanctimonialiũ.

a l. si quis. 38. §. qui nondum. de pœn. uide Angel. Clar. lib. 2. Boss.
b uide Angel. tracta. malefic. che hai adulterato. Clar. lib. 5. senten. uerb. stuprum. uide l. stuprum. 35. de adult.
c l. 1. de extraord. crim.
d §. item lex Iulia. 3. Inst. de pub. iud.
e l. senatores. 47. de ritu nupt.
f l. unic. h. t. de mul. quæ.
g ut Angel. in tracta. malefic. che hai adulterato. nu. 53. Paul. Gril. de pœn. omnifar. coit. quæst. 6. nu. 7. Boss. eo. tit.
h §. item. 7. Instit. de pub. iud. l. 10. §. ult. ad l. Iulia. de ui.
i d. §. item. l. qui dolo. 10. in fi. de ui pub. l. 1. l. ult. de ui pri. l. hos accusare. 12. §. omnib. de accusat.
k §. item lex Iulia. 7. uersicul. sin autem. Inst. de pub. iud.
l l. unic. l. 1. h. t.
m l. unic. §. antepen. h. t.
n ita uidetur colligi ex Nou. 143. c. pen. de rapt.
o l. unic. in princip.
p l. unic. §. & siquidem.
q d. l. unic. in fin. §. item. 7. Inst. de pub. iud.
r l. unic. h. t. uide omnino Boss. de rap. nu. 15.
s Boss. de rap. nu. 5.
t Alex. Cast. & Dd. l. si eximendi. in prin. ne quis eum, etc.
u gl. & Dd. præsertim Sal. l. 2. sup. de nox. act. l. 1. §. si is qui. de exercito. act.
x Clarus lib. 5. sent. §. raptus. Opin. com. tom. 3. Anan. c. cum causa. de rapto. Cepol. cons. 57. latè Hipp. l. unic. h. t. Boer. decis. 316. nu. 4.
y d. l. unic. uers. quæ multo magis.
z Boss. de rap. nu. 14. cum ibi allega.
a art. 13. lib. 2.
b Clar. lib. 5. de rapt.

14. De emẽdatione seruorum.
15. De emẽdatione propinquorum.

tamen ui absunt priuatæ seruorum emendationes 14 aut propinquorum 15, ut filiorum[a], domesticorum[b], discipulorum[c], mercenariorum[d], suorumq; hominum[e], qui seruitutem quandam seruiunt[f]. Vim enim non facit qui suo iure utitur[g], nec iniuriam, qui emendandi potius q̃ contumeliæ causa, domesticũ uel propinquũ coercet[h] lenius[i], adhibitis etiam uerberibus[k] & flagellis[l], plagisq; mediocrib.[m], sicut & Sapiens præcipit[n]: Ne pudeat crebrę castigationis liberorũ, & malum seruũ uerberibus cruentare. sine tñ infami iniuria[o], hoc est, absq; atrocitate uel inhonestate[p]. Nimia enim etiam præceptoris sæuitia, culpæ assignatur[q]: & uel ipsorũ parentum ptás non in atrocitate consistere debet, sed pietate[r]. Et hæc quidẽ crimina publicis legis Iuliæ iudicijs uindicantur. Lege porrò Cornelia puniuntur sica-

16. Ad l. Cornel. de sicarijs.

rij 16, non tantùm qui prorsus occidunt, sed etiam hñis necandi causa ambulant, armãtur, insidiantur[s], cũ telo sunt[t], aut in magistratu contra hñis necem quid faciunt[u]. Sed hodie non secuto euentu, per generalẽ quandã consuetudinẽ pœna mitigat̃[x]: nisi fortè uis, ut s̃. dixi, publica, præsertim atrox accesserit[y]. Quod cũ ita sit, putandũ est non ęquè facilè atq; impunè occidi posse aggressorẽ, sicut olim[z]: cum aggressus ipse capitalis per se foret[a]. Eãdẽ lege tenentur & parricidę, hoc est, qui intra quartum propinquitatis gradũ coniuncto manus attulerũt[b]: quanq̃. qui parentes uel libe-

17. De ijs qui parentes uel liberos occiderint.
18. De maleficis & mathematicis, & similibus.

ros occidũt 17, ex l. Põpeia suppliciũ acerbius sustineant[c]. Itẽ malefici 18 & mathematici[d], qui ueneficijs & malis artibus (quas tam discere quàm docere prohibitum est[e]) hominum uitæ ac saluti insidiantur. quod & ipsum homicidij species est: nam plus est hominẽ extinguere ueneno quàm gladio[f]. quod genus quia non modò uiuentes, sed & mortuos polluere, cõtrectare, atq; adeò spoliare solet[g]: ideo &

 de se-

a *l. aut facta. 16. §.1. uerb. à parente. de pœn. l.2.3. C. de pat. pot.*
b *c. duo nomina. 23. q. 4.* Alex. *consilio 75. uisis. nu.1. 2. uol.3.*
c *d.l. aut facta. §.1. l.5. §. ult. cum l. seq. ad l.* Aquil.
d Alex. *d. cons. 75. cum ibi al legat.*
e Bald. *l. unic.* C. *emend. seruorum nu.1.*
f *l.4. de usu & hab.* Theoph. *§.1. Inst. eod. l.1. §. familiæ. §. si filiusfa. de ui & ui arm. l. si libertus. de furt. l. respiciendũ. §. furt. de pœ.*
g *l. factũ. 197. de regu. iur. l. 3. §. pen. quod ui aut clàm. l. prætor. §. si quis. de oper. nou. nunciat.*
h *l. iniuriarum. de iniur. l.3. de lib. hom. exhib.*
i *l.5. §. ult. ad l.* Aquil.
k *l. aut facta. 16. §.1. de pœn.*
l d. Authent. ad *hæc.* Alex. *d. cons. 75.*
m Authen. *ad hoc. uerb. plagis mediocrib. castigare.* C. *de* Lat. *lib. toll.*
n Eccles. *42. 33.* Prouerb. *10. 13. 23. 29.*
o *§. ultim.* Instit. *de his qui sunt sui uel al.*
p Alexand. *d. cons. 75.*
q *l. præceptoris. 6. ad l.* Aquil.
r *l.5. ad l.* Pomp. *de parricid.*
s *l.1. §.2. ff. eod. l. is qui. 7. h.t.*
t *l. aut facta. 16. §. euentus. 7. de pœn.*
u *l.9. de sicar. l. antepen.* C. *de quæst.*
x *Spec. de accusa. §.1. num. 7.* Bal. Cyn. *&* Dd. *d.l. is qui cum telo.*
y *d. art. 13. lib. 2. & in ordin.* Imp. *l.3. §. aduersus. 7. de sepul. uiol.*
z *l.2.3. h.t.*
a *d.l. 2.3. d.l. is qui cum telo.*
b *l.1. l. pen. ad l.* Pomp. *de parricid.*
c *d.l. penul. ad l.* Pomp. *de parricid. §. item.* Inst. *de publ. iud.*
d *uide* Pan. *c.2. de sortileg. c. illos. cum seq. 26. quæst. 2.*
e *l. pen. h.t. l.8.* C. Theod. *eo.*
f *l.1. h.t.*
g *l.4. h.t. de sepul. uiola.*

de ſepulchro uiolato quas 19 publicum eſt iudicium capitis [a], metalli [b], relegationis [c] tanquam de ui [d] & ſacrilegio [e], in illos conſtitutum, qui ſepulchra quouis modo uiolant: quanquá & priuata & extraordinaria etiam actio hoc nomine præſtò ſit: quod omnium ferè delictorũ eſt ius commune [f]: ſcilicet ut de his agi poſsit uel ciuiliter ad intereſſe & pœnam ciuilem pecuniariam [g], uel extra ordinem ad arbitrariam [h], uel etiam publico iudicio ad capitalem [i]: odio nimirum nocentum, quo pluribus iudicijs & animaduerſionibus coerceantur [k]. Sunt etiam iudicia publica conſtituta l. Fauia de plagiarijs 20, etiam ſeruis [l], qui in alienos liberos inuolant, liberum hominem uel ſeruum alienũ ſupprimunt [m]: quo nomine pœna capitis hodie damnantur [n]: l. Viſcellia 21 de libertis, qui in dignitates & munera ingenuorum dolo malo, hoc eſt, non impetrato aureorũ annulorum iure, ſcienter irrepſerunt: quod à falſo non multum abeſt: id quod l. Cornelia de falſis 22 regulariter deportatione, interdum pœna quoq; coercetur capitali [o], ſed plurimùm arbitraria [p]: quanquam & conſtitut. teneant eos, atq; puniant: qui ſibi falſò quid adſcribunt in alterius teſtamento 23 ualente [q], non inualido [r] (nec enim falſum committitur, niſi in ſcriptura, quæ fidem mereatur [s]:) aut qui falſam monetam cudunt 24 niſi ante perfectionem pœnitentia ducti deſiſtant [t]: quiq; nomen ſtatúmue mutant fraudulenter [u], non uerbo tantùm [x], ſed actu aliquo ad alium decipiendum inſtructo 25. Item l. Iulia de ambitu 26, repetundarum 27, de pecunia contra legem pro officio nundinato in magiſtratu accepta [y]: de crimine peculatus 28, hoc eſt, furto pecuniæ publicæ [z]: & ſacrilegij 29. quæ crimina arbitrariè puniri, paulo antè oſtenſum eſt [a]: certè in minoribus officijs etiam ſummo ſupplicio uindicata paret [b]. & de ſeditioſis 30, in quos grauiſsimè pœna mortis, aut arbitraria animaduertitur [c], authoribus in furcam tollẽdis, aut beſtijs ſubijciendis, aut deportandis [d]: quiq; plebem audent aduerſus

19. De ſepulch. uiolato.
20. Ad l. Fauiã de plagiarijs.
21. Ad l. Viſcelliam.
22. Ad l. Cornel. de falſ.
23. De his qui ſibi aſſcrib. in teſtam.
24. De falſa moneta.
25. De mutat. nominis.
26. Ad l. Iul. de ambitu.
27. Ad l. Iul. repetundarũ.
28. De crimine peculatus.
29. De crimine ſacrilegij.
30. De ſeditioſis, & de ijs qui plebem audẽt cõtra Rẽp. colligere.

a l. 3. §. aduerſus. 7. ff. eo.
b d. l. 3. §. 7. & l. ult. ff. eod. l. 2. hoc tit.
c l. ult. ff. eod.
d l. ſepulchri. 8. de ſepulch. uiol.
e l. 5. uerb. pœna ſacrilegij. h. t.
f l. unic. infrà ad l. Viſcell.
g ut in l. 2. C. de ſep. uiol.
h l. ult. de fur. uide Barto. l. ullum. de priua. delic.
i uide Cuiac. de extraord. crimin. & de priuat. delict.
k §. ſic itaque. uerſ. planè. Inſtitut. de actio.
l l. lege. 12. de manumiſſ. l. in bello. 12. §. ſi deportatam. 10. de capt. & poſt. reuer.

m l. pen. eo. l. ſi abducta. 10. ſup. de fur. n l. 7. l. ult. h. t. o l. ubi. 22. uer. poſt probationem. ultimo ſupplicio, ſi id exigat magnitudo. uel deportatione. h. t. l. 1. §. ult. l. ult. h. t. §. item lex Cornelia. 6. Inſt. de pub. iud. p l. 13. 21. antepen. ff. eo. Dd. d. l. ubi. q l. 1. §. ex illa. 5. l. ſi quis. 6. & paßim, de falſ. r Bar. & Dd. l. 1. §. ex illa. 5. de falſ. uide tamen contrà, Molin. conſ. 31. nu. 11. 12. conſ. 33. nu. 10. s Caſtr. conſ. 130. lib. 1. Dd. præall. loc. t l. qui falſam. 19. de falſ. u l. falſum. 13. de falſ. ubi dixi. x uide Tiraq. de nobilita. c. 13. y l. 1. ff. eo. z l. ult. ff. eod. a ff. eod. ad hos tit. b l. 2. ĩ. de his qui ex pub. rat. lib. 10. c l. 1. ubi gl. h. t. d l. ſi quis. 38. §. authoris. 1. de pœn.

uerſus Rempubl. colligere[a], aut contra ſacras iuſsiones & mandata principum defendere[b]: denique qui tumultuoſis clamoribus, quenquam in publico contumelioſa interpellatione proſcindunt, & petulantia uerba ad inuidiam cuiuſquam in uulgus palàm iactant[c]: quos ſi hæc uetus honeſtaque ſanè diſciplina plecteret etiamnum ſeuerius, & pœna ſeditioſorum, puta fuſtigationis, aut etiam gladij[d], furcæque, quæ turbatoribus pacis debetur[e], coerceret[f], minus metuenda eſſent mala publica priuataque: quæ iuſto Dei iudicio, profligatæ extremæque huius ætatis improbitati, & furoribus impunè modò graſſantibus, debentur & imminent. Nam quanto nunc impunius boni à malis, pij ab impijs ludificantur: tanto propius diluuium iræ diuinæ, & Sodomitica excidia abeſſe certiſsimum eſt. Nam & Apoſtoli inter prænuncia aduentus Domini ſigna, hanc quæ eſt ante oculos turbam numerant: irriſorum[g], maledicorum, ingratorum[h], calumniatorum[i], ἀφιλαγάθων[k], proditorum[l]. Et Dominus ipſe[m] reliquis hoc quoque τεκμήριον adiungit: καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Sed ſurdis canitur fabula, uelut urgentibus Rempubl. fatis uſuuenire ſolet. Et hæc quidem ſunt publica de delictis iudicia: in quibus hoc tenendum eſt, neque ea priuatis ac ciuilibus eâdem de re actionibus (ſicuti de omni delicto uel criminaliter uel ciuiliter agi poſſe diximus[n]) nec contra has criminalibus & publicis impedimento eſſe, quo minus utræque, non tamen æquè principaliter ſimul exerceri commodùm poſſint[o] 31. Sunt autem, ut antè poſui, præter hæc, etiam priuata ad pœnam pecuniariam certam, aut extraordinaria ad pœnam arbitrariam incertam de delictis, priuatis ſcilicet & minoribus, iudicia prodita[p]: ut de crimine expilatæ hæreditatis 32 iacentis: quæ cùm nullius adhuc, antequam adeatur, ſit, in ea propriè furtum non committitur[q], ut alio iudicij titulo quàm furti hîc fuerit opus. Item de ui bonorum raptorum 33, tam ciuiliter ad quadruplum intra annum, pôſt ad ſimplum[r]: quàm criminaliter ad pœnam uis publicæ priuatæ'ue[s], aut extraordinariam[t]: quo etiam con-

31. Quando ciuilis actio præiud. criminali, & an utraq; ab eodē exerceri poſſit.

32. De crimine expilatæ hæreditatis.

33. De ui bonorum raptorum.

a rubr. h. tit.
b l. 1. hoc tit.
c l. 2. h. tit.
d l. capitalium. 28. §. ſolent. 2. de pœn.
e l. ult. in fin. ff. de re milit.
f d. l. 2. in fin. hoc tit.
g 2. Petr. 3. 3. Extremis tēporibus erūt ἐμπαῖκται. Iud. 18.
h 2. Tim. 3. 2.
i 2. Tim. 3. 3.
k 2. Tim. 3. 3.
l 2. Tim. 3. 4.
m Matth. 24. 12.
n l. fin. de furt. l. ult. de iniur. uide quæ dixi de priuatis delictis, & ibi Bartol. l. ult.
o l. penult. l. ult. & tot. tit. ſuprà de ordine iudicior. ubi dixi. Bartol. l. interdum. de public. iud. l. 2. §. 1. de ui bonor. rapt. l. ſi quis. C. de ui publ. & priua. & hac l. unic. C. quand. ciuil. act. latè Maran. Specul. aureo, parte 4. diſtinct. 1. num. 18. 19. 20. cum ſequen.
p uide ff. ad hos tit. l. 3. de ſepulc. uiola. l. ult. de iniur. cum ſimilibus. Bartol. l. cum creditor. §. qui furem. de furt. Maran. præalleg. loc. num. 20.
q l. hæreditariæ. 70. de furt.
r l. 1. 2. D. eod. & Inſtitut. eod.
s l. hoc iure. 152. de regul. iur.
t arg. l. ult. de furt. l. ult. de iniur.

concusſiones, hoc eſt, exactiones officiorum & magiſtratuum, quibus ſupra debitum ſubiectos expilant, referantur[a]. Nam etiam eiuſmodi, tanquam ui extorta, in quadruplum reddi debent[b], & concusſio ipſa punitur arbitrariè[c]. De crimine ſtellionatus 34, qui in ciuilibus dolus eſt[d], nec pœnam legitimam habet, quia nec legitimum crimen eſt[e]: ſed extra ordinē temporario coercetur metallo, remotione ab ordine, aut relegatione[f], etiā cum periurio cōmiſſum eſt[g]. Et de iniurijs 35, illatis facto, uerbo[h], ſcripto[i], etiam ſigno mordenteq; geſtu[k]: quæ tam ciuiliter caſtigatur æſtimatoria actione[l], quàm criminaliter arbitraria[m]. Ad ciuilem referri poteſt, cum petitur reuocatio & palinodia[n]: quia nihil fiſco petitur, ſed ut parti ſatisfiat[o]. Ac de famoſis libellis 36, quibus non tantùm contumelia fit cum iniuria, ſed certum aliquod & famoſum crimen obijcitur: quod genus quia maiorem ac durabiliorem, magisq; publicam contumeliam inurit[p], eo grauius ex pœna talionis uindicatur[q]. Item de abigeis 37, qui pecora abigunt, & graſſatorum inſtar, quoties cum armis faciunt, puniuntur[r]: & de aggerum Nili perfoſſoribus 38, qui tamē ob ſummam quā publico inferunt cladem, ut nunc aggerum maritimorum & aliorum perfoſſores[s], flammis iure conſumuntur[t]: deq; latronum aut aliorum reorum occultatoribus 39. At iſtiuſmodi ſanè tam publica quàm priuata & extraordinaria iudicia, contra facinoroſos ſunt conſtituta: qui quidē ſi accuſati ſubterfugiant, requirendi ſunt, & eorū bona annotanda 40: ſin compareant, & factum negēt, quæſtionibus ſubdendi 41, ſiquidem indicia urgeant ac probentur idonea[u], nec alię ꝓbatiōes præſtò ſint[x], & de cauſa capitis agatur[y], aut etiā ſtatus[z], quæ capitali cōparatur[a], aut de pœna corporibus inferenda[b]. Sin aūt confiteātur, uel ita cōuincantur, ut negare rectè nō poſsint, coercēdi[c]: niſi iudiciū interpelletur abolitionibus 42, puta ſpeciali uel generali 43, aut ꝑſcriptione 44 criminalis quęſtionis[d]: cuius inſtātia duos intra annos à litis conteſtatione cōputandos ꝑſcribitur[e],

ius

34. De crimine ſtellionatus.
35. De iniurijs.
36. De famoſis libellis.
37. De abigeis.
38. De Nili aggerib. non corrū pendis.
39. De ijs qui latrones uel alijs criminibus reos occultauerint.
40. De requirendis reis.
41. De quęſtionibus.
42. De abolitionib.
43. De generali abolitione.
44. Vt intra certa tēpora criminalis quæſtio terminetur.

a cap. militare. 23. q. 1. gloſſ. cap. ultim. 14. q. 5.
b c. quoniam. 18. diſt. gloſ. d. c. ult.
c uid. D. eod. de concuſsio.
d l. 3. hoc tit.
e l. 3. §. 1. eod.
f l. 3. §. ult.
g l. ult. eod. de qua uid. Cuiac. lib. 2. cap. 19. obſ.
h l. 1. §. 1. eod.
i l. 5. §. ultim. eod.
k tot. tit. D. & Inſtitut. & hîc de iniur.
l l. item. 15. §. 1. eod.
m l. ult. eod.
n conſtit. 42. part. 2.
o ita Mynſing. obſ. 98. cent. 2. quamuis contrà Maran. par. 4. diſt. 1. num. 2. & Paris de Put. in ſynd. uerb. compoſitio.
p Zaſ. l. cum lex. de legib. uid. quæ dixi tit. D. de iniur.
q l. unic. h. t. uide 5. q. 1. & gl. fin. art. 16. Land. lib. 1.
r uide l. 1. D. eod.
s gl. in fin. artic. 16. li. 2.
t l. unic. h. t.
u l. 3. 4. 8. h. tit. l. 1. 18. 20. ff. de quæſt. ubi dixi.
x l. 8. ubi Hipp. eod. tit.
y l. 1. l. 6. l. 8. ff. eo.
z l. ſuper. 9. h. tit.
a Iaſ. repet. l. admonendi. num. 280. de iureiur.
b Damhoud. in pract. cap. 35. num. 4. Bart. num. 11. 12. & Dd. l. 2. l. pen. §. 1. de publ. iudic.
c l. qui ſententiam. 16. h. tit. de pœnis.
d l. 1. 2. h. tit. l. 5. ſup. de adult. l. querela. 12. ſupr. de falſ.
e l. ult. h. t. l. properandum. 11. in prin. ſup. de iudic.

ius uerò omne in ſtupris, quinquẽnio[a], in alijs uicennio[b], ſic tamẽ ut exceptio præſcriptionis obijci debeat[c], aut certè in aduerſarium redundet ob tergiuerſationem ex S. C. Turpiliano 45. uel propter calumniam 46. Quæ ſiquidem abſint, rei conuicti damnatique, pœnis ſunt legitimis puniendi 47: bonis etiam eorum, ex Principis tamen iuſſu 48, cum inferiores iudicant, confiſcatis 49: quomodo damnatorum bona, iure Codicis & Pandectarum, non etiam indiſtinctè Nouel. publicari ſolent[d], ut & eorum qui pro damnatis habentur, cuiuſmodi ſunt, qui ſibi mortem conſcientia ſceleris conſciuerunt 50: niſi paſsi eiuſmodi damnationis ſententiam, in integrum reſtituantur 51 aut à lege ob alterum eiuſdem criminis conuictum[e], aut gratia ac beneficio ſummi principis[f], uel per indulgentiam, quo modo bona & honores non recuperantur, pœna tollitur[g]: uel per reſtitutionem, qua etiam opinio, dignitas, patrimonium redditur[h]: non etiam fructus interea percepti[i], nec quæ tertio acquiſita ſunt[k]: ſi quidem ſit reſtitutio gratię, de qua hîc agitur. Nam reſtitutio iuſticię[l], quę declarat ex apparente iuſticia iniuriam damnato factam eſſe, omnia præter bona fide conſumpta in integrum, proindeq; hęc quoq; reducit[m]: niſi Prĩceps aliter determinârit[n].

45. Ad ſenatuſconſ. Turpil.
46. De calumniatoribus.
47. De pœnis.
48. Ne ſine iuſſu principis certis iudic. liceat confiſcare.
49. De bonis proſcriptorũ ſeu damnatorum.
50. De bonis eorum qui mortẽ ſibi conſciuerunt.
51. De ſentẽtiam paſſis & reſtitutis.

LIBER X.

POſteaquam expoſuimus de iudicijs ac iuris quæſtionibus ciuilibus & criminalibus: ſequens eſt, ut de fiſcalibus, quæ priuilegio aliquo & iure ſingulari, non communi reguntur atque expediuntur, & potiſsimùm ad ſummi Principis arbitrariam cognitionem pertinent, ultimo tandem loco tractatio inſtituatur[a]. Hæc autem ferè trium ſunt generum: alia enim propriè ad ius reſque fiſci pertinent, de quibus in libro decimo: alia ad munera à priuatis fiſco & Reip. præſtanda, eorũq; excuſationes, de quibus

a l. 5. ſuprà de adult. ubi Salic. quoſdam caſus excipit, ut & Iaſ. l. tranſigere. 5. de tranſac.
b l. querela. 12. ſupr. de falſ. Cuia. lib. ob. 4. cap. 14.
c Guid. Papa deciſ. 221. per doctrinã. gl. Bald. Salicet. l. ſicut. uerb. facultatem. C. de præſcr. trigin. annorum. Boer. deciſ. 344. numer. 1. 2. 3. Franc. Balb. de præſcript. par. 1. quæſt. 8. uide etiam Panorm. Felyn. c. ad aures. de præſcript. Mynſing. obſ. 28. cent. 3. fac. l. 1. §. ultim. de quæſtion. & quæ latè tradit Hipp. in pract. §. opportunè. num. 7. 8. 9. cum ſequen.
d Authen. bona damnator. hoc tit. Nou. 134. in fin.
e l. 1. de ambitu. Cuiac. obſ. lib. 7. cap. 28.
f l. 4. de pœnis. & tot. hoc tit. l. 1. §. 5. de poſtulan. l. 2. ubi gloſſ. de ſenat.
g l. antepenult. hoc tit.
h l. 1. ff. de interdict. l. 1. l. antepenult. hoc tit.
i cap. grauis. de reſtitut. ſpoliat.
k Iaſ. num. 70. & Dd. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de liber. & poſthum.
l Iaſ. & Dd. d. §. & quid ſi tantum & d. cap grauis. l. uideamus. 38. §. in Fauiana. de uſur. Roman. conſil. 454 Chaſſan. conſuet. Burgun. de feud. §. 2. in princip. numer. 20.
m Iaſ. d. §. & quid ſi tantùm. num. 73. per l. 1. §. ult. de quæſt. l. quòd ſi minor. §. Scæuola. de minoribus.
n l. ſi debitor. h. tit. l. 2. 4. ff. eod.
a l. 1. 2. ad l. Iul. de ambitu.

bus in libro undecimo: alia ad dignitates: quæ & ipſæ quędam munerum perſonalium ſpecies ſunt [a]: de quibus in libro duodecimo. Primo igitur agitur de iure fiſci 1. cuiuſmodi habet in bonis uacantibus [b], & damnatorum [c], nō etiam ante damnationem mortuorum [d]: de cōueniendis fiſci debitoribus 2, eorumq; fideiuſſoribus [e]: de fide & iure haſtæ ſeu auctionis fiſcalis [f]: & adiectionibus [g], hoc eſt licitationibus [h] & addictionibus 3, quæ plus licitantibus his in ſubhaſtationibus ritè fiunt [i]: & niſi ſolenniter fiant, reuocari in integrum cum fructibus poſſunt [k]: ritè uerò factæ, nec per reſcriptum retractantur exemplo aliarum uenditionum [l]: neq; minoris ætatis prætextu reuocantur [m]: de uenditione rerum fiſcalium cum priuatis communium 4: quæ contra iuris regulas [n], poſſunt à ſocio fiſco uniuerſæ diſtrahi [o], nec tamen euictione aliqua retrahi repetiq; [p] ab ipſo præſertim fiſco & ſtationibus [q], hoc eſt, manſionibus, in quibus officia fiſcalia cōſiſtebant [r] 5. ſed ſi quid ex uſu fiſci uenditum ſit, id ſtatio alia ab alia, poſterior à priore repetere poteſt [s]. De his qui ex rationibus publicis mutuam pecuniam acceperūt 6: quæ res pœna coercetur quadrupli [t], aut etiam capitali [u]. Item quemadmodū fiſcus in ueris debitionibus, non etiam pœnis, alijs creditoribus præferatur [x] 7. De uſuris fiſcalibus 8, quæ ex debitionibus rerum creditarum exigi poſſunt [y], pro pœnis uerò aut multis fiſco debitis exigi non poſſunt [z]: de ſententijs contra fiſcum latis 9, etiam intra triennium retractandis [a], quamuis iure communi ſententię omnes poſt decem dies in rem iudicatam tranſeant [b], neq; uel reſcripto uel nouæ prætextu probationis reſcindi poſsint [c]: de bonis inteſtatorum uacantibus, & incorporatione 10, hoc eſt, de bonis eorum qui ſine hærede deceſſerunt [d], non in æraria ciuitatū cōuertendis [e], ſed in corpus fiſci publicum ſolenniter redigendis [f]: de eorū bonorū, uel criminū ex quibus publicatio ſequi poteſt [g], delatoribus 11, & pœnis horum [h] eiuſmodi grauiſsimis [i]: ſi uel

1. De iure fiſci.
2. De conueniendis fiſci debitoribus.
3. De fide inſtrumentorū & iure haſtę fiſcalis, & de addictionibus.
4. De uēd. rer. fiſcaliū cum priuatis cōmunium.
5. Ne fiſcus rē quā uendidit euincat.
6. De his qui ex public. rationib. mutuam pecuniam acceperunt.
7. Pœnis fiſcalib. creditores prę ferri.
8. De fiſcalib. uſuris.
9. De ſententijs contra fiſcum latis retractandis.
10. De bonis uacantibus & incorporatione.
11. De delatoribus.

a l. honor. 14. & paßim de munerib. & honor.
b l. 1. ff. eod.
c l. 4. l. defenſionis. 7. l. ul. hoc tit.
d l. ult. hoc tit.
e l. 1. 3. 4. hoc titul.
f l. 1. h. tit.
g Cuiac. ſic legit.
h d. l. 1. infr. de uend. reb. ciuit. l. 2. j. de loca. præd. ciuil. l. penult. infr. de omni agro. deſer.
i uide Bud. & quæ dixi de in diem addict.
k l. 1. & l. 2. hoc tit.
l l. 3. ſuprà de reſcind. uendit. l. Impp. de priuileg. fi cred.
m l. 5. h. tit.
n l. 1. 3. 4. ult. ſup. de com. rer. aliena.

o l. 4. hoc tit. l. 2. ſuprà de com. rer. aliena. p ſuprà, de quad. præſcript. (contra regulis uendicationum & euictionum.) q l. 1. 2. hoc tit. r l. 1. ſuprà de compenſ. l. 2. ſuprà de ſolut. Cuiac. hîc. s l. 1. in fin. hoc tit. t l. 1. hoc tit. l. antepenul. ſuprà de iure fiſc. u l. 2 hoc tit. x l. 1. hoc tit. l. in ſumma. l. quod placuit. l. Statius. §. ult. de iur. fiſ. y l. 2. & 3. hoc tit. z l. 1. hoc tit. a l. 1. hoc tit. b l. ult. ſuprà ut lite penden. l. 4. cum ſequen. ſuprà de re iud. c l. 2. 4. 5. eod. tit. d l. penult. hoc tit. e l. 1. hoc tit. f l. 3. l. ult. hoc tit. g l. 1. de iure fiſci. l. penult. hoc tit. h l. ſenatus. 15. l. deferre. 18. de iure fiſci. i l. 2. 3. 4. 5. hoc tit. l. 7. 15. ff. de iure fiſci.

uel extra necessitatem officij, aut falsò deferant[a]: aut sine fisci patrono, aut si dominum quamuis etiam uerè, excepta Maiestatis causa, traducant[b]. Tales enim in exemplum omnium proditorum, seuerissimè etiam ignibus sunt ustulandi[c]. De petitionibus huiusmodi bonorum sublatis 12: ne quis scilicet fisco oblata petere audeat, sub specie prætextuque munificentiæ principalis: quasi dignum sit Principis magnificentia[d], hæc elargiri potius quàm sibi retinere[e], neu quis memorialium & secretariorum aulę, de eiusmodi, scripturam actáue conficiat[f], nisi Princeps motu proprio, nemineque poscente, de his aliquid largiatur[g]: quo consultum est uerecundiæ Cæsaris, ne in nonnullis, puta bene meritis, aut præpotentibus, inuerecunda petentium inhiatione constringatur, ut pudore uictus etiam non concedenda tribuat[h]. At nunc tralatitium est, pudet dicere non mortuorum, sed uiuorum etiam successiones & feuda sub euentum caducitatis à dominis postulare, clàm & absque uasalli consensu: quod tamen iure prohibetur[i], & per se turpe est, ac probrosum[k], eoque nullũ[l]. De his qui se deferunt 13, cùm incapacibus ipsis bona alioquí uacantia relicta sunt: ut scilicet præmio honorentur maiore quàm est delatorum[m] (qui tantùm quartam, unde quadruplatores dicti, aut octauam accipiunt[n]) nempe triente aut semisse bonorum[o]. Item si liberalitatis Imperialis socius, unus scilicet ex his quibus communiter à Principe aliquid, puta prædium, datum est, nullo relicto hærede decesserit: ut ad consortem potius solatium, quàm ad aliam personam, etiam fiscum, pars decedentis perueniat 14. Item de thesauris repertis, qui & ipsi fisco denunciari solent[p], ut aut inuentori & domino loci relinquantur[q] 15, cum in proprio uel alieno scilicet solo inuẽti sunt[r], aut si in publico pro dimidia saltem parte fisco uendicentur[s]. De annonis, tributis 16, indictionibus 17, quæ extra ordinem, supraque consuetum tributum, ob aliquam necessitatem, puta belli, exigi solent[t]: & de superindicto 18, hoc est augmẽto indictionum: his scilicet ad necessitatem rei gerendæ necdum suppeditantibus: cuiusmodi non

D nisi

12. De petitionibus bonorum sublatis.

13. De his qui se deferunt.

14. Si liberalitatis Imperialis socius sine hęrede decesserit.

15. De thesauris.

16. De annonis & tributis.

17. De indictionib.

18. De superindicto.

a l.2.l.pen.hoc tit.
b d.l.penult.
c l.pen.hoc tit. in C. Cuia. et l.ult. h.tit. in Cod. uulg.
d Bald. c.1.§. si uerò in totũ. qual. olim. feud. po.
e ut nunc fit in feud. Cano. c. 2. de feud. c.1. per quos fiat inuest. Chas. in consue. Burg. de feu.
f l.ult.h.tit.
g l.1.in fin. h.t.
h l.1.hoc tit.
i arg. l.ult. C. de pac. Dd. c. cum uerò. de his qui feud. da. c.1. ubi gl. qui succ. feu. tenean. Iser. c.1.§. prætereà. de proh. feud. alie. per Fed. Socin. consil. 167. Paris. consil. 21. num. 41. uolu. 1. decis. Neapol. 292. Port. consil. 9. num. 53.

k l.quidam.30.§.ult.de donat. l l.5.C.de legib. d.l. quidam.§ ult. m l.2.l.senatus. 15.de iure fisc. n Cuiac l.2.sup.de delato. o l.unic.h.tit. l.edicto 13. l.pen.de iur. fisc. p l.1.l.3.§.pen.§.ult.de iur.fisc. q d.l.3.§ ult. r l.unic.uerb. in suo uel alien. hoc tit. s uide d.l.3.§.pen.de iur fisc.c.1 quæ sunt rega.§.thesauros. Instit. de rer. diuis. t l.1. in uerb. quo iam non extraordinarium, ut hactenus. &c. hoc tit.

niſi ſummus Princeps imponere poteſt[a], aut qui ex conceſſu huius uel immemoriali uſu, quod uice priuilegij eſt[b], ius eiuſmodi præſcripſit[c]. Idq; tantum ex iuſta cauſa, conuocato ad hoc conſilio, & conſenſu impetrato ſubditorum[d], de exactionibus ordinariorum tributorũ 19, qua nimirum ratione exigi, & in fiſcum redigi debeant. De ſuperexactionibus 20, quę ultra debitũ à ſubditis officiales extorquent, eoq; in duplum (furti enim ſpecies eſt) his qui indebitè ſoluere coacti ſunt, reſtituere compellũtur[e] exemplo publicanorum[f]: ac capitali etiam pœna, ſi in eiuſmodi concuſsionibus perſeuerent, afficiuntur[g]: de capiendis à debitore & diſtrahendis pignoribus tributorum non ſolutorum cauſa[h] 21: de apochis publicis 22, quæ ſoluentibus debitoribus à fiſco, in probationem factę ſolutionis dantur[i], ut pleniſsimam pariant ſecuritatem[k], exceptionem non numeratæ pecuniæ excludant[l], præſumptionẽ ante triennium retrò ſemper ſolutum fuiſſe inducant[m]: & de deſcriptionibus curialium qui munera ſuſtinent, ſolenniter autoritateq; præſidis ad acta faciendis[n], ſingulisque quadrimeſtribus cum rationibus exactorum munerũ ad præfectum prætorio tranſmittendis[o]: ut ex illis ſcilicet appareat, quantum quiſque debeat & præſtet, & ſoluere fiſco teneatur: nêue quid in fraudem plebeiorum & inopum, ac ad gratiam & exonerationem locupletum uel gratioſorum, hac in parte excogitari poſsit[p]. De canone, hoc eſt penſitatione & cenſu[q] largitionalium titulorum 23, muneribuſque quæ ſubditi ſponte & dono, præſertim calendis Ianuarij, pro auſpicijs noui anni domino largiuntur[r]: aut quæ ad largitiones principales, ut inde munificentiam Imperator exerceat, à reliquis fiſci rebus ſecernũtur. Item ne à collatoribus ſeu exactoribus operæ ſub prætextu tributorum indebitè exigantur 24: néue ediuerſò quẽquam ab exactione immunem gratioſè prætermittant 25. De frugibus conditis in publico horreo 26, tam erogandis (ueteribus ſcilicet & corruptis, quæ ſeruando ſeruari amplius nequeant[s]) quàm importandis & cuſtodiendis (ſcilicet recentibus, quæ ſeruari cõditæ poſſunt) aut in neceſsitate publica famis, belli, &c. nouis ſpeciebus frugũ coemẽdis[t], indi-

19. De exactorib. tributorum.

20. De ſuperexactoribus.

21. De capiendis & diſtrahendis pigno. tributorũ cauſa.

22. De apochis publicis, & de deſcriptio. curialium, & de diſtributionib. ciuilibus.

23. De canone largitionalium titulorũ.

24. Ne operæ à collatoribus exigantur.

25. De immunitate nemini cõcedenda.

26. De cõditis in publicis horreis.

a Bartol. Rebuff. & Dd. hîc l. 1. de iudic. c. 1. quæ ſint regal. Iaſ. l. de quibus num. 45. de legib. per l. 2. §. nou. uectigal. l. placet. §. de exc. mun. lib. 10.

b l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aq. quot. Bal. l. ſi ſolennibus. C. de fid. inſtr. Anto. Gab. Roma. lib. 5. de præſcrip. concluſ. 1.

c c. ſuper. 26. §. 1. de uerb. ſignific.

d uide Thom. tract. de collect. circa prin. Chaſſ. conſue. Burg. des iuſt. §. 4. Matt. de Afflict. & Dd. c. unic. quæ ſint regal. & hîc.

e l. unic. h. tit.

f l. 1. & tot. tit. de publ.

g l. unic. h. tit.

h l. 2. h. t. l. pe. §. de conue. fiſci deb. i l. 1. 2. 3. ult. h. t. k l. 3. l. pe. h. t. l l. ult. h. t. m l. pe. h. tit. n l. 1. hoc t. o l. 1. h. t. uide No. 128. c. 3. quæ quotannis hoc demũ fieri uult. p l. 1. h. t. q l. 2. C. de iur. emphyt. c. potuit. de locat. r ĩ de oblat. & uot. li. 12. s l. lex quæ. C. de adm. tuto. t l. 1. in uerb. urgente neceßitate. h. t. ut nem. lic. Boet. de cõſol. lib. 1.

27. Vt nemini liceat in coempt. specierũ se excusare, & de munere sitoniæ.

28. De collatione donatorũ uel releua. aut trãslatorũ seu aderatorum.

29. De collatione æris.

30. De discussorib-

31. De decurionib. & filijs eorũ, & qui decuriones habentur, & quib. modis à fortuna curiæ liberentur.

32. Si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit.

33. De prædijs decurionũ sine decreto nõ alienãdis.

34. Quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum: & de modo distributionis eorum.

indicta subditis coemptione à fisco: cui omnes, penes quos illarum rerum inuenitur copia, uendere debent, & à qua coemptione nemini se excusare licet 27: quod munus σιτώνια uocatur. De collatione prædiorum donatorum à Cæsare, uel releuatorum à tributis, eiusdem beneficio [a]: quę tamen releuatio ne reditus publici minuantur (nã remissio oneris alicui facta, non reliquis contributoribus, sed fisco nocet [b]) peti non debet [c]. De translatis ex una præstatione in aliam prædijs, puta ut pro frugibus pecuniam præstent: uel adæratis, hoc est leuius taxatis & æstimatis ad tributum commodè præstandum 28. De collatione æris 29, quam prouinciæ metalliferæ facere coguntur, aut pecunia pro ære inferenda [d]. Item de officio discussorum 30, qui rationes fiscales ab alijs tractatas & oblatas fisco, iterum discutiunt & recognoscũt, adq; calculum & examen, ne qua fraus committatur, reuocant. Atq; hæc quidem hactenus de his quæ ad fisci rationes, & publicum patrimonium atq; pensitationes pertinent. Sequitur, ut altera pars de oneribus scilicet, muneribusq; publicis fisco præstandis, & eorum excusationibus (de quibus multa quoque extra ordinem uariè prodita sunt) perpurgetur. Ac primò de decurionib. 31, & eorũ filijs: & qui decuriones habeantur, & quibus modis à fortuna curiæ liberẽtur. nam ad horum præcipuè collegia seu curias, in ciuitatibus munera pertinẽt [e]: quippe quorũ authoritate, cõsilio, opera, tanquã magistratus municipalis, quæcunq; à municipijs & communitatibus quibusq; præstãda sunt, expediantur, & præstentur [f]. De seruis aut libertis ad decurionatum aspirantibus 32: & si hi absque iure aureorum annulorum aut restitutione natalium [g], cum cõscientia conditionis suæ id attentarint, arbitrariè puniendis [h]. De prædijs decurionum sine decreto non alienandis 33: ne scilicet diuenditis bonis aliò migrare, & suas decurias deserere temerè possint. De quarta ex bonis decurionum, quibus extranei, & à consortio curiæ alieni hæredes succedunt, in collegio retinenda 34: ne per mortem decurionum, sine liberis, qui alioqui locũ decedentis patris implent [i], decedentium, & alienigenis familiam relinquentium, imminutionem aliquam decuria patiatur: reliquo hæreditatis dodrante ad hæredem quidem redeunte, sed cum hoc onere, ut de bonis immobilibus, puta terræ iugeris, certã quotãnis pẽsionem curiæ præstet [k]: quę cẽsus pręstatio eàdẽ ratione alijs,

a Nou. 163. de releuat. tribut.

b Iacob. tract. de homag. num. 38. per doctrinã Angel. in l. si unus. §. item si pactus. & §. sed si generaliter. ubi Baldus de pact. & in l. inter debitorem. eod. tit. gloss. l. uacuatis. C. de decur. lib. 10. uide etiam Chass. in consuetu. Burg.

c l. 1. de collat. prædio.

d l. unic. h. tit.

e Nou. 45. ne Iudæi, &c.

f l. 2. supr. de mag. munic. l. 2. suprà de defens. ciuit. de qua l. uni. s. ad l. Visc.

g

h l. 1. 2. h. tit.

i j. de fil. offic. lib. 12. & s. de decur. & eor. fil.

k l. 5. suprà de apoch. publ. l. 16. C. Theodos. de agen. in reb.

qui fundos lucratiuo titulo, puta donationis, legati, &c. à decurionibus cōsecuti sunt, imponitur 35. Interest enim Reip. ad faciliorem 36 munerum expeditionem, & sustentationem curiæ, impensasq; tolerandas, non modò decuriones, sed ipsorum quoq; bona in collegio retineri: ut & salaria sumptusq; ad munera necessarij ex ijs suppeditari, & retentis patrimonijs, in officio decuriones quoq; retineri possint: qua etiam ratione ex ciuitate in uillas & rus habitandi gratia migrare prohibētur 37, uidelicet ut commodius & coràm, non impediti agricolatione, muneribus necessarijs perfungantur. Præter decuriones autem & reliqui municipes 38 munera capiunt, (unde & dicti sunt[a]) ac sustinere debent, ad id cùm exemplo, tum authoritate iussuq; decurionum compellendi[b]: qui aut sunt originarij, hoc est ciues, aliquo loco oriundi[c], nati[d], uel manumissi 39: qui & ipsi originem patroni sequuntur[e]: quia cum libertate nasci quodammodo in uitam ciuilem uidentur, cum seruitus mortalitati comparetur[f]: aut uoluntarij, puta sponte curialium numero se aggregantes, ut incolæ[g], domicilium alicubi suo delectu & arbitrio constituentes 40: quos non dubium est forum illic sortiri, & proinde muneribus subiacere[h]. Munera autem uel sunt personalia: ut honores, qui inter patrem & liberos nō sunt continuandi: uel patrimonialia 41, quæ patrimonijs, publicæ utilitatis gratia, & ad ditādum aduersus imminentes necessitates, fiscū, indicūtur[i]: præstanturq; & suscipiuntur aut à coactis ex necessitate parendi, & quidem regulariter 42: aut spōte & ultrò à uolūtarijs 43, quod rarò in patrimonialibus, in honoribus uerò & personalibus sæpe usuuenit, ut cum illi munera non detrectant, qui uacationem, excusationem & immunitatem ab ijs habent: aut à Principe impetratā 44, (quæ uacatio ad extraordinaria pertinere intelligitur[k] 45, non etiā ad ordinaria munera legibus indicta[l]) aut decreto decurionū cōcessam 46, aut iure communi indultam. Datur enim iure communi ex iustis quandoque causis excusatio 47: certis muneribus, à quibus nemini se excusare liceat, exceptis 48: ut sunt angariæ, parangariæ, plaustra, aliaque ministeria, quæ ad expeditionem iter facientis Principis debentur, & à uicinis prædijs exigun-

35. De imponēda lucratiua descriptione.
36. De prebendo salario.
37. Si curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.
38. De municipibus & originarijs.
39. De incolis, & ubi quis domiciliū habere uidetur: & de his qui studiorū causa in alia ciuitate degunt.
40. De honoribus & munerib. non continuādis inter patrem & filium, & de inter uallis.
41. De muneribus patrimoniorum.
42. Quēadmodum ciuilia munera indicuntur.
43. De his qui sponte publ. munera subeunt. 44. De his qui à Principe uacatio. acceperunt. 45. De uacatione publici muneris. 46. De decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda. 47. De excusat. munerum. 48. De quib. munerib. uel præstationibus nemini liceat se excusare.

a l. 1. ubi dixi ad municipal. l. munus. 18. de uerbor. significat.
b l. ult. & tot. tit. de mun.
c l. 1. l. ult. ad municip.
d d. l. 1. l. municipes. 228. de uerb. sign.
e l. 6. §. ult. l. 22. 23. 25. ad municipal.
f l. seruitutem. de reg. iur.
g l. domiciliū. 20. ad municip. l. pupillus. 239. §. incola. de uer. signific.
h l. incola. 29. l. libertus. 17. §. 3. ad municip. l. 1. 2. l. ultim. de incol. h. tit. l. 1. ȷ̄. de murileg. uide Thoma. tract. de collec. §. pauperes. num. 12. 13. cum. seq.
i l. 2. hoc tit. uide ff. eod. de muner.
k l. cui de muner. & hono.
l l. unic. h. tit.

exiguntur [a]: aut ad refectionem pontium [b], uiarum, murorum constructionem [c], frumenti, aliarumque specierum necessariarum comparationem [d], transuectionem [e]. Excusatio autem conceditur aut solida ab omnibus muneribus: aut ex parte: uidelicet non à proprio munere, sed duntaxat ab alijs, quæ ab hoc sunt seiuncta: ut tanto commodius suæ quisque functioni uacare posit. Excusationem solidam & omnimodam à personalibus, non etiam patrimonialibus præstant [f], ætas 49, minor [g], eorum præsertim qui in aliqua uniuersitate, qualis olim erat Berytus, optimis disciplinis operam nauant [h], uel senilis annorũ septuaginta [i]. Item morbus 50, ut cæcitas [k], articularis morbus [l], & podagra [m] tanta, quæ propriorum negociorum curationem impediat [n], eoque à publicis etiam personalibus [o] scilicet unumquemq; pro se, non quo ad alium, ueluti filium, parentem, excusare debet [p]. Et numerus liberorum superstitum quinq; [q]: sic tamen, ut filij ætatis legitimæ pro patre munera suscipiant [r], etiam patrimonialia, postquam pater eis facultates cesit [s]. paupertas 51 tenuiore in censu deprehensa & declarata [t]. professio liberalis operæ, quæ sustinetur, & qua Reipub. commodatur, aut commodari potest [u]: ut profesio liberalium doctrinarum, Medicinæ 52, Grammaticæ, Oratoriæ [x], Philosophiæ [y]: eorum tamen qui probati sunt iudicio septem artificũ [z], & decreto decurionũ [a], absq; collusione [b] quique intra numerum sint [c], non supranumerarij [d], neq; necdum probati [e] aut improbati [f], uelut studentibus minus utiles [g] moribus aut facundia reperti [h]: non poetæ [i], calculatores [k]: athletæ tamen, athleticiq; certaminis 53 professores ita, si non minus quàm tribus coronis honorati sint [l]. Excusat etiam militiæ 54 armatæ togatæue, aut causaria misio, hoc est, ob causam aliquam necessariam, puta ualetudinis, uulnerum, ante legitimum militiæ tempus completum, impetrata: aut honesta, impletis scilicet stipendijs misio ex lege facta 55: & quod perinde ualet, ius ueteranorum, ante consummatos militiæ annos ex aliqua causa, ut quia honestis uulneribus bene meritus miles multatus ac debilitatus, bello deinceps inutilis sit, à Principe concessum [m]: quæ sic accipienda sunt, ut excusationem à personalibus, non etiam à patrimonialibus, iustam pariant [n]. Ex parte aliqua excusationem præbet, scili- cet

49. Qui ætate uel professione se excusant.

50. Qui morbis se excusant.

51. De his qui numero liberorum uel paupert. excusat. meruerũt.

52. De professorib. & medicis.

53. De athletis.

54. De his qui nõ impletis stipẽdijs sacramen. soluti sunt.

55. Quibus munerib. excusan. hi qui post implet. mil. uel aduocationẽ per prouinc. suis commodis uacan. cõmorantur, &c.

a *l.1.2.h.tit.*
b *l.ad exact.7. C. de sacros. Eccle.*
c *l.ult.h.t.*
d *d.l.ult.*
e *l.1.l.ult.h.tit.*
f *l. 2.l.ult.h.t. qui ætat.*
g *l.3.l.8. de muner.*
h *l.1.2.h.t.*
i *l.3.§.2.de muner. §. item maior.Instit. de excus. tut. l.ult.h.tit.ubi pro lv. lege lxx.*
k *l.1.h.t.*
l *l.2.h.t.*
m *l.3.h.t.*
n *l.3.h.t.*
o *l.2.h.t.*
p *l.ult.h.t.*
q *l.3.5.6.h.t.*
r *l.ult.h.t.*
s *l.4.h.t.*
t *l.ult.h.t.*
u *l.1.2.sup. qui ætat.*
x *l.2.l.ult.h.t.*
y *l.ult.h.t.*
z *l pen.h.t.*
a *l.5.h.t.*
b *l.8.h.t.*
c *l.5.h.t.*
d *d.l.5.*
e *d.l.8.*
f *l.2.h.t.*
g *d.l.2.*
h *l.7.h.t.*

i *l.3.h.t.* k *l.4.h.t.* l *l.unic.h.t.de athlet.* m *uid.ff.de priuil.ueterano.* n *l.2.l.4.de priuileg.ueteran.l.1.de uetera.uide Dd.h.t.qui ætate uel profeßione.*

cet eodem modo à muneribus magis personalibus quàm à patrimonialibus, conductio uectigalis publici 56, conditionis uilitas, muneribus honestioribus minus idonea: ut libertinitas 57, infamia 58, reatus 59, exilium 60, patria item potestas 61. nam iniquum esset, ex una familia plures ad idem munus cogi [a]: præsertim cum etiam pater pro decurionatu filij obligetur, nisi disertè nominationi contradicat [b]: & ꝓmissa ab eo pro filio muneris æditio, uelut commune hæreditatis onus, in alios etiam successores & cohæredes liberos omnes transferatur 62. Denique muliebris sexus 63. nam munera tantùm sexui cõgruentia tolerant [c]. legationes 64 de uoluntate consilij, & cum authoritate superioris decretæ [d]: quæ etiã post reditũ biennij uacationẽ indulgent [e], si longinqua, ut transmarina, nõ si proxima legatio fuerit [f]. artificium 65, architecturæ, aquæductuum, picturæ, geometriæ, statuariæ, & consimilium, quæ breui seu albo noticiaq; ciuitatis, ut necessaria publico, sunt comprehensa: quorum artifices ab alijs personalibus muneribus, tutelis exceptis, excusantur [g]: ut discendis artibus ociũ sit accommodatum: quo magis cupiãt & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire [h], & ut par sit docendi ac discendi studium, suscipiantq; data immunitate docendos in utilibus artificibus, ij qui docere sufficiunt [i]. Excusationem etiam præbet, siquidẽ alij nominentur potiores 66, non tantùm gradu generis, sed etiam facultatibus [k], nec tam ordine, q̃ etiam facultate [l], probata potioris causa ab eo qui electus est [m], eius tñ periculo tanquam fideiussoris [n]. Item si probari posfit propter inimicitias 67, ut aliquis munere negocioque uexetur [o], creationem factam esse [p]. Non enim ex inimicitia, sed æstimatione ueri, & commodo Reipub. delectis ijs qui meritis & facultate dignisfimi sunt [q], creationes fieri debent [r]: imò puniuntur, qui aliquẽ uexandi causa nominant [s]. Atq; eiusmodi excusatione aliqua approbata, sicut probari omnis debet [t], etiam sumptus qui in hanc litem erogati sunt, recuperantur 68: quos tamen successores facere nõ tenentur, si post creationẽ quis decesserit 69. neq; enim hoc nomine conueniri possunt [u]: cũ iudicia personalium munerum cum persona extinguantur [x]. Eadem ratione non ab omnibus, sed præter suum munus propriũ à reliquis personalibus excusationem habent, qui certis alijs

a l.3.h.t.
b l.1.2.ult.h.t.
c l.pen.supr.de his qui mun. l.unic.h.t.
d l.ult.h.t.
e l.2.h.t. l.1.ff. eod.l.2.suprà de hono.
f l.2.h.t.
g l.geometriæ. de excus. tut. Cuiac. l.3.suprà de mun. patrim.
h l.1.h.t.
i l.2.h.t.
k Paul.lib.2. sent.tit.28.
l l.honores.de decur.
m Paul.præall. loc. l. ad subeunda.46.suprà de decur.
n l.2.de fideiuss.& nomina.tut.
o l.6.§.pen.de excus.tut.
p l.unic.h.t.
q d.l.46.suprà de decur.
r l.unic.h.t.
s l.seueriter.C. de excusat. tuto.
t §. qui autem. 16.Inst.de excusat.
u l.unic.h.t.
x l.1.C.de suspect.tut.l.pen.ff.eo.§.suspectus.4. Instit.eod.

56. De conductorib. uectigalium fisci.
57. De libertinis.
58. De infamibus.
59. De reis postulatis.
60. De his qui in exilium dati, uel ab ordine moti sunt.
61. De filijsfam. & quemad. pro his pater teneatur.
62. De periculo successorum parentis.
63. De mulieribus, in quo locò munera sexui congruentia, &c.
64. De legationib.
65. De excusat. artificum.
66. De potioribus ad munera nominandis.
67. Si propter inimicitias creatio facta sit.
68. De sumptuum recuperatione. 69. Si post creationem quis decesserit.

alijs muneribus Reipub. præstandis defunguntur: nimirũ ut à cæteris feriati, propriam suam functionem cõmodius exequi atq; obire posſint[a]: ut qui ipsis muneribus exigendis & recipiendis præsunt, tabularij: qui tabulas eorũ quæ publicè debentur & inferuntur, conficiunt[b]: scribæ, logographi, rationum descriptores & censuales 70: qui operá suá magistro census in censualibus rebus cõficiendis præstant[c], & in prouincijs census ac patrimonia describunt[d]: susceptores 71, qui præsunt annonis & tributis ærarij recipiendis[e]: præpositi, qui horreis publicis, in quibus species fiscales deponũtur[f]: arcarij, qui his quæ in arcam præfecti prætorio inferuntur, suscipiendis, operam nauát[g]. ponderatores 72, qui aurũ quod fisco penditur, ponderant & examinant: & persecutores auri publici 73, hoc est, qui illud exigunt & transmittunt[h] (qui tamen ex eo nihil iusto diutius retinere, multo uerò minus quippiam usurpare debent[i] 74) uel auri coronarij 75: quod in coronis aureis, publicæ gratulationis & rerum bene gestarum nomine, Principi offerri solet[k]: & Irenarchę 76, qui quieti ac paci (ut nomen indicat) per prouincias tuendæ præsunt, & inuigilát, curæq; habent, ne ob exactionem munerum, populares & prouinciales tumultuentur: eoq; illis indulgere debent, ut pro argenti, quod debetur & pręstandum est, precio, aurũ, uel contrà pro aureis nummis argenteam monetam, facta æquali æstimatione, inferre thesauris principalibus posſint 77. Nam si in priuatis debitionibus, nedum uolente, sed inuito etiam creditore, siquidem nihil eius intersit, recepta est alterius quàm quæ debetur monetę solutio[l]: multo certè magis id publicis prouincialiũ necesſitatibus est indulgẽdum, Cæsaris præsertim, uelut creditoris, generali lege id permittente: qui & ad subleuandos amplius subditos, auri lustralis collationem remisit[m]: quæ antea exigebatur à mercatoribus, & tenuioribus alijs: qui patrimonia & res soli cũ non posſiderét, eo ne planè essent immunes, néue hac occasione plures ab emptione rerũ soli & agrorũ cultura abstinerent, pecuniamq; oẽm in expertẽ onerũ negociationẽ locarét, singulis antea lustris certá auri quantitatem, qđ inde lustrale dictũ est, inferre cogebantur. Cæterùm qui nõ mercaturam honestam faciunt ut esse debet[n], sed

70. De tabularijs, scribis logographis & censualibus.

71. De susceptorib. præpositis & arcarijs.

72. De ponderatorib. & auri illatione.

73. De auri publici per secutorib.

74. De ijs q̃ ex publica collatione illata sunt, nõ usurpandis.

75. De auro coronario.

76. De Irenarchis.

77. De argenti precio quod thesauris infertur, & auri lustralis collat.

a l.1.2. suprà de excus. artif.
b l.1. l. miſsi. j. de exact. tribu. l. 2. infrà de immunitatem. conceden. l.1. infrà de censib. l.2. suprà de iur. fisc.
c l.2. & l.4. C. de princip. agen. in rebus. lib.12. l. consulta. l. testamenta. C. de testam. l.1. C. Theodos. de stud. lib.
d l.1. ff. de muner. & honor. uide ff. Cuiac. hîc.
e l. cum possessor. in fin. de censibus.
f l.2. h. tit. uide Cuiac. in l.9. s̃. de iur. fisc.
g l.1. supr. de ijs qui ex publ. rat. mut. l.3. supr. de cano. largitio. l. ult. h.t. uide Cuiac. hîc.
h l.1. h.t.
i d.l.1.
k uide Capitol. in uit. Anton. Pij. l. ult. C. Theod. de aur. coron. l. pen. suprà de iudic.
l l. Paulus. 99. ubi gloss. & Dd. de solut. & l.2. §. mutui. si cert. pet.
m l. ult. h.t.
n Cic. lib.3 Offic. l 2. uerb. mercatura honestati tamen conscia. suprà de Episc. & cler. & suprà de com. & mercato.

ſed improbum exercent fœnus [a], quamuis poſſeſsiones non habeant, nihilo tamẽ minus omnibus patrimonij contributionibus (nam à perſonalibus honeſtis ob infamiã [b] arcentur [c]) etiamnum fungi debent [d].

a l.improbum. 20.ſuprà ex quibus cauſis infa.irrog.
b d.l.improbũ.
c l.2.j.de digni ta. lib. 12. l. infamia. 8.ſu prà de decu rionibus.
d l.filij.22. §.ul ti.ad munic.

LIBER XI.

Atque hi quidem pecunijs in fiſcum inferendis adminiſtrant, eoq; à reliquis muneribus excuſationẽ habẽt. Speciebus porrò, quæ in horrea Auguſti inferuntur, ex prouincijs, unde debentur, tranſportandis, ſeruiunt, nauicularij & naucleri publici 1, qui hoc unum munus debent, à reliquis oneribus, unà cum prædijs ſuis, liberi & immunes 2. In qua etiam conditione ſunt priuati, qui naues habent, atq; nauigant: fiſco enim in tranſportandis ſpeciebus operam dare, eoq; reliquis tantiſper oneribus uacare debent 3: adeò quidem, ut naui annona publica onuſtæ, priuatum onus imponi non poſsit 4, quin periculum & damnum naufragij 5 fiſco præſtandum ſit [a]: quod priuati alioquin non præſtant [b], ſed fiſco, ceu domino, illata & deuecta pereunt [c]: qui & aliàs ex priuatorum naufragijs compendium quærere, resq; priuatorum tempeſtate fortè eiectas ſibi uendicare non debet [d]: cum illud in priuatis pro crimine ſit, & confiſcatione uindicetur bonorũ omnium, à politico magiſtratu [e], excommunicatione uerò ab eccleſiaſtico coerceatur [f]. His addantur metallarij, qui metalla eruunt 6: ac procuratores metallorũ, qui his præſunt: murileguli 7, ſiue conchilioleguli [g], qui murices, quorum ſanguine purpura tingitur, aliasq; conchas marinas unionibus & margaritis grauidas, legunt & piſcantur: & gynæciarij, qui in contexendis gynæceo Principali ueſtibus ac monilibus, laborant. Item procuratores rerum ad gynæceum pertinentium: & monetarij, qui cudendæ monetæ seruiunt: baſtagiarij, quorum eſt, proprijs iumentis res ad ærarium pertinentes tranſuehere [h]: & baphij, qui tingendæ murice Imperatoriæ purpuræ ſunt addicti [i]. Dico, Imperatoriæ: quia reliquis purpura uti non licet 8, ac ne ueſtibus quidem holoueris, ſeu (ut nunc loquuntur) holoſericis & auratis: quarum tamen uſus tantùm maribus interdicitur, permittitur uerò quadamtenus mulieribus [k], quoniam has cultus & ornamenta magis decent quàm uiros. Dico, eſſe addictos: nàm horum omnium qui hæc munera præſtant, certa habebantur corpora & collegia: quib. artifices

a l.unic.h.t.
b l.4.h.t.
c l.pignus.C. de pig.act.
d l.1.h.t.
e Auth.nauig. C.de furt.
f c.3.de raptoribus.
g l.ult.h.t.
h l.4.h.t.
i de curſ.pub. lib.2.
k l.1.2.4.h.t.

1. De nauicularijs ſeu nauclerijs publicas ſpecies tranſportantibus.
2. De prædijs & omnibus reb. nauiculariorum.
3. De nauibus non excuſandis.
4. Ne quid oneri publico imponatur.
5. De naufragijs.
6. De metallarijs & metallis & procuratorib. metallorum.
7. De murilegulis & gynæciarijs & procurat. gynęcij, & de monetarijs & baſtagiarijs.
8. De ueſtibus holouer. & auratis, & de tinctione ſacri muricis.

9. De fabricensibus. 10. De uet. numismatis ptãte. 11. Nulli licere in frenis equest. &c. & de artificibus palatinis. 12. De classicis. 13. De decurialibus urbis Rom. 14. De priuileg. corporatorũ urbis Ro. 15. De pistoribus. 16. De suarijs & susceptorib. uini, & cæteris corporatis. 17. De collegiatis & chartopratis ac nummularijs. 18. De studijs liberalibus urbis Ro. & Constantinopolitanæ. 19. De honoratorũ uehiculis. 20. De priuilegijs urbis Constantinopolitanæ. 21. De metropoli Beryto.

fices unà cum familijs suis ita erant addicti & inclusi, ut ad aliud munus, aliámue fortunam aspirare, alio etiam onere grauari non possent[a]: sed quisque suo munere fungi cogerentur, & ab alijs excusationem haberent necessariam[b]: ut & fabricenses 9: quod est corpus eorum, qui in publicis fabricis & armamentarijs, hastas, loricas, tela, scuta, & similia bellica instrumenta & arma faciunt[c]: hisque consimiles, alio tamen in opere, artifices Palatini, qui uel expendendæ ueterum numismatum ac aureorum solidorũ æstimationi præsunt 10: uel frenis & sellis equestribus ac baltheis, Principum familiæ & palatio (nam reliquis eiusmodi ornamenta parari non possunt) margaritas, smaragdos & hyacinthos aptant atque intexunt 11. Item classici milites 12, classibus atque nauibus publicis tuendis asignati: decuriales urbis Romę 13: qui scrinia Senatus seruant, acta publica excipiũt & perscribunt. Item corporati certis collegijs 14, ut pistores 15, suarij 16, susceptores uini publici, & qui ex corporatis eiusmodi destinantur arcendis incendijs, collegiati 17: & chartoprati, qui transmittendæ & distrahendæ chartæ ac papyri publicæ, curam gerunt. Item nummularij, qui nummorũ ac monetarum permutationibus, examinationibus, &c. in publico præsunt, & ut argentarij, publicas contractuum rões tenent atq; conficiunt[d]. Professores liberalium artium urbis Romæ, seu Constantinopolitanæ 18, qui præ cæteris sunt priuilegiati & honorati 19. Nam Constantinopolis, translata eò imperij sede, non modò ius Italicum, sed ipsius etiam ueteris Romæ priuilegia omnia, præter Ecclesiasticum primatũ, de quo magna tamẽ fuit contentio[e], est consecuta 20: secundum quã Berytus, Syriæ metropolis, magna olim erat eminentia 21, quòd ob pulchritudinem atq; amœnitatem, studiorum nutrix, & altera post regias urbes Academia doctrinarum esset[f]. Fuit autem præcipua, quod quidem ad hoc munerũ, in quo nunc uersamur, argumentum attinet, populi urbis Romæ, & deinceps Constantinopolitanæ, prærogatiua, quòd illi alendo, canonem frumentarium 22, hoc est annuum frumentum 23, & aliam annonam ciuilem 24, puta oleum, porcinam, bubulam, præstare ac suppeditare gratis, prouinciales cogerentur: quæ annona præcipuè indigentibus & mendicis inualidis, non ualidis 25 (nam hi ad

E labores

22. De canone frumentario urbis Romæ. 23. De frumento urbis Constantinopolitanæ. 24. De annonis ciuilibus. 25. De mendicantibus ualidis.

a *l.2.3.4. de fabric. j.*
b *l.1. & t.t. de murile.*
c *l.ult. suprà de seru. fugit. & paßim h.t.*
d *l.quædam. 9. §. nummularios. ff. de eden. ubi dixi.*
e *c.renouantes. 22. distin.*
f *constit. omnẽ. §. hæc autem. & §. illud. in proœ. Pand.*

labores urgendi sunt a) distribuebatur. Item nautæ Tyberini, qui commeatum eiusmodi in ueterem urbem Romã conuehunt 26: & frumentarij Alexandriæ 27, quò omne Ægypti frumentum atq; annona comportata, suscipiebatur & excutiebatur: eiusque ciuitatis corporati & primates 28: qui omnes à sordidis muneribus, cum digniora sustineant, excusantur [b]: ut & qui cæteras Imperij ciuitates 29, earumq; res publicas administrant 30, aut ex necessitate aliqua, puta æris alieni, cumq; debita solennitate distrahunt [c] 31: inter quos tñ ciuitatum debitores 32 non numerantur, quibus antè honores gerere, quàm æs Reipub. dissoluerint, interdictum est [d]. Ac illiusmodi quidem administratores si quid in officio commiserint, hoc ordine exiguntur, ut ipsi prius, deinde horum nominatores 33, qui ad munera publica uocati, pro se alios eiusmodi, uelut potiores nominarunt [e], & ideo pro his intercesisse, & idoneos præstare eosdem uoluisse intelliguntur [f]: deniq; fideiussores 34, quos initio functionis cuiuslibet publicæ dari per satisdationes usitatum est, conueniãtur [g] 35. Ab his tamen distant actuarij publici: nam hi serui sunt Reipub. stipulationibus contrahendis, & rationibus scribendis atque tractandis præpositi [h]: quod ad munus, cum proprium sit seruorum uniuersitatis [i], liberi homines inuiti cogi non debent 36. Porrò administratores eiusmodi, de quibus iam est dictum, quanquam à sordidis & sua prouincia alienis muneribus excusentur, non tamen à necessarijs 37, præsertim quæ patrimonij respectu imponuntur: ut ab angarijs [k], hoc est, iumentorum & plaustrorum ad publica transferenda præstationibus [l]: in quas si qui sumptus fiant, ij pro rata ab eiusdem curiæ munerisq; collegis sustinentur & repetuntur. Nam ex officio quod simul administrauerunt, gesseruntque, aut gerere debuerunt, cum omnes pro uno sint [m] & teneantur [n], hoc nomine conueniri rectè possunt [o] 38. Inter hos autẽ etiam curatores ciuitatum recensentur [p]: seruis & actuarijs publicis uelut Episcopi impositi [q], solutionibus item recipiendis, liberationibusq; debitorum faciendis, uniuersitatis nomine præfecti [r] 39. Et horum quidem collegia atq; munera sunt honestiora: illorũ

sordi-

26. De nauticis Tyberinis.
27. De frumento Alexandrino.
28. De Alexand. primatib.
29. De iure Reipub.
30. De administ. Rempub.
31. De uenden. reb. ciuitatis.
32. De debitorib. ciuitatum.
33. De periculo nominatorum.
34. De periculo eor. qui pro magistratib. interuenerunt.
35. Quo quisque ordine conueniatur.
36. Ne quis liber inuitus actum Reipub. gerere cogatur.
37. Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere. 38. De his qui ex officio quod administrarunt, conueniuntur. 39. De solutionibus & liberationibus debitorum ciuita.

a gl. & Dd. l. unic. h. t.
b l. 1. h. t.
c l. ult. ubi Dd. hoc tit.
d l. 1. h. tit. uide ext. de oblig. ad ratio.
e l. 1. infrà de potior. ad mun. nomi. l. ad subeunda. l. honores. suprà de decur. lib. 10. l. 2. de mag. conue. Paul. lib. 2. tit. 28. 29.
f l. 1. l. 4. de mag. conuen.
g l. unic. h. t. l. 2. §. pen. l. 3. §. ult. de ad. rerum ad ciuit. pertinen. l. 1. in princ. de mag. conueniend.
h l. 1. ï. de solut. & liber. deb. ciuit.
i l. 6. §. irritũ. de iniust. rup. irr. testa. d. l. 1. infrà de sol. & lib. deb. ciuit.
k l. 1. h. t.
l l. nullus. 7. suprà de fabricens.
m l. magistratus. 25. ad municip.
n l. 2. de ad. rer. ciuit.
o uide l. 2. 3. de ad. rer. ad ciuitat. pert.
p l. 2. & tot. tit. de ad. rer. ciuit.
q l. unic. h. t.
r d. l. unic. hoc tit.

sordidiora, eoq; minorem habentia excusationem à mune- a l.ult.h.tit.de

40. De spectaculis & scenicis et lenonib. ribus, præsertim pecuniarijs, ut ab auri lustralis collatione [a], qui lenocinium alendis scenicis, & alijs leuis notę mulieribus exercent [b]: aut spectaculis aut scenicis ludis 40 expensa publica 41 seruiunt: aut aquæductibus purgandis 42, gladiatorum ludis exhibendis 43 (qui hodie penitùs sublati sunt [c]) uel feris uenandis 44, uel maiumæ 45 (ludi id naualis, teste Suida, genus erat [d]) operam locant, armaq; his in uilibus operis 46, non tamē inscio Principe, tractant. Item agricolarū corpora à seruili conditione non multum distātia 47: quorum alij serui sunt, ut censiti [e]: alij liberi quidē, ut coloni: qui tamē terram ueluti glebæ ascripti dimittere nō possunt [f]: cum etiam censiti sint, censibus asscripti [g], quiq; ex iugationibus terræ & si terram nullam possideāt, pro suo suorumq; capite ex ea quæ à capite tantùm censis exigitur capitatione [h], à qua ciues nunc sunt immunes 48, tam censūm dominis fundorum, (qui tamē supra constitutum exigere, & grauare eos nō possunt 49) quàm Reipub. tributa & capitationes pendunt [i]: ut coloni Palæstini 50, Thracenses 51 (quos tamen ut Aulæ Constantinopolitanæ proximos, & ea re præ cæteris aliàs satis oneratos, capitationes non tenent [k]) Illyricani 52, & alij rusticani, uicos incolentes: qui sicuti subterfugere tributa non debent, neq; deserere terram, sed illi uelut addicti, constitutionibus pœnalibus adhærescere atque immorari coguntur [l], & ad fraudanda tributa publica, fugiendosque labores (nam defensionis causa licet [m]) potentiorum patrocinijs sese dedere prohibētur 53: ita econtrariò, à cultu terræ ad nullum aliud munus & obsequium auocari debent 54. Et adeò quidem coloni fundis, quos colunt, sunt addicti: ut etiamsi proprij sint eorum, tamen non liceat habitatoribus metrocomiæ, loca sua ad extraneum, sed tantùm ad uicinum eiusdem metrocomiæ incolam, uenditione, aut alio quouis titulo transferre 55: unde ius retractus, quod hodie in plerisque ciuitatibus uicini obtinent, manasse uidetur [n]. Dicitur autem Metrocomia, eodem modo quo Metropolis: quæ sicuti caput est ciuitatū in pro-

Marginal summaries:
41. De expēsis publ. ludorum.
42. De aquæductibus.
43. De gladiato. penit. tollen.
44. De uenatione ferarum.
45. De maiuma.
46. Vt armorū usus inscio Principe interdictus sit.
47. De agricolis et censitis et colonis.
48. De capitatione ciuium cēsibus eximenda.
49. In quibus causis colo. censiti dominos accusare possunt.
50. De colonis Palæstinis.
51. De colonis Thracensibus.
52. De colo. Illyricanis. 53. Vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos uel uicos eorum. 54. Ne rustici ad ullum obsequium deuocentur. 55. Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre.

Notes:
a l.ult.h.tit.de spectacul. Cuiac. Nouell. 14.
b de his uide l. 5. C. de Epis. aud. & Nouell. 51.
c l.1.h.t.
d uide Alciat. hîc.
e l. litibus. 19. et l. cum scimus. 21.h.t.
f d. l. litibus. 19.
g l.2. infrà in quibus caus. col.
h l.1. infrà ne rustica. ad ull. ob.
i l.1. de colo. Thracens.
k l.1.h.t.
l l. unic. de colon. Palæstin. l. unic. de colon. Thracens. l. unic. de colo. Illyr. suprà.
m c. recepimus. 8. in fi. uerb. ad iudicium perceptæ protectionis. c. ex parte. 2. de priuilegijs Schurff. consi. 23. quod ueritas. num. 1. 2. cent. 3. Cuiac. hoc t. ubi desiderat l. 2. & in l. quidam. 132. de uerbor. obligat.
n uide Dd. l. dudum. C. de contrah. empt. Tiraq. de iur. retr. Matt. de Affl. de iur. pro.

in prouincijs, ita Metrocomia Græco similiter nomine dicitur caput atque mater uicorum, qui ciuitatibus subiacent[a]. Licet autem pro suo quisque capite qui possessiones non habent, proque fundis, si quos possideant, uicarij, qui uicos incolunt, hoc est, coloni & rustici censum debeant: tamen pro alterius, puta uicini censibus atq; debitis, molestari non possunt 56: cum iniquissimum fuerit alium pro alio conueniri[b], nec æqualiter censuum præstationē, pro numero personarum in capitationibus, pro modo uerò facultatum & bonorum ac prædiorum in reliquis censibus distribui. His autem censibus 57 describendis, & (ut nunc loquuntur) taxandis, præsunt censitores seu censores, qui census agunt: item peræquatores & inspectores, qui actum censum inspiciunt, emendant, & peræquant: releuantes scilicet prædia, quibus grauior quàm pro fructu census impositus est, & aggrauantes ea quæ censita sunt leuius[c]: operamque dantes, quo agri deserti & inculti, uel à domino derelicti, colantur, & ad tributa pendenda aptentur 58: eaque re steriles agri & infrugiferi fertilibus ad culturam adiungantur. Porrò inter censuales agros sunt & limitrophi 59, alimenta & commeatum præbentes limitaneis militibus & præsidiarijs, qui in limitibus Imperij Ro. contra hostium incursum excubant[d]. A' quibus distant terræ & paludes & pascua limitanea, uel castellanorum: nam hæc omni iure ad milites limitaneos, seu castellaneos pertinent[e]: illi uerò limitrophi agri non sunt militum, sed uel publici, uel priuati: & hoc solùm munus præstant, ut legionibus, quæ in terris limitaneis propter hosticum commorantur, annonam suppeditent. Quem in usum sciendū est etiam pascua publica 60, uel priuatæ rei, fundosque patrimoniales Principis, & saltuenses, hoc est, saltibus & nemoribus obsitos, solere sub certis muneribus pensitationibusque, ad sustentationem exercituum limitaneorum, qui hostilibus incursionibus alijsq; militiæ malis impediti, agriculturæ sufficere, indeq; annonam sibi idoneam parare nequeunt, uel ad alias Reipub. necessitates præstandas, aut in emphyteusin dari (unde & emphyteutici nominantur) aut elocari 61, unà cum mancipijs & colonis patrimonialium & saltuensiū & emphyteuticorū fundorū 62: qui si aufugiant, ad terrā cui addicti sunt, retrahi debent 63. Atq; hi quidē fundi sub certis & ordinarijs muneribus ac functionibus, ita conceduntur priuatis fruendi: ut quo ea

munera

a *l. qui ex uico. 30. ad munic.*

b *sup. ne fil. pro pat. ne uxo. pro mar.*

c *l. 10. ꝗ. de fun. pat. l. pen. & l. ult. ꝯ. de an- no. & trib. l. 12. & l. 14. C. Theo. de cēs. l. ul. C. Theo. de loc. fi. iur. emph.*

d *l. 1. h. t. l. nulli. §. 1. de fund. patr.*

e *l. 2. 3. h. t.*

56. Vt nullus ex uicaneis pro alienis uicaneorū debitis teneatur.

57. De censib. & censitorib. & peræquatorib. ac inspectorib.

58. De oī agro deserto, & quando steriles fertilib. imponuntur.

59. De fundis limitrophis, & terris & paludibus & pascuis limitaneis uel castellanorum.

60. De pascuis publicis & priu.

61. De fundis patrimonialib. & saltuensib. & emphyteut. & conductorib. eorū.

62. De mācipijs & colonis patrimon. & saltuen. et emphyteutic. fundorū.

63. De fugitiuis colonis patrimonial. saltuens. et emphyt.

64. De collatiõe fun. patrim. & emphyt. munera præstare facilius possint, à reliquis, extraordinariis præsertim, excusentur 64. Neq; uerò fundi tátùm Augustales rei priuatæ, sed & saltus diuinæ domus 65, seu dominicæ 66, hoc est necessitatibus aulę, & cellario culinæq; Principis assignati [a]: unà cum agricolis & mancipijs dominicis 67, tamia item prædia 68, ad cellã penumq; Principis pertinentia: (ταμεῖον enim cellarium seu penus dicitur) & publica [b], aut publicata, quæ ad fiscum spectant, cum colonis itidem, eorũq; familia & liberis, elocari, uel in emphyteusin ita dari possunt [c]: locatio ad tempus, emphyteusis in perpetuum. illa mercede ad fructus comparata: hæc sub certo canone annuo, qui in recognitionem directi dominij præstatur: quáobrem in illa si nihil fructuum capiatur, nihil mercedis debetur [d]: in ista secus est [e]. illa nec dominium nec possessionem transfert [f]: hæc utrunque, saltem utiliter [g]. Cõductorem propter suas necessitates, quæ prouideri non potuerunt [h], aut ob pensioné non solutam, aut quòd malè in re uersetur, exigere dominus potest [i]: emphyteutam non æquè [k]. Et hoc quidem locationis & emphyteuseos discrimen: rei uerò priuatæ & publicæ illud: quòd priuata sunt, quę in re priuata & patrimonio Principis habẽtur: publica, quæ fiscalia, ut quæ fisco ex bonis proscriptorum obuenerunt [l]: item ciuitatum & templorum prædia [m], quæ eodem modo sub reditibus in emphyteusin dari 69 aut elocari solent 70. Nam & Ecclesiæ bona pro publicis habentur [n]: in quorum tamen emphyteusi quædam sunt singularia: ut quòd hic canon redigatur ad fructuum æstimationem: quòd nisi intra biennium soluatur, expelli emphyteuta possit: quòd ad uitam, uel tertiam solùm generationem, non in perpetuum, nisi ex manifesta Ecclesiæ utilitate, & certa cum solennitate in scriptis, ut reliqua Ecclesiæ negocia contractusq; uniuersi [o] emphyteusis ea constituatur [p]. Atq; eiusmodi quidem qui conducunt, conductores, procuratores, siue actores prædiorum fiscalium & domus Augustæ 71 nominantur: quibus tamen Palatini milites & curiales aggregari non possunt: cùm his ad cõductionem prædiorum fiscaliũ accedere non liceat 72. Cæterùm isti cõductores, quia reditus publicarum necessitatũ tolerant, & péndere coguntur 73:

E 3 ideo

Side notes (left margin):

64. De collatiõe fun. patrim. & emphyt.
65. De fun. rei priuatę & salt. diuinæ domus.
66. De fundis & salt. rei tamiac.
67. De agricol. & mãcip. dominicis uel fisci, siue rei public. uel priuatæ.
68. De prædijs tamiacis, & de ijs qui ex colonis dominicis alijsq; liberæ conditionis procreantur.
69. De diuers. præd. urb. & rusti. templ. & ciuit. & omni red. ciuili.
70. De locat. præd. ciui. uel fiscali. siue temp. siue rei priuatę uel dominicæ.
71. De conduc. & procur. siue actor. præd. fisc. & domus Augustę.
72. Quibus ad conductioné prędiorũ fiscaliũ accedere nõ licet.
73. De collat. fundo. fiscal. uel rei priua. uel dom. uel. ciuit. uel tépl.

Side notes (right margin):

a *l. ult. ∴. de priuil. diuin. domus.*
b *l. 1. ∴. de fun. rei priu.*
c *l. 1. h. tit.*
d *l. si merces. 25. §. uis maior. locat.*
e *l. 1. C. eod.*
f *l. 2. C. de præscr. 30. ann.*
g *l. 1. 2. 3. C. eo. tit. §. 3. Instit. de locat.*
h *Bal. nu. 2. & Dd. d. l. 3.*
i *l. 3. C. de loc.*
k *l. 2. ubi Ias. et Dd. ∴. de iur. emphyt.*
l *l. ult. ubi differentia rei fiscalis & priuatæ ista traditur. ∴. de collat. fund.*
m *l. 5. ∴. de pag. & sacrif.*
n *gl. c. pen. distin. 1.*
o *l. iubemus. 14. §. ult. ∴. de sacr. eccl. c. 1. de censib. in 6. uid. Redo. de reb. eccle. alien. cap. de subscrip. nu. 5. & 6. qui de iur. cano. non putat necessariã script. ad solennit. sed tantũ ad prob.*
p *Dd. ad l. iubemus. 14. cũ Auth. seq. ∴. de sacr. eccl. et in Auth. de al. & emphyt.*

ideo ab alijs muneribus, potiſsimùm extraordinarijs, ſunt immunes 74. Ab his autem prædijs excipiendę ſunt res illæ Cæſaris, quę nullo titulo priuatis concedi, aut in eorum uſu eſſe poſſunt: ut greges dominicorum equorum 75. palatia [a], & domus dominicæ 76, lucus Daphnéſis circa Antiochiam precioſiſsimis cupreſsis óbſitus [b], & Perſeæ per Aegyptum arbores magnificentiſsimæ 77.

LIBER XII.

HActenus de muneribus patrimonialibus & perſonalibus, quæ magna ex parte honore uacant, eorumq; excuſationibus tractatum eſt. Nunc ultimo tandem loco ad honores & munera dignitate 1 pollentia, quæ & ipſa à reliquis excuſationem & immunitatem uariam præbent, eſt perueniendum: in quibus ſunt Prætores 2, magna olim (ut ait Boetius) poteſtas, nunc inane nomen, & ſenatorij cenſus grauis ſarcina. Nam ſub Auguſtis poſterioribus, præturæ honorem qui ſuſcipiebat, ſuis ſumptibus circenſes & ſcenicos ludos exhibere cogebatur [a]. Inſuper & pro gleba, proque ſuis fundis & poſſeſſionibus, aurum glebale: qui gleba carerent, aurum oblaticium, id eſt follem (nummi aurei id genus eſt [b]) & ſeptem ſolidorum functionem ſenatores eiuſmodi inferre cogebantur: quibus oneribus conſtitutione Valentiniani tandem ſunt liberati [c]. Item conſules 3 (qui tamen ad eam dignitatem obtinendam largitionibus ambire, & in uulgus pecuniam ſpargere non debent [d]) præfecti item & magiſtri militum, & patricij, quorum dignitas ſub Auguſtis par eſſe cœpit conſulari [e], ſicut & præfectorum prætorio & urbi 4: quanquam hi in magiſtratu ſunt, & functione: patriciatus autem non tam adminiſtratio eſt quàm dignitas [f], uelut olim ſenatoria [g]: cui adſcripti, parentes Principis & uelut patres patriæ cenſebantur [h]: ut nunc in Gallia patres ſeu Pares Franciæ: & qui ſunt in fraterno cum Principe aurei Velleris, Michaelis, &c. ordine: in quem allecti, fratres Principis ſunt & nominantur. Item præpoſiti ſacris cubiculis, & cubicularij 5, multis priuilegijs ornati [i], atque illuſtres [k]: Quæſtores magiſtri officiorum, comites ac præfecti ſacrarum largitionum & theſaurorum

4. De præfectis prætorio ſiue urbi, & magiſtris militum in dignitatibus exæquandis. 5. De præpoſitis ſacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

a uide l. penult. ult. ſup. de operib. pub.
b uide de hoc & arborib. Perſeidos Conar. Var. reſol. lib. 4. c. 7.

a Boet. 3. de conſol.
b l. 2. & 3. C. Theod. quorum appell. non recip. l. 3. C. Theod. de ſicar. l. 5. 21. C. Theod. de prætor.
c l. 2. h. tit.
d d. l. 2. h. tit.
e §. fin. Inſtit. quib. mod. pat. pot.
f l. 3. hoc tit. de conſulib.
g l. 1. cum ſeq. de ſenat.
h l. ult. ſupr. de emancip. l. 5. ſuprà ad l. Iul. maieſt.
i l. 1. hoc tit.
k l. ult. ĩ. qui iuriſd.

74. De priuilegijs domus Auguſtæ uel rei priuatæ: & quarũ collat. excuſa. habeant.
75. De grege dominico.
76. De Palatijs & domib. dominicis.
77. De cupreſsis ex luco Daphnéſi & Perſeis per Aegypt. non excidendis uel uẽdendis.
1. De dignitatibus.
2. De prætoribus & honor. prętur & collat. & gleba & claui & follib. & ſep. ſolid. functione ſublata.
3. De conſulibus & non ſpargendis ab his pecunijs, & de præfectis ac magiſtris militum, & patricijs.

6. De quæstorib. magistris offi. & comitibus sacrar. largitionũ & rei priuatæ.

rorum ac rei priuatæ 6: uir spectabilis primicerius, hoc est decanus & præpositus seu primus notariorum scribarúmque Cancellariæ, ut nunc loquuntur, Palatinæ: qui quòd reliquos chartarum proceres, quos iam nominant secretarios, honore & dignitate authoritateque anteibat: Græco nomine in Aula, nimirum Græca Constantinopolitana sic est appellatus[a]. κηρὸς enim ceram, κήρωμα tabulam ceratam, in qua antiquitùs scribebatur, significat. Ab eiusmodi igitur tabulis ut antea Codicem dictum ostendimus: sic & primicerij notariorum primates appellati: ut apud Renatum Frigeridum in historia Honorij & Theodosij, quanquam & aliorum officiorum principes eodem nomine censentur: uelut Vegetio lib. 2. primicerij in officio præfectorum prætorio: Ammiano Marcellino lib. 18. primicerius protectorum. Et in uita Martiani primicerius scholæ candidatorum. Eam dignitatem non fuisse minimam, sed, ut hîc dicitur, spectabilem, ostendit Cassiodorus epistola. libr. 6. in forma comitiuæ sacrarum & primiceriatus: Ad publicæ, inquit, festiuitatis indicium, locum quoque primiceriatus adiungimus. Parum est autem, quòd prouinciarum iudices tuæ subiaceant dignitati: ipsis quoq; chartarum proceribus confirmas officium: dum perfectum non creditur, nisi à te fuerit pro solennitate completum. Vestis quoque sacra tibi antiquitùs noscitur fuisse commissa: curas quoque littorum, aduentitia lucra, prouisionum comites, negociatores, quos humanæ uitæ constat esse necessarios, huic potestati constat esse subiectos. Nam quicquid in uestibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana habere potest preciosum, tuis ordinationibus obsecundat. Suidas, πριμικήριος ὁ πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης. Primiceriatum etiam domesticatum dici ostendit hîc ex epistola Athalarici regis Gothorum Alciat. & primiceriũ etiam primochiriũ quasi à manibus primũ dici: cuius potestas, quod quidem ad Secretarios & Cancellariã attinet, penes eum nũc est, quẽ à re Cancellarium modò nominamus. Erant autẽ olim à primo alter secundicerius, & deinceps notarij secretorum actorũ, hoc est, Principis secretarij, seu à secretis 7, non uno omnes loco, sed alij primo, alij secundo, atque ita deinceps ulteriore gradu positi, ut ordo personarũ & temporis, quo in officio fuissent, itẽ & dignitatũ seruaretur 8: & his impositi magistri scriniorum 9, uiri spectabiles[b], qui

7. De primicerio, & secundicerio, & notarijs.

8. Vt dignitatum ordo seruetur.

9. De magistr. sacrorum scriniorum.

a Alciat. hîc.

b l. eos. sup. de excus. muner.

qui nunc uel Cancellarij sunt, uel Cameræ à secretis & consilijs: comitesque consistoriani 10, hoc est, assessores intimi Principis consistorij, in quo legatos audit, & de causis Imperij, atque alijs grauioribus cognoscit [a], qui nunc consiliarij priuati seu secreti consilij nominantur. Comites & tribuni scholarum 11, scholis scilicet (quæ olim militaris ac ciuilis disciplinæ multiplices, ut nunc apud Turcas, habebantur, copioso reditu atque commodo abundantes) agentium in rebus [b] præpositi [c]: comites & præfecti rei militaris 12: comites archiatri sacri Palatij 13, qui nunc absque dignitate comitatus (quem titulum honorarium, Constantinus suos honorare satagens, primus præcipuis officijs adiecit [d]) medici corporis Principis nominantur. Comites qui prouincias regunt 14: Professores, qui in urbe Constantinopolitana, professione 20. annorum ex lege meruerunt comitiuam 15. Item silentiarij, hoc est excubitores, in consistorio seu palatio Principis ad limen excubantes [e]: qui nunc ferè esse uidentur quos Apparitores & ianitores curiæ appellant: & hisce præfecti decuriones 16, domestici satellites Principis, & protectores corporis 17: in quibus eminent præpositi laborum 18, hoc est, eius uexilli, quo ueluti custodum præcipuo robore ualidissimaque manu tanquam triarijs Princeps in primis nitebatur, & ad omnes omniũ periculorum laborúmque (unde nomen factum) casus, præcipuè utebatur [f]. Proximi (à magistris scilicet, de quibus suprà dictum est) sacrorum scriniorum: & his accensi seu attributi Cornicularij, quos & Commentarienses uocant [g]: cæteriquè qui in sacris scrinijs militãt 19: quibus in scrinijs annotationes uel pragmaticæ sanctiones, rescripta principum, preces & cognitiones æduntur, reponuntur & seruantur [h]: ut est scrinium memoriæ, scriniũ epistolarum, scrinium libellorum, scrinium dispositionum, largitionum [i], &c. Item agentes in rebus 20, hoc est seruientes Principi, non in literata consistorij uel scrinij militia ut superiores [k]: sed in actu Reipub. officijsq; publicis, tam togatis quàm militaribus, horúmque præpositi seu principes 21: in quibus sunt curiosi 22, ad quos cura publici cursus spectat: hodie magistri postæ nominantur: Palatini sacrarum largitionum & rerum priuatarum 23, hoc est apparitores & ministri, seu ministeriani Palatini (nomen id generale est omnium officiorum, Palatio

a Ammi. Marcell. lib. 15.
b ȷ̃. de priuat. schol. l. 3. §. de offic. mag. offic.
c ȷ̃. de princip. agen. in reb.
d Euseb. lib. 4. de uita Constantin. uide D. Cuiacium. §. de comit. & tribun. scholar.
e l. 3. h. tit.
f uide Cuiac. hoc tit.
g l. 2. h. tit. ubi Alciat.
h l. ult. §. de aquæduct. l. omnium. §. de testa. l. 2. ȷ̃. tit. prox.
i l. 1. & t. h. tit.
k l. 8. §. tit. 1.

10. De comitib. consistorianis.
11. De præpositis & tribunis scholarũ.
12. De comitib. rei militaris.
13. De comitibus & archiatris sacri Palatij.
14. De comitib. qui prouinc. regunt.
15. De professor. q in urbe Constan. ex lege meruerunt comitiuam.
16. De silentiarijs & decurionibus eorũ.
17. De domesticis & protectoribus.
18. De præpositis laborum.
19. De proxim. sacrorũ scriniorum, ceter. qui in sacr. scrinijs militant.
20. De agẽtibus in rebus.
21. De principib. agentiũ in reb.
22. De curiosis & stationarijs.
23. De Palatinis sacrarum largitionum & rerum priuatarum.

tio deseruientium) comitum largitionum, uel rerum priuatarum [a]: stratores 24, probandis equis præfecti, & Principi conscendenti apparentes [b]: Castrensiani, & ministeriani 25: pars regiæ familiæ, seruitijs & ministerijs Principis interioribus in aula & castris deuota: ut prægustatores, pincernæ, & mensæ cubiculoque Principis inseruientes, & in his præeminentes decani 26. Item mensores castrorum, hospitium Principis præparantes 27, quos nunc Fourerios nominant: quorum omnium qui in sacro Palatio militant, uariæ sunt (pro militibus enim habentur [c]) immunitates, uariaque priuilegia 28: ut & scholarum 29, quæ sub magistris officiorum erant ad undecim numero [d]: in quibus ad militiam & alias artes Reipub. utiles, iuuentus cum reditu fructuque stipendiorum annuorum, quam militiam quoque uocant [e], erudiebatur [f]: undeq; ad officia ciuilia & militaria, probatæ spectatæque indoles (prout etiam nunc Turcis usitatum est) eligebantur. Et hic quidem est primus dignitatum ordo, uidelicet Senatorius, & eorum qui propriè curię, curisque ac ministerijs Principis sunt dicati, eoque in iure nostro comites Principis [g], in sacris literis Eunuchi appellantur [h]: qui tamen iura militiæ, indeque castrense peculium, & alia militaria priuilegia obtinent 30. Alter & secundus ordo, est equestris dignitas 31, & perfectissimatus 32. Est autē equestris ordo propriè eorum qui militant, uel militare possunt: qui tamen duplici militia, uel dignitate forensi & militia uti simul non debent 33. Militiæ ultimus finis est, ut pax quæratur [i]: subordinati, defensio reipub. [k] recuperatio, pœna [l]. Sed pax in imperijs & rebuspub. secundum Platonem inane nomen est, ex sex causis, quæ alibi recensentur [m]. Parū ergo de pace [n], plurima de bello & re militari legibus nostris cauta sunt. Ad militiā cogit supremus Princeps [o] etiam inuitos [p], uelut ad necessarium munus [q] reipub. [r] eos scilicet, qui militare possunt, nec aliquam habent à militia excusationem [s] aut uacationem [t] immunitatemque [u], aut commeatum [x]. Pos-

F sunt

24. De stratoribus.
25. De castrensiarijs & ministerianis.
26. De decanis.
27. De mēsoribus.
28. De priuilegio eorum qui in sacr. Palat. militant.
29. De priuileg. scholarum.
30. De castrensi Palatinorum omniū peculio.
31. De equestri dignitate.
32. De perfectissimatus dignitate.
33. Qui militare poss. uel nō pos. & de ser. ad militiā uel dig. aspir. & ut nemo duplici milit. uel dig. & militia simul utatur.

a de his s̄. lib. 1. uide Cuiac. hic.
b l. ult. s̄. de excus. tutor. & curat. l. ult. s̄. de loca.
c l. ult. s̄. de locat. uide Cuiac. lec. 2. in l. 1. s̄. de ann. ciuit.
d Nou. 53. c. optimū. 5. l. ult. C. de pig. No. 97.
e l. ult. j. de tyron.
f supr. de offic. comit.
g Gen. 37. ubi Cal. Actor. 8. in fin.
h Cic. li. 1. Offi. c. noli. 3. q. 1.
i l. milites. 31. C. de locat. et conduct.
k d. c. noli. cap. quid culpatur. c. apud. 23. q. 1. c. iustum. 23. q. 2.
l gl. uerb. pacē. c. 2. de senten. & re iudic. lib. 6.

n in usib. feu. tit. duob. de pace tenen. et in ordin. Imperij. et ex̄. de treug. & pac. cuiusmodi titulus nullus extat in iure ciuili. *o* l. pen. j. de re milit. in Auth. ut armo. usus inscio principe. Bar. & Dd. l. hostes. 24. de cap. & postlim. reuer. *p* No. 116. de militib. Pano. & Dd. c. sicut. ult. de iureiur. c. olim. de restitut. spol. *q* l. 1. de test. mil. l. aduoca. 14. C. de aduoc. *r* l. 4. l. in bello. 12. de re milit. l. liber. 17. h. t. *s* uid. s̄. qui æta. se excus. cum seq. *t* ff. de uac. & exc. mun. *u* ff. de iur. immun. de priuil. uetera. *x* l. qui mittuntur. 33. §. ult. l. miles. 34. ex quib. caus. ma. l. milites. 13. §. 1. cum l. seq. de re mil. l. 1. 2. 3. cum seq. infr. eod.

ſunt autẽ militare omnes, qui non prohibentur. Prohibentur decuriones [a], coloni, ſaltuenſes [b], ſerui [c], deniq; omnes cohortalis uel curialis cõditionis homines [d], negociatores 34, debitores, reiq; pecuniarũ aut criminum [e], qui fugiẽdæ litis, pœnæq; cauſa nomẽ dant [f]. Cæterùm qui à militia excuſentur, ex ijs quæ de excuſatione munerum dicta ſunt, intelligi poteſt [g]. Ad milites aũt pertinet tota res ratioq; militaris [h] 35, quæ pro publica cauſa habetur [i], quomodo ſcilicet ad militiam ordinentur [k], ſacramento adigantur [l], in claſſes numerosq; referantur [m], deq; eorũ uſu [n], officio [o], diſciplina [p], translatione [q], iudicijs [r], priuilegijs [s]: quibus etiã ſolatia ijs debita accenſentur [t]: puta ſtipendia [u], unde alantur [x], caſtrenſe peculiũ 36, erogatio militaris annonæ 37, eiuſdemq; excoctio 38, nimirũ panis militaris [y], & translatio atq; tranſmiſsio, ueſtes militares 39, earumq; canon atque exhibitio [z], aut pro ueſte pecuniæ repræſentatio [a]. Super hæc metata ſeu ius hoſpitij, quod ab omnibus abſque excuſatione ulla, facientibus iter militibus debetur & eſt præbẽdum 40: & epidemetica, hoc eſt precia quibus ſe redimũt opulentiores ab hoc onere militum ſuſcipiendorũ: quæ poſt ſunt abrogata: ne hoc prætextu quaſi concuſsione, à militaribus hominibus prouinciales emungi pecunia poſsint [b]. Quanquã ijdem prouinciales ſalgama 41, hoc eſt quælibet ſale cõdîta, puta carnes, herbas, & ſimilia (quę ita condîta durant in longũ, neq; putreſcũt, & neceſsitatẽ cõmeatus in exercitu ſubleuãt) præſtare militibus, nõ etiam ſalgami gratia, culcitras, ligna, oleũ debent [c]. Deniq; & ius commeatus 42, hoc eſt abeundi poteſtas, quæ ex iuſtis cauſis ad tẽpus uel in perpetuũ, militibus à tribunis cohortiũ, aut præpoſitis militũ, uel etiã à Principe uariè cõcedi ſolet. Milites ſunt qui militiã tolerant ſub magiſtris militũ, aut in undecim ſcholis, aut inter fœderatos [d]. Militũ autem plura ſunt genera, ſiue ordines [e]: ut tyrones 43, infimus militiæ gradus [f]: cuſtodes limitũ Imperij, de quib. ſuprà dictũ eſt: & littorũ atq; itinerũ 44, qui in id excubias agunt, ne illicitæ merces mari aut terra tranſuehãtur, & ut portoria ac uectigalia præſtẽtur [g]: ueterani, non qui iniuſſu ducis militiã deſeruerũt 45, ſed qui honeſtè impletis armorũ ſtipendijs ac tẽporibus iuſtis, dimiſsi ſunt 46: eorumq; filij, qui in parentũ demortuorum locum ſuccedunt & admittuntur 47: à qui-

a l.2.hoc tit. *b* l.3.hoc tit. *c* l.penult. & ult.h.tit. *d* l.4.hoc tit. *e* l.ult. de re milit. *f* l.1.h.tit. *g* lib.10. & 11. *h* l.milites.31. l.ult.C.de loc. *i* l.2.ſupr. ubi de ratio. *k* uide gl. Sax. lib.1.art.27. *l* l.ex eo.43.de teſta.mil.l.ex militari.11.de re milit. *m* l.neminem.17.l.econtrà.14.h.tit. *n* No.116.de militib. *o* d.Nou.116.l.13.15.16. *p* l.11.12.13.cũ ſeq.h.tit. *q* l.12.13.14.h.t. *r* l.ult.h.t. *s* l.13.15.16.h.t. *t* l.uend.13.in fi.com.præ.l.poſt duos.15.§.de aduoc.l.unic.ſup.de anno.et cap. *u* l.1.h.t. *x* l.milites.31.C.de locat. *y* l.1.& 2.h.t. *z* l.1.& t.h.t.

a l.3.h.t. *b* l.ult.h.t.No.129.& 134. *c* l.unic.h.t. *d* l.ult.C.de locat. *e* uide l.ult.C.de locat.& cond. *f* l.ult.hoc tit. *g* l.unic.hoc tit.

34. Negociatores ne militent.
35. De re militari.
36. De caſtr. pecul. mil. & præfec.annon.
37. De erogat. milit. annon.
38. De excoction. & translatione militar. anno.
39. De militar. ueſte.
40. De metatis & epidemeticis.
41. De ſalgamo hoſpitib. non præſtand.
42. De cõmeatu.
43. De tyronibus.
44. De littorũ & itinerum cuſtodia.
45. De deſertor. & occultat. eor.
46. De ueteranis.
47. De filijs officialium & militariũ qui in bello moriũtur.

48. De oblatio. uotorum.

à quibus, quemadmodum & à reliquis subiectis, uota pro salute Principis initio ingredientis anni concipi, & munera Principi in auro offerri solent 48. Præterea numerarij (hoc est tabularij [a]) qui nomina militum numerant & conscribunt, rationesque putant: Scribas seu Clericos bandarum siue uexillorum hodie uocant: actuarij, qui & ipsi rationes tractant [b]: & chartularij adiutores, scriniarij exceptores sedis excelsæ, hoc est præfecti prætorio, cæterorumque militarium iudicum & ciuilium 49: ac præcipuè numerarij ducis exercitus, siue amplissimæ sedis, hoc est præfecti prætorio: qui omnes cingulum habent, & militiæ ordinem tenent [c]: ideoque & cursu publico uti possunt 50: quem ad usum cogunt angaria, hoc est iumenta, naues, plaustra ad transuectionem rerum bellicarum per uiam regiam: seu parangaria, hoc est, eadem illa transmissionis adminicula, extra uiam publicam (per quam cursus publicus stat) iussu præfecti prætorio (cui soli proficiscendi extra uiam cursus publici, potestas libera est [d]) à prouincialibus exigunt atque postulant. Quibus cursu publico ita utentibus, tractatoria diplomata dari solent, adscriptis statiuis & mansionibus, in quas diuertant, & unde alantur, ac uictum & angaria sumant 51. Apparitores quoque præfectorum prætorio 52 in militibus numerantur [e], & apparitores præfecti urbis 53 ac magistrorum militum 54, proconsulum & legatorum 55, comitis Orientis 56, & cohortales 57 officiales præsidum uel consularium, & principes cohortalis officij: ac cornicularij, hoc est, officiales qui præsunt cornibus secretarij [f], Græci ὑπασπιστὰς nominant, ac sunt in officio & ministerio præfecti prætorio [g]: & primipilares, qui ad annonam militibus suppeditandam, solenniter & cum diplomate ad limites imperij, ubi milites excubant, destinantur & mittuntur [h]. Item apparitores præfecti annonæ 58, & aliorum iudicum: alijque diuersa officia sustinentes 59: qui scilicet probatorio Principis symbolo, hoc est, instrumento seu diplomate, Principis manu subscripto, electi sunt & approbati [i]. Item palatini executores aut exactores: qui rei alicuius exequendæ gratia, à Principe in prouincias mittuntur 60: quibus omnibus officialibus & apparitoribus, perinde atque aduocatis & reliquis militibus

 arma-

Side notes (left):
49. De numerarijs, actuarijs, chartularijs siue scriniarijs & exceptoribus sedis excelsæ, cæterorumq; iudicũ tam militariũ quàm ciuilium.
50. De cursu publ. & angarijs & parangar.
51. De tractatorijs & statiuis.
52. De apparit. præf. prætor. & priuil. eor.
53. De apparit. præf. urb.
54. De apparito. magist. milit. & priuil. eorum.
55. De apparit. proc. & legat.
56. De appar. comi. Orient.
57. De cohortalibus princ. cornicularijs ac primipilarijs.
58. De apparitor. præfect. annon.
59. De diuers. offic. & apparito. iudic. & probatorijs eorum.
60. De executorib. & exactorib.

Side notes (right):
a l. duos. 13. sup. de susceptor. l. 2. h. t. de numerar.
b l. 5. sup. de erogat. milit. uid. C. Theodo. tit. de numer. actor.
c l. 3. hoc tit.
d l. 2. h. tit.
e l. 3. h. t. l. 2. §. de app. magist. milit. l. 4. in uer. militar. §. de diuers. offic.
f uide Cuiac. in l. 2. supr. de prox. sacro. scrin.
g l. 1 supr. de ap par. præfec. prætor.
h l. 6. C. Theod. h. t. uide l. 4. C. de Episc. & cler. l. 3. 9. 38. 45. C. Theod. de Episcop. & cler.
i l. in his. 6. l. probatorias. 9. h. tit. l. 7. sup. de num.

armatæ togatæ'ue militiæ, certa lucra & stipendia sunt ex publico assignata 61: ut & commoda primipili 62, hoc est, quomodo Theodorus Hermopolitus definit, pastus & annona militaris [a]: qualis primipili centurionibus inter milites diuidenda suppeditari solet [b]: ultra quam tamen nihil exigere, uel etiam per concussionem extorquere possunt. Nam in uniuersum iudices & officiales nummarij & quæstuarij esse prohibentur: & contrà incorrupti esse contentique stipendijs suis alieno abstinere iubentur [c]: adeò ut ne publicæ quidem læticiæ 63, puta rei bene gestæ aut Coss. qui ineunte anno electi sint, aut aliarum rerum, quarum nuncij auidè expectantur, enunciatores, & insinuatores sacrarum constitutionum uel literarum, quæ in prouincijs diriguntur, & à ueredarijs insinuantur [d] (quibus omnibus alioqui εὐαγγέλια debentur ac præstari solent) immodicum, & ultra id quod legibus est præstitutum, accipere debeãt [e]. Et hæc quidem summa est earum rerum, quæ in Codice Iustinianeo, ordine inueniuntur pertractatæ: quarum quidẽ cognitio, cùm omnib. Iurisprud. foriq; studiosis, tum præcipuè his qui ad curias principales, & aulicam gubernationem, ac ministeria officiaq; palatina aspirant, quàm sit necessaria, illa ipsa rerum, quæ hactenus enumeratæ sunt, uarietas, uelut per transennam utcunq; ostendit.

a *uide supr. de cobor. princ. cornic. & primipil.*
b *l. 3. suprà de cobortal. l. 1. & t. h. tit. uide de his Halicar. lib. 9. Liuium. li. 7.*
c *l. 1. ĵ. tit. ult.*
d *l. 2. hoc tit.*
e *d. l. 2. h. tit.*

61. De lucris aduo. & concuss. offi. seu apparitorũ.
62. De primipil.
63. Publicæ læticiæ uel consulum nũciatores uel insinuat. constit. & aliar. sacrarum uel iudicialiũ literarum ex descriptione uel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.

DE OECONOMIA NOVELLARVM.



ἈΣ ΝΕΑ'ΡΑΣ seu nouas, respectu scilicet Codicis [a], Constitutiones, hoc est quæ post Codicem repetitæ prælectionis sunt æditæ, Iustinianus maluit in aliud separatè uolumen transferre, quàm toties faciem Codicis, alijs atq; alijs quotidie adiectis immutare: sicut ipsus indicat his uerbis [b]: Nulla alia extra corpus eiusdem constitutione legenda, nisi postea uaria rerum natura aliquid noui creauerit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quin si in posterum melius inueniatur, & ad constitutionem necessariò sit redigendum, hoc à nobis & constituatur, & in aliam congregationem referatur: quæ

a l. si quis filium. in fi. C. de inoffic. testa. Cuiac. in prin. Nou.
b l. unic. C. de emenda. Cod.

quæ Nouellarum nomine conſtitutionum ſignificetur. Id nominis ſeruauit Iulianus in Epitome, qua illas contraxit: ad cuius differentiam noſtri integras conſtitutiones authentici titulo nominare maluerunt. αὐθεντικὸν enim ἀπὸ τοῦ αὐθεντεῖν, eſt id unde alia exẽpla transſumuntur[a]*: hodie originale uocant*[b]*: cuiuſmodi certè reſpectu operis illius hic liber iure putatur: quippe ex quo exemplar illud Iulianus tranſcripſit, & quodammodo breuiauit ac detruncauit ſuum. Eſt igitur Authenticum, uolumen nouarũ conſtitutionum, quæ poſt Codicem Iuſtiniani ſecundæ æditionis, ſunt ab eodem promulgatæ, & in Corpus Iuris uno hoc libro redactæ. In quibus ſanè digerẽdis, nulla alia quàm qualis in Codice, nempe temporis ratio, neq; tamen hæc quoq; perpetuò, deprehenditur obſeruata: quam tamen & ipſam inſecutis ſubinde ſeculis poſteri immutarunt, diſpunctiſq; tanquam inutili turba localibus quibuſdam & perſonalibus conſtitutionibus, quæ uſum amplius habere nullum uidebantur, in certas collationes eas duntaxat redegerunt, & in ſcholis deinceps interpretati ſunt Nouellas, quæ generatim abſq; complexu talium circũſtantiarum latæ, omnibus ætatibus ualere ad cauſarũ deciſiones poſſe iudicarentur. Sed rectius eſt tam temporum quàm conſtitutionum ordinem, uelut in Codice ob multas cauſas factum eſt, ſic & hîc retineri: & quas noſtri conſilio magis audaci quàm fœlici exterminarant, in priſtinum eas locum unà cum edictis Iuſtiniani, quæ à Nouel. non eſſe ſeparanda rectè Cuiac. admonet, uelut poſtliminio reduci: quoad ſanè eius fieri poteſt, quãtumq́; earum ſupereſt atq; extat. Nam quædam ab hac iniqua proſcriptione, ſitu credo & neglectione in illa exilij longinquitate interierunt, meliore certè fato dignæ. etenim quod de libris dici etiam malis ſolet, id hîc rectius uſurpare licet: Nullam earũ extitiſſe, quæ uel expreſſa diſpoſitione, uel occulta ratiocinatione non aliqua potuerit uſui eſſe. Hunc ergo & nos*

a l. 2. de fid. inſtr. Paul. lib. 5. Sent. tit. 12. l. ult. quẽ. teſta. aper. l. 4. l. Põponius. 8. famil. her. Cuia. lib. 5. c. 25.

b l. 3. in uer. authẽ. ipſa atq; originalia. C. di uerſ. reſcr. Nouel. 119. cap. 3.

ordinem, qualis initio fuit, sequentes, sententiam cuiusque Nouellæ summatim proponemus. Cæterùm ne usitata desiderentur, ad marginem uulgatas collationes suis cum titulis ita locauimus, ut quæ Nouellæ quibus collationum rubricis respondeant, quæ à nostris retentæ, quæ reiectæ, quomodo etiam transpositæ sint, in conspectu esse posit: idemq; ad memoriam, & allegandi atque inueniendi adeò promptitudinem, tum maximè commodat: cum, ut fit, receptæ Authentici collationes uel inscriptiones à nostris citantur. At uerò hæc ad aliam quandam methodum, cuiusmodi ipsis ab authoribus nulla sit adhibita, cogere uelle & informare, uideo quidem placere nonnullis id operam dantibus et commentantibus: sed id mei neq; consilij nunc quidem est, nec instituti: potius cohortabor iuris studiosos, ut exemplo Irnerij Iurisprudentiæ instauratoris, singula Nouellarum capita, ad eiusdem argumenti titulos qui in Codice, aut si desint, in Pandectis, Instit. & Decretalibus (quæ partes iuris maiore constant ordine) occurrunt, tanquam ad caput suum, totumq; corpus, à quo tantummodo promulgationis tempore diuiduntur, solerter referant: ibidemq; loco congruo, ac uelut in sede aliqua definitionis, diuisionis, causarum, effectionum, adiacentium, affinium, contrariorum, &c. quò pertinere potißimùm uidebuntur, locent atque disponant: ita uera, nisi fallor, harum Nouellarum collatio conuenienter instituetur. Cæterùm plenior earum interpretatio ex doctiß. Cuiacij commentarijs expetatur.

COLLATIO PRIMA.

I.

a cap. ult. h. t.
b c. 1. his igitur. cum seq. h. t.
c ca. 2. hinc nobis. cum seq. usq; ad fin.
d secundũ l. ult. C. de iur. delib. d. c. 2. & 3. hoc tit.

Constitutio prima est inscripta de hæredibus quorũ nomine hîc etiam legatarios, fideicommissarios, bonorum possessores, aliosque successores amplectimur: & de Falcidia 1: ut illi uoluntatem defuncti impleant, & legata intra annum post aditionem, & postquam hoc nomine cõueniti sunt, soluãt[a], aut relictis careãt[b]. Altera uerò parte hęredi pmittitur[c] absq; fraude & cõfecto inuẽtario[d], de re- 1. De hære dib. & Falcidia.

de relictis à testatore quartã detrahere. Deinde & alia quędam de quarta legitimæ asperguntur [a], & ut eam sine onere hæres habeat [b].

a in prin.h.t.
b c.1.§.his igitur.h.t. ut in l.quoniam nouella.et auth. nouissima. ubi Ias.& Dd. C. de inoffic. testa.

II.

1. De nõ eligẽdo secũdò nubentes mulieres, & de alienatione & lucro antenuptialis donationis, & de successione earũ filijs suis relinquenda.

De non eligendo scđò nubẽtes 2: uel, ut Nouella habet, ne mulieres q̃ nuptias iterant (nam in non iterantibus, alia distinctio seruatur [c]) electionẽ habeant, in quem filiorũ donationẽ ante nuptias, q̃ de bonis uiri prioris lucratæ sunt, conferãt: deq; alijs capitulis: seu, ut Cuia. habet de electione scđò nubentium (prohibita scilicet, ut modò dictũ est, qđ primum caput est:) & de successorib. earum, (qđ scđm caput habetur, explicans quomodo hæ marito & liberis, hiq; contrà ipsis succedant:) & de usufructu donationum propter nuptias (quod tertiũ est:) & alijs postremò capitulis. Sũma ergo primi capitis est, ne mulier ad secunda uota transiẽs, donationẽ ante nuptias, q̃ aliàs ex pacto [d] aut alia rõe [e] lucratura erat, pleno iure capiat: neq; uni liberorum [f] cum aliorũ iniuria condonet [g]: nec in extraneũ, puta maritum scđm, ad liberos primi matrimonij defraudandos, alienet [h]: quemadmodũ & contra uir dotem primæ uxoris acquisitam post scđas nuptias, seruare liberis primi matrimonij, & quidem æquo iure omnibus debet [i]. Altera pars Ius Codicis nouat [k] de successione matris in bonis liberorũ, præcipuè circa nuptiarum lucra. III. pars est de bonorum eorundem usufructu parentibus, proprietate liberis relinquenda [l]. IIII. ut donationem propter nuptias eatenus ex pacto lucretur mulier, quatenus dotem realiter dedit, non quatenus cauit [m]. Quæ quidem constitutio in partes hasce quatuor obscurè impliciteque distributa, una putatur ex ijs [n], quas dedita opera contorsit & obscurauit Tribon. ut pro cothurno ad nundinationem iuris (pudet dicere) seruire posset [o]. Sed ex hoc labyrintho filum te Cuiacij Ariadnæum facilimè explicabit.

c Nou.98.127. abrogata l. generaliter. §.ult.l.hac edict.§.ult.l.si quis.§.1.C.de sec.nupt.
d ut Nou.68.
e ut Nouel.22.
f cõtra l.3.l.generaliter.C. de sec.nupt.
g in prin.& c.1.& Nou.22.
h c.2.hoc autẽ.h.t.confer cũ Nou.98.
i Cuiac.hîc.
k §.2. contra l. hac edictali. §.illud.C.de secun.nup.
l §.3.
m §.ult.h.t.
n ut No.159.de sub. fac. in fam. seu de restit.fideic. & No.106. & aliæ recantatæ.Nou.18. de triente.
o Harmenop. tit.1.de legib.

III.

3. Vt determinatus sit numerus clericorum san ctiss. maioris ecclesiæ & ceterarũ ecclesiarũ huius augustiss. urbis.

De clericis Constantinopolitanis [p]: ut determinatus sit numerus clericorum in Ecclesijs, augustiss. & regiæ urbis Constantinopolitanæ, (quod ad alias pòst ecclesias extensum est [q]) secundum facultates cuiusq;: ita ut & illis alimenta idonea suppeditẽt: ne inhonestis artib. uictum quærere, & secularibus rei familiaris negocijs curam impendere cogantur [r]: neu hæ nimium oneratæ ad inopiam delabãtur 3.

IIII. De

Cuia.No.159. p ita habet Cuia.inscr. q No.6.3. r cõtra ti.ne cler.secu.neg.se immisc. uid.distinc.91.per tot.

IIII.

De fideiuſſoribus & mandatoribus & ſponſoribus 4, hoc eſt, ut habet Cuiaciana inſcriptio, pecuniæ conſtitutæ reis: & de ſolutionibus, ut nimirū creditores ex antiquiſs. iure, cuius hîc fit mentio, & exemplo fiſci, qui ſemper hoc iure uſus eſt [a], primùm aggrediantur principales debitores [b] præſentes, eorumque bona excutiant [c]: & his demum non exiſtentibus ſoluendo, tunc ſecundo loco mandatores, aut conſtitutæ pecuniæ reos aut fideiuſſores conueniant. Sin abſint illi, detur petentibus acceſsionibus (cuiuſmodi ſunt fideiuſſores [d]) dilatio, intra quam abſentem debitorem exhibeant: quod ni fiat, aut ſoluant, aut iudicium accipere cogantur. Additur de hypothecaria [e], ut pro arbitrio creditoris, contra principalem exerceri poſsit: uel ante perſonalem actionem, uel unà cum hac [f], prout & iure ueteri [g]: contra interceſſores uerò non aliter quàm excuſsis principalis bonis, exemplo perſonalis, quæ in fideiuſſorem datur [h]: aduerſus extraneum uerò nunquam, niſi excuſsis cum ipſo principali fideiuſſoribus. Quatenus itē aliud pro alio creditori ſoluere liceat inuito, nempe non inuento debitoris rebus emptore, ut in ſolutum cum debita euictionis cautione uelut ex empto accipere res eas creditor cogatur [i].

4. De fideiuſſorib. & mandatorib. & ſpōſorib. & ſolutionib.

V.

De monachis [k]. Ne monaſteria conſtruantur, niſi authoritate Epiſcopi 5, cum precatione fundamenta iacientis [l], monachiſque abbatem, qui meritis & uirtute potiſsimùm antecellat [m], præficientis: & alia de habitu [n], conuerſatione [o], profeſsione [p], coniugijs [q], mutatione uitæ [r], boniſque ac ſucceſsionibus [s] monachorum.

5. De monaſterijs, & monachis, & eorum antiſtitibus.

VI.

De Epiſcopis & clericis [t]. Quomodo oporteat 6 Epiſcopos & cæteros clericos integræ famæ [u] & conuenientis doctrinæ [x] atq; ætatis [y], ſine ambitu & ſuffragijs, citraq; nundinationem [z] & alterius contradictoris uel poſſeſſoris iniuriam ad ordinationem perduci [a]: intra certum tamen definitumq; numerum: ſicut Eccleſiæ, earumque miniſtri, circumſcripto eſſe numero ubiuis debēt: ne ſumptus, impenſæ & onera in immenſum excreſcant & cumulentur [b]: quod

6. Qūo oporteat Epiſcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & de expenſis Eccleſiarum.

a l. moſchis. de iur. fiſ.
b contra l. 5. cū ſimilib. C. de fideiuſſ.
c Auth. præſente. C. de fideiuſſ.
d l. hi qui acceſſionis. de fideiuſſ.
e cap. 2. ſed neque. hoc tit.
f d. cap. 2. ſed neq;.
g l. perſecutione. 29. C. de pign.
h d. cap. 2. ſed neq;. quem tex. ſic intelligit Salic. num. 3. poſt Bald. in Authent. hoc ſi debitor. C. de pign.
i l. 4. C. de euict. l. eleganter. de pigno. act.
k ſic habet Cuiac. inſcript.
l c. 1. illud.
m c. ult. h. t.
n c. 2. 3.
o c. 4. cogitandum.
p c. 2. 3. 6.
q c. pen.
r cap. 3. 5. 7. 8. s cap. 5. 6. cum ſimilib. t Cuiac. inſcrip. u cap. 2. h. t. x cap. 1. §. hæc autem. h. t. y cap. quanta. 14. cap. ſed neq;. z cap. 9. ſed etiam. uerſic. & hanc. a cap. 10. quis autem. b cap. ult. ſed neq;.

quod antè in Constantinopolitana duntaxat urbe constitutum [a], hîc ad alias quoq; ciuitates & regiones est extensum: cum eadem ubiuis sit publicæ utilitatis Ecclesiarum & Parochianorum [b] ratio & causa.

COLLATIO SECVNDA.

VII.

DE Ecclesiasticis bonis & emphyteusibus [a], seu de nō alienandis 1 aut permutandis rebus Ecclesiasticis immobilibus (nam in mobilibus aliud ius est [b]) aut in specialem hypothecam dandis [c], cum sufficiant generales: nisi ex causa necessitatis [d]: aut ad emphyteusin [e] temporalem [f], aut alias ob causas iustas [g]. quæ sex numero hîc annotantur [h].

VIII.

De præsidibus: ut iudices 2, hoc est præsides [i], quiq; horum uice funguntur, sine suffragio ἀδώρως fiant. Item de officio [k], potestate [l], authoritate [m]: deq; salario [n], iureiurando [o] & cautione [p] magistratuum & iudicum 3.

IX.

Vt ecclesia Romana 4 centum annorum gaudeat præscriptione: subdititia putatur, nec, authore Schrimgero, inter Græcas reperitur: sed hoc fortè ideo, quòd Latinè ad Latinum, hoc est Romanum episcopum fuerit scripta, ideoq; à librarijs Grecis ignoratione peregrinæ lingue omissa sit: sicut contrà Græcas nostri scribere desierunt. Sanè fit huius mentio paulo pòst Nou. III. quæ omnem Ecclesiasticam præscriptionem ad 40. annos reducendo, huic abrogare uidetur [q].

X.

De referendarijs [r] sacri palatij 5, qui Principi supplicum desideria recitant atq; referunt: & eiusdem mandata iudicibus insinuant [s], quorum spectabilis est dignitas [t]. (nunc Cancellarios uocamus, qui illorum exemplo [u], singulorū desideria & supplices libellos cognoscunt, summatimq; ad Principem referūt, & eiusdem super his decreta proferūt.)

XI.

De prima Iustiniana [x]: seu de priuilegijs Archiepiscopi

 Iusti-

1. De nō alienandis aut permutandis reb. Ecclesiasticis immobilib. aut in specialē hypothecā dandis creditoribus, sed sufficere generales hypothecas.
2. Vt iudices sine suffragio ἀδώρως fiant.
3. Iusiurandum quod præstatur ab ijs qui officia suscipiunt.
4. Vt ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione.
5. De referendarijs sacri Palatij.

a Nouell. 3. sup. eod.
b extrà de paroch.

a ut habet Cuiacij inscrip.
b glo. uerb. huiusmodi. cap. 1. nos igitur. h. t.
c d. cap. 1. nos igitur. cap. 6. si autem.
d cap. 6. & hoc infrà de alienat. & emphyt.
e cap. 3. emphyteusin. cū seq.
f d. cap. emphyteusin. c. 4. si quis. c. 7. si uerò in perpetuam.
g l. iubemus. 14. ubi Dd. C. de sacr. eccles.
h glo. uerb. huiusmodi. in d. c. 1. nos igitur.
i ca. quod autē. 12. in fin. h. t.
k cap. 1. §. eos. 8. cum seq.
l cap. nulli. 4. cum seq. cap. quod autem. 12. cum seq.
m d. cap. illud. 12.
n d. cap. illud. 12. & cap. pen. & ult.
o cap. sic igitur. cap. interdicimus. 12. gl. in l. seq. & t. t. seq. iusiurand. quod præstat.
p d. cap. interdicimus.
q uide Cuiac. de præscri. cap. 31. & obs. lib. 5. cap. 5.
r hoc solum habet Cuiac. inscrip.
s l. 2. C. de off. eius. Nou. 113. 114.
t in prin. h. t. uide de his Bar. l. eos. C. de excmun. li. 10. Spe. de suppli. Alc. li. dispun. 3. c. 4.
u Cassio. li. 6. Epist. de ref.
x Cuia. inscrip.

Iustinianæ primæ: de sede præfecti prętorio Illyrici in Pañoniam secundam, quæ nunc est Bulgaria, hoc est Iustinianam primam transferenda, in urbem scilicet Achrido Bulgariæ, Iustiniani natalem, quam amore patriæ, & suo nomine, & hoc priuilegio, & Archiepiscopatu seu patriarchatu honorauit [a]: primamque illis locis sedem esse uoluit.

XII.

De incestis & nefarijs [b] nuptijs 6 deq; naturalibus liberis per subsequens matrimonium legitimatis. 6. De incestis & nefarijs nuptijs.

XIII.

De præceptoribus, ut Cuiac. seu, ut explicatius in uulg. de plebeijs prætorib. quieti & disciplinæ populari nocturnæ nimirum præpositis: qui pro uigilum reipub. Ro. pręfectis in prouincijs & Constantinopol. habentur [c].

COLLATIO III.

XIIII.

De lenonibus 1: neue quo in loco per Imperium Romanũ lenocinia, prostibula, uectigaliaq; auri lustralis his imposita [a] tolerentur: ultimoq; potius supplicio lenones [b], ut publici adulterij rei [c] mulctentur. 1. De lenonibus.

XV.

De defensoribus ciuitatum 2: qui uice præsidum in singulis prouinciarũ oppidis iudicant, & magistratu funguntur [d]: ut eligantur honesti uiri, fide digni, & per circulum, præstitoq; ab electoribus iureiurando, & antiqua solennitate obseruata [e]: utq; nulli liceat incolarũ (nam omnes muneribus obligãtur [f]) hoc munus respuere [g]: ut electi confirmentur uel remoueãtur à præfecto præt. non etiã præside: quãq̃ ad hunc defensorũ pronunciatis sit ꝓuocatio [h]: habeantq; iurisdictionẽ uoluntariã & contentiosam in pecuniarijs causis ad aureos 300. in criminalib. uerò de leuioribus tantùm delictis [i], nõ ijs q̃ sunt meri uel mixti imperij [k]: iurẽt se omnia sc̃dm leges & ius acturos: biẽnio solùm administrẽt [l], ut olim quinquẽnio [m]: præsint testamentorũ & donationũ insinuationib. [n]: hocq; nomine acta conficiãt [o], nõ de ijs quæ iurisdictione p̃sidis & imperio perficiũtur [p]: tributa exigant: disciplinã tueantur: duobus officialib. seu executoribus, uno autem exceptore seu notario utantur [q]. 2. De defensoribus ciuitatum.

XVI.

De clericis (ut habet Cuiac.) seu de mensura, hoc est definito numero clericorum 3: ut neq; augeatur nec imminuatur: 3. De mensura ordinandorũ clericorũ.

a Cuiac. hîc.
b inscriptio Cuiacij, nefarijs, habet: cũ incestæ & nefariæ idẽ significent.
c uid. Cuia. hîc.
a l. ult. C. de spectacul.
b §. præconizamus. h. t.
c l. 6. C. ad l. Iul. de adult.
d Cuia. hîc per hunc text. & Nouell. 8. de præsid.
e in prin. & c. 6. et si cadere. h. t.
f l. incola. 29. ad municip.
g c. 1. interim.
h c. & iudicare. 5.
i l. 7. C. eo.
k cõtrà Accur. Cuia. hîc, qui l. pen. et l. ult. C. de emanc. lib. l. ult. C. de uind. lib. interpretatur de iudice, penes quẽ legis sit actio.
l c. iusiurandũ. 2. c. audiũt. 7.
m l. 4. C. eod.
n c. 3. & agi.
o l. unic. C. de off. iur. Alex.
p Cuia. hîc in fi. nullo. ĩ. de iud.
q c. deinde. 4. ubi tñ gl. uerb. exceptorẽ requirere duos uidetur. per §.

tur: ideoq; ex una Ecclesia ubi superabundát, in aliã, ad supplendũ deficientiũ statutum numerũ, clerici transferátur.

XVII.

De mandatis Principũ & præsidibus [a] seu de mandatis Principũ 4, quæ sunt pcepta præsidũ [b]. Præcepta uerò quę mandatis eiusmodi prouinciarũ rectoribus dari solét, hæc ferè sunt: ut ipsi administratores gratis creati [c], debito ordine & mõ prouinciã ingrediantur [d]: mundas seruét manus: fiscalia tributa inspiciát, & etiã in templis [e] exigát [f]: pacẽ & quietẽ tueantur: seditiones cõpescant [g]: cás cũ omni æquitate & ordine conueniẽte & sportulis acceptis dũtaxat ordinarijs cognoscát [h]: prouideantq; ne aut ab ipsis aut administris eorũ iniurię in subditos redundét, & inde oriantur [i], unde iura nasci debent [k]: ne annona necessaria desit: ut muri ciuitatũ & publica opera sarta tecta sint [l]: delicta scdm leges, absq; priuilegij rõe, neq; admissa pręter innocentiã excusatione [m], inquirát atq; uindicét [n]: cohortales seu officiales suos in officio retineát [o]: assessorib. & cõsiliarijs optimis & puris utantur [p]: bonis clemẽtes, improbis asperi sint [q]: fidem publicã, securitatẽq; nõ passim nec iusto lõgius indulgeant [r]. Ne pfecturi angarijs puinciales uexét [s]. Ne templa & sacros terminos homicidis & simil. noxijs asylũ esse patiantur [t]. Ne sine censu & reliquis & onere publicorũ tributorum pdia alienari permittát [u]. Vt rescripta contrã ius uel utilitatẽ publicam non attendát, nisi scda missio subsequatur [x]. Ne occasione religionis, hæresium, schismatũ, prouinciam ab aliquo cõmoueri sinát: sed si qd canonicũ incidat, cũ Episcopo ut cognoscát [y]. Ne bona damnatorũ publicentur [z]. Neu iniustis patrocinijs indulgeant [a]. néue agricolas alienos à quoquam suscipi [b]. titulum alienis prædijs imponi [c]. armis non militantem uti [d] permittant.

4. De mandatis Principum.

XVIII.

De hæreditaria portione, & de collatione dotis, & de diuisionibus bonorũ, & de inficiatoribus, & his qui alienas res tenere deprehenduntur, & de his qui ex ancilla nascuntur [e]: seu de triente & semisse 5, & successionib. liberorũ [f]: ut si plures filij nõ sint quàm quatuor, legitima portio censeatur triens: sin ultra quatuor, semis [g]: in curialibus autem propter onera dodrans [h]. cuius portionem etiam hac lege augeri uult hîc Cuiac. Quemadmodum liberi ab intestato succe-

5. De triente & semisse, & successionibus filiorũ & nepotũ & naturaliũ, & collationibus uel distributionibus: nec nõ & literarũ aut numerationũ atq; rerũ ex quib. detinét, inficiationibus.

a Cuiac. inscr.
b Nou. præcepta præsidũ.
c c.1. oportet.
d c. mox aũt. 21.
e c. publ. 12.
f c. coges. 14.
g in prin. h. tit. & c.1. ca. deinde. 2.
h c. sit tibi. 3.
i c. deinde 4.
k l. meminerit. 8. C. unde ui.
l c. sed etiam. 5. C. de oper. pub.
m c. non permittas. 7.
n § ult. h. t.
o ca. deinde. 4.
p c. præcipis. 12.
q ca. festinatis. 8. C. de offic. assess.
r cap. talem. 9.
s c. sed neq;. 10. C. de satisdat.
t c. illud. 15.
u c. neq;. 11.
x c. non permittat. 14.
y c. deinde. 4.
z ca. neq;. 16. q. ex Iuliani interprete Cuiac. putat corrigi per Nou. 123.
a c. oportet. 17.
b c. patrocinia. 18.

b c. sed etiam. 19. c c. titul. 20. ut C. de ijs qui po. tit. & ut nemò priuat. tit. &c. d c. ult. 21. e Cuiac. inscriptio. f cap. 3. 4. cum sequen. g in prin. hoc tit. auth. nouissima C. de inoffic. h cap. excipiatur. 2. infrà. Nouel. 87.

ſuccedere debeant[a]. Vt liberorum loco ſint per ſubſequẽs matrimonium, etiam abſq; dotalibus inſtrumentis[b], legitimati[c]. Et ut naturales liberi, nulla exiſtẽte prole legitima, unà cum matre ſextantem accipiant[d]. Vt collatio tam ex teſtamento quàm ab inteſtato competat, niſi expreſsis uerbis teſtator eam prohibeat[e]. De diuiſione bonorum inter liberos facta à parentibus, ut non aliter ualeat, niſi in teſtamento aut alia ſcriptura ſolenni, cõtinenteq; parentum & liberorum ſubſcriptionem, ſit facta[f]. De eo qui proprium chirographum inficiatur, in duplũ uelut ex lege Aquilia[g], puniendo[h]. De pœnis inficiatorum & abiuratorum, tam in perſonalibus quàm realibus[i]: deq; alijs debitorum exceptionibus, poſt inficiationem non admittendis[k]: & poſſeſſione ei qui negauit rem eius quẽ actor dominũ allegat eſſe, & conuictus eſt, auferenda[l]: priuſquam de ſuo iure, puta hypotheca, audiatur[m]. Item quomodo concubinę ſeruilis conditionis liberæ & uxores fiant[n].

XIX.

De filijs ante dotalia inſtrumenta natis: ſeu de legitimatione per ſubſequens matrimonium[o] liberorum naturalium, qui ante dotalia inſtrumenta nati ſunt[p] 6.

6. De filijs ante dotalia inſtrumenta natis.

XX.

De his qui in cauſis appellationum officio apparitorum funguntur: ſeu de officijs quæ miniſtrant in ſacris (hoc eſt ad Principem factis[q]) appellationibus 7: ut ſimul omnes cauſas ſecundæ huius inſtantiæ cognoſcant[r].

7. De adminiſtrantib. officia in ſacris appellationibus.

XXI.

De Armenijs ut & ipſi per omnia Romanas ſequantur leges, profligato more barbarico[s]: quo mares fœminis in ſucceſsione præferebantur, & hæ abſque dote in ædes maritorum commigrabant.

COLLATIO IIII.

XXII.

De nuptijs 1, quemadmodũ ſolo cõſenſu, etiam abſq; concubitu[a] uel inſtrumentis dotalibus[b] contrahantur ſeu de ſolutione nuptiarum: & de ſecundis nuptijs, ut Cuiacij habet titul⁹, hoc eſt, de his qui nuptias iterant intra annũ luctus[c]: qđ uarijs inhibetur pœnis in fœmina ob confuſionẽ ſobolis hoc iure[d], nõ etiá in uiro[e], neq; iure canonico[f] coercet̃[g]. De æqualitate dotis & donationis propter

1. De nupt.

a cap. neq;. 4. cum ſeq.
b de quo Dd. §. ultim. Inſt. de nup. Schurff. conſ. 1. cent. 1.
c cap. ſed nec uſq;. 5.
d cap. conſideremus. 6.
e cap. illud. 7.
f c. & q;. 8. h. t.
g l. cõtra. 4. C. de l. Aquil.
h l. cõtra. C. ad l. Aquil. l. generaliter. C. de non num. pec. c. ſtuduimus. 9. h. t.
i Cuia. hîc circa finem.
k contra l. nemo. 43. de regul. iur.
l cap. illud. 10.
m ut l. ult. de rei uend.
n cap. ult. h. t.
o c. tanta. qui fil. ſint leg.
p §. ult. Inſt. de nupt. l. 5. 10. 11. C. de nat. lib. de his uidẽt No. 117.
q l. 2. C. de legib. No. 62.
r in princ. & paßim h. t.
s quales nunc feud. conſuet.

a l. pen. C. de inceſt. nup. b contra No. 12. 18. §. ult. Inſt. de nup. c ſic habet inſcriptio Græca. d l. cõſenſu. 9. C. de repu. l. 2. C. de ſec. nup. uid. l. 1. 2. l. genero. 8. de his qui no. inf. e l. ux. 9. e. t. f c. pe. et ul. de ſec. nup. ubi In. gl. l. libero. 11. de his qui no. inf. g c. 1. 4. cũ ſeq.

propter nuptias [a]. De distrahendis nuptijs ex consensu mutuo [b], conuersione [c], impotentia [d], seruitute [e], adscriptitia conditione [f], insidijs, adulterijs, sacrilegijs, ueneficijs, falso, latrocinio, & similibus delictis: etiam iniurijs, puta flagellatione [g] (quanquã hæc hodie non separat, sed mulctat [h]) extra causam commissi matrimonium dissoluentis: item ob procuratum abortum, lauacrum cum uiris suspectum, tractatum de alijs nuptijs dolosum [i], repudium [k] iniustè missum [l], non ex captiuitate etiam [m], aut pœna [n], aut absentia [o] & soluto ex his causis coniugio: de lucranda uel amittenda ob delictum adulterij [p], desertionis [q], &c. dote, donatione propter nuptias [r]: aliáue substantia [s], & successione [t] aut filijs restituenda uel reseruanda [u] de successione coniugũ [x] & matris [y]: de æqualitate inter liberos seruanda [z].

XXIII.

De appellationibus: & intra quæ tempora debeat appellari 2, à quibus ad quem appelletur.

2. De appella. & intra quę tẽpora debeat appellari.

XXIIII.

De præside [a] Pisidiæ.

XXV.

De Prætore Lycaoniæ.

XXVI.

De prætore Thraciæ.

XXVII.

De comite Isauriæ.

XXVIII.

De moderatore Helenoponti.

XXIX.

De prætore Paphlagoniæ.

XXX.

De proconsule Cappadociæ.

a c. 2. uers. deinceps. cum sequen. *b* cap. distrahantur. 2. *c* d. c. 2. *d* d. cap. distrahantur. 2. *e* d. c. 2. uersic. si uerò decretum. *f* uersic. adscriptitio. *g* cap. 2. uersic. mitiores. *h* glos. d. uersic. mitiores. uerbo, flagellis. per §. si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus cæciderit, sine aliqua causarũ, quas contra uxores ad matrimonij solutionem sufficere iussimus, &c. infr. ut liceat matri & auiæ. *i* cap. 2. uersicul. has itaq; causas. *k* d. cap. 2. uersicul. si uerò altera. & uersicul. mitiores. *l* d. uersic. si uerò altera. *m* d. cap. 2. §. sed etiam captiuitatis. *n* d. cap. 2. uersicul. quod autem. uersicul. deportatio. *o* d. cap. 2. uersicul. nouimus. *p* cap. 4. de donation. inter uir. ubi Dd. §. ult. in Authent. infr. de rest. Nouell. 39. & Landr. lib. 1. art. 5. Vueichb. artit. 22. Pinel. l. ult. C. de bon. mater. *q* l. si ab hostibus. 11. § ult. solut. matrimon. ubi Ias. & Dd. & l. 2. numer. 6. eod. tit. Castrens. & Dd. l. sororem. C. de his quib. ut indig. *r* d. cap. 2. uersic. si uerò. uersic. sic itaque. uersic. & si mulier. cap. soluto. 3. cum mult. sequent. *s* cap. 2. uersic. & si mulier. *t* cap. optimè. 8. cum sequent. *u* d. cap. soluto. 3. cum sequent. cap. si uerò expectet. 5. cum multis sequent. *x* d. cap. optimè. 8. cum sequent. cap. quia uerò. 10. *y* cap. huic nos. 25. cum sequent. *z* cap. ultim. *a* Cuiac. prætore.

XXXI.

De præsidibus Armeniæ [a], seu descriptione quatuor præsidum Armeniæ 3.

XXXII.

De his qui pecuniam credunt agricolis [b]. Vt nullus mutuum dans agricolæ, terram eius pro antichresi teneat 4.

XXXIII.

De his qui mutuum dant agricolis.

XXXIIII.

De his qui pecuniam credunt agricolis [c]: ne quis ideo quòd agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat [d]. & quem usurarum modum creditores accipere ab agricolis debeant 5. Nouella 32. lata prouincijs Thraciæ, his constitutionibus aliquanto fusius ad Illyricum aliasq; prouincias extenditur.

XXXV.

De adiutoribus [e] (quos Græco nomine Boethos uocant) quæstoris: & ut liceat alios substituere idoneos, propositis sacrosan. Euang. à quęstore (qui nunc est Cancellarius [f]) electos.

XXXVI.

De successoribus in Aphrica [g], seu de successoribus eorum qui in Aphrica degunt. Vt liceat ipsis & successoribus eorum, parentibus item cognatisq; ad tertium usq; gradũ, intra quinq; annorum spacium, post recuperatam à Vandalis Aphricam, erepta uindicare: nisi legitimis triginta annorum [h] excludantur præscriptionibus.

XXXVII.

De Ecclesijs Aphricæ [i], seu de Ecclesijs constitutis in Aphrica: ut bona Ecclesiastica, occupata à Vandalis Arrianis, & hæreticis Donatistis recipiant, & sub pensione publica, seu onere publico tributorum possideant: neque hæreticis illis templa, conuenticula, parasynaxes & parabaptismata concedant: nec circumcidi catechumenum patiantur: ut immunitatem (non tamen pro homicidis, raptoribus, & uim Christiano homini uel Ecclesiæ [k] facientib. [l]) ac reliqua Ecclesiarum priuileg. habeant [m].

XXXVIII.

De decurionibus: ut filijs suis decurionibus dodrãtem, quẽ in curialibus legitimã filiorũ esse diximus [n], relinquãt.

XXXIX.

3. De consulib. (quę est Nouella 105. huc translata.)

4. Vt nullus mutuans agricolæ teneat eius terrã.

5. Nullum credentem agricolę tenere illius terram, & quantam debeat usuram dare.

a Cuiac. in scrip.
b Cuiac.
c Cuiac.
d uid. C. quæ res pigno.
e l. comperimus. l. ultim. C. de prox. sacro. scri. Nou. 20.
f Cuiac. hîc, & lib. 11. C.
g Cuiac. in scrip.
h Cuiac. hîc.
i Cuiac. in scrip.
k cap. ult. de immu. Eccles.
l §. neque autem. in Authentic. de mand. princip. gloss. & Dd. l. 2. C. de his qui ad Eccles. cap. inter. 6. de im. Eccles.
m de quib. Cod. de sacro. eccl. & de episc. & cler. Hostien. & Dd. tit. de imm. Eccle. & l. 1. C. de sacros. Eccle. Tiraq. paßim tract. de priuileg. piæ causæ. Rom. in Authentic. similiter. C. ad l. Falcid.
n cap. excipiatur. 2. supr. de trien. & semiss. Nouell. 18.

XXXIX.

De fideicommissaria hæreditate, & de ea quæ parit XI. mense, ut habet Cuiac. seu, ut reliquæ inscript. de restitutione dotalium rerum, & ad donationem ante nuptias pertinentium: quanquam Cuiac. docet, non de illiusmodi, uerùm de fideicommissariæ hæreditatis restitutione hîc agi. Item de ea quæ undecimo mense post obitum mariti parit 6. quem partum initio mensis illius æditum, iustum esse uolunt: in fine & exitu, spurium [a].

6. De restitutionib. & ea quæ parit in XI. mense post mortem uiri.

a uide Cuiac. hîc in fin.

XL.

Vt Ecclesia sanctæ resurrectionis domos alienare possit [b]: seu ut Ecclesia sanctæ resurrectionis alienare ex iustis causis, lege expresßis, poßit ædificia, quæ in ipsa & circa ipsam habet ciuitatem [c].

b Cuiac. inscri.

c l. iubemus. 14. C. de sacr. Eccl.

XLI.

De appellationibus quinque prouinciarum [d], seu apud quem oporteat appellationes, in quinque prouincijs Caria, Cypro, Cycladibus insulis, Mysia & Schytia, interpositas examinari.

d Cuia. inscrip.

XLII.

De Episcopis depositis siue regradatis [e]: seu, ut Anthimus, Seuerus, Petrus, Zooras, & reliqui hæretici, humanam Christi naturam cum diuina confundentes, Ecclesiastico gradu detrahantur.

e Cuiac.

XLIII.

De officinis Ecclesiæ Constantinopoleos [f]: seu de officinis siue tabernis Constantinopolitanæ urbis, in quibus quæ ad funera & Libitinam attinent, procurátur: & ut mille tantùm & centum officinæ sacrosanctæ maioris Ecclesiæ excusentur: omnes reliquę ad quemcunque dominum pertineant, consueta obeant munera: à quibus olim Ecclesiæ non excusabantur [g], multo minus tabernæ libitinariæ uel similes religionis ergo constitutæ, ad Ecclesiam, uel alium qui eiusmodi exerceat, pertinentes.

f Cuiac.

g l. placet. 5. l. ad instructiones. 7. C. de sacros. Eccl. Cuiac. Nouel. 37.

XLIIII.

De instrumentis, & ut Protocolla instrumentis relinquantur [h]: seu de Tabellionibus 7: & ut Protocolla [i], hoc est, signa & notæ temporum, quibus contractus celebratus est [k], & notarij ac testium, quorum interuentu gestus sit, in chartis, hoc est scripturis ad mundũ redactis [l], relinquantur & apponátur seu inserantur. Cuia. hîc Protocolla uult esse breuem annotationẽ, quę declararet quo Comite lar-

7. De tabellionib. & ut protocolla demittant in chartis.

h Cuiac.

i de his uide hîc Cuiac. post gl. Bart. & Dd. l. Gallus. §. idem credendum. de liber. & posthum.

k Vigl. Instit. de testam. ordinan.

l cap. ult. h. t.

largitionum(sub cuius erant cura chartariæ)& quo tempore, & à quo chartę essent præparatæ: aliaq; scitu digna de tabellionib. & tabularijs, qui ab illis hîc distinguũtur, addit.

XLV.

De decurionibus hęreticis, qui aduersus orthodoxos testimonium perhibere possunt[a]: ne Iudæi, Samaritani, & hęretici per causam religionis & cultus sui, curiali fortuna liberentur, & cùm curialibus muneribus subduntur, priuilegijs curiarum ne perfruantur. Item ut ijdem possint contra Orthodoxos, qui curiali fortunę subditi sunt, testimoniũ dicere: ut qui pręclarè pro orthodoxa Repub. testimonium tum perhibeant.

a Cuiac. inscri.

a Cuiac.
b l. iubemus. 14. cum seq. Auth. C. de sacros. Eccl. ex. de reb. Eccl. non alienan. uide j. No. 55.

COLLATIO V.

XLVI.

De alienatione rerum Ecclesiasticarum[a], seu de Ecclesiasticarum rerum immobilium Alienatione 1, sine certis solennitatibus[b], non permittenda: & de rerum earundem Solutione, hoc est cum mobilia non sufficiunt[c], in solutum datione[d].

1. De Ecclesiasticarum rerum immobil. alienat. & solutione.

c in princ. & c. 1. h. tit.
d l. cum. 16. cũ Auth. seq. C. de solut.

XLVII.

Vt instrumentis præponatur nomen Imperatoris, & eorum tempus Latinis literis annotetur[e]: seu, ut Imperatoris nomen in instrumentis & actis publicis præponatur: & ut tempora, hoc est dies & annus gestorum, quę Latinis literis seu notis[f] designari, non absque Gręcorum ubi tum regnabatur, incommodo, tralatitium erat: manifestiùs, hoc est integrè, & planè, & in Gręco instrumento Gręcis, in Latino Latinis integris uocibus scribantur 3.

3. Vt prępo natur nomen Imperatoris documentis: & ut Latinis literis apertius tẽpora insceribantur.

e Cuiac. inscri.
f de his uide hîc Cuiac.

XLVIII.

De eo qui moriens iurauit, quantum haberet in bonis ut Cuiac. Seu, de iureiurando, quod moriens super modo & quantitate sui patrimonij præstitit 2: ut inter hæredes quo ad diuisionem ualeat[g], nullum uerò prẹiudicium creditoribus inferat[h].

2. De iureiurando à moriente præstito super mensura suę substãtiæ. Hęc cõstitutio cum superiore transposita est, ut hęc 2. illa 3. sit in uulgarib. etiam in Haloan. & Scrimger.

g Nam iniurata testatoris æstimatio ijs non officit. l. 1. C. arb. tut. l. scripturæ. C. com. utr. iud. l. cũ fundũ. §. si libertus. de lega. 1. l. cũ pater. §. pater. de leg. 2. l. 15. §. ul. ad l. Fal.
h in princ. & c. 1. h. tit.

XLIX.

De appellationibus & de priuatis scripturis, & iureiurando dilationis, iurijurando calumnię coaptando: ut semel tantùm pro omni probatione iuretur[i]: seu de reis, qui ingrediuntur ad expediendam appellationem: uel de his qui ingrediuntur ad appellationem[k]: & quando per scripturam manus propriæ fiat collatio literarum: & de iureiurando dilationis: & ut coniungatur iurijurando calumnię:

i Cuiac. inscri.
k ut j. tit. 11. huius collat.

niæ: deque instrumentis priuata manu conscriptis [a] ab eo, qui cum agitur [b]. Item de iuramento dilationis, quòd præstat is qui petit instrumenta sibi ædi, iurans se id litis differendæ causa non facere, ut iuramento calūnię connectatur [c], quod semel tantū pro omni probatione pręstari solet.

L.

De appellationibus quinq; prouinciarum: seu ex quinque prouincijs.

LI.

De mulieribus scenicis, quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt [d]: alijsq; id genus prostitutis: ne ab his quod mangones factitare solent, fideiussor aut iusiurandum exigatur de hoc uitæ genere non deserēdo [e]: cū eiusmodi promissiones quamlibet iuratæ contra bonos sint mores [f], ideoq; nullius prorsus momenti 4.

LII.

Vt ne quis pro alio pignoribus satisfacere cogatur, & ut in Principem collatæ donationes ualeant sine actorum insinuatione: ut Cuiac. habet. ut alia exēpla: Ne personæ uel rei uel auri alterius, pro alio oppignorationes, quæ nunc repressaliæ dicuntur, fiant [g]: utq; per eiusmodi oppignorationem lęso, quadruplum eius damni restituatur [h]. Item ne pro eo qui uel percussit, uel alioqui damnum irrogauit, alius percutiatur, aut qualitercunq; damnum sentiat [i]. Et ne donatio à priuato in Imperatorem facta indigeat actorum publicorum confectione: quemadmodum uice uersa principum (qui scilicet non recognoscunt superiorem, quem adire possint [k]) donationes priuatis factæ non egent gestis [l] monumentorum 5.

LIII.

De exhibitionibus reorum, & ut fiant post diem 20. & de ijs qui iuratoriam cautionem præstant, & de hypothecis ex casu militiæ, ut Cuiac. seu de exhibendis [m] & introducendis reis 6: ut qui prouincialem hominem extra territorium suum in ius perducit, cautionem præbeat, quòd nisi litem obtineat, pręstiturus sit, quantum iudex, eum qui ca-

H lumnia

4. Scenicas non solùm si fideiussores pręstēt, sed etiamsi iusiurādū dent, sine periculo discedere.

5. Vt non fiāt pignoratiōes pro alijs personis, & ut sicut principum donationes non egēt gestis monumentorum, sic nec à priuatis factę Imperatorib. indigeant.

6. De exhibēdis & introducendis reis: & ut ij qui cō ueniuntur post uicesimum diē, præsententur iudicibus: & de ijs qui iuratoriam cautionē exponunt, & ante litis contestationem absentes fiunt: & de hypothecis, quæ appellantur ex casu, & quæ personæ & quando hoc ius habent: & de indotatis uxoribus, ut habeant quartam partem in substantia uiri, & ipse uir in substantia uxoris, quando inops est, cui relinquitur.

a l. generaliter. C. de nō num. pec. l. Publia. §. ult. depos. l. penul. C. qui pot. in pign. cum simil.
b c. pen. h. tit.
c cap. ult.
d l. 5. C. de Episcop. aud.
e cōtra. c. inter. 20. de spōsal.
f l. iurisgen. 7. in fin. de pactis. l. si quis inquilinos. §. ult. de leg. 1. l. non dubium. C. de legib. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6.
g c. etsi pignorationes. de iniu. & dān. dat. in 6. Cassiod. lib. 4. uaria. Bart. in tract. de repressalijs.
h ut l. 4. C. de ex. & exac. lib. 10. l. 1. C. ut nullus ex uica. pro alie. uic. deb. ten. ubi hac de re Cuiac. lib. 11.
i l. ob æs. C. de act. t. tit. C. ne ux. pro mar. l. sancimus. C. de pœn.
k l. sancimus. 34. ubi gloss. uerb. proprium. cum Authent. seq. C. de donationib. & ibi Bal. Sal. & Dd.
l sic uocantur l. ul. C. de re iud. de quibus l. pen. & passim. C. de donat.
m tot. tit. C. de exhib. reis.

lumnia tentatus est, accipere statuerit[a]. Item ut qui libellum suscipit, uiginti dierum spacium habeat[b] ad deliberandum, utrum iudicio disceptare[c], datumq; iudicem tolerare uelit, an recusare[d]. Praeterea quòd qui post iuratoriam cautionem in iudicio non comparet, omnem litis impensam debeat actori persoluere[e], & deinceps causam dicere datis fideiussoribus[f]. Eam cautionem praestant quibus alia desit[g]: & qui immobilia possident[h] quanquam hoc mores respuunt quae possessorem eiusmodi, cautione omni liberant[i]: item memoriales[k] & illustres[l]. De hypothecis militiarum[m] hoc est officiorum, quae cum praebenda & salario sustinent, qui in scholis[n] principum inter statutos relati sunt[o]: quae ex casu uocantur, hoc est casus militiae, seu eius emolumenti quod mortuo milite, cuius militia, tanquam personale munus & officium, non transit, hęredes eius, cómuni scholae placito, capiunt[p]: quae personae & quando uelut uxor, liberi, creditores alij prę alijs hoc ius habeát[q] & capiant tanquam in solutum. Postremò & de indotatis uxoribus[r]: & ut ipsę quartá partem in substantia uiri habeant, & item uir in hęreditate uxoris[s]: quando inops est, qui superstes mãsit, aut id quod habet, in quartá imputare uult[t].

a in princip. et c. 1. & 2. b. t.
b authentic. offeratur. C. de lit. contest.
c l. 1. in princ. de aeden.
d cap. illud. 3. hoc titul. de quo in l. apertissimi. C. de iudic.
e l. sancimus. 15. l. proper. 11. C. de iudic. l. 2. 3. C. de fru. & lit. expen.
f c. si uerò. 3.
g glo. l. ult. uer. adiuratoriae. C. de prin. agen. in reb. lib. 12. l. ult. ubi Dd. qui satis. cog.
h d. l. ult. gloss. l. sciendum. 15. in princip. qui satisd. cogan. ubi uide Dd.
i uide Chilia. cap. 46.
k l. in sacris. 12. C. de proxim. sacro. scrin.
l l. ult. C. de dignita.

LIIII.

De colonis natis ex liberis personis, & ut loca sacra inuicem commutare prędia possint, ut Cuiac. seu cóstitutio 7, quę ex adscriptitio & libera natos[u] esse uult liberos, ita tamen, ut non his qui ante legem hanc latam[x] sed pòst nati sunt, prosit. Vt uenerabilium domuum oeconomi, immobilium adinuicem rerum Ecclesiasticarum, commutationes facere possint[y], decreto interposito[z], & iureiurando pręstito, eam commutationem utrique parti utilem esse, hac maiori Ecclesia, hoc est Constantinopolitana excepta.

7. Constitutionem q̃ ex adscriptitio & libera natos liberos esse uult, non ijs qui ante constitutionem nati sunt, sed q post cóstitutionem, prodesse: & ut uenerabiles domus cõmutationes faciant ad inuicé immobilium rerũ Ecclesiasticarum, decreto prius interposito, excepta hac maiori Ecclesia.

LV.

Vt cum solo Principe sacrorum locorum permutatio fiat, & ut loca sacra inuicem perpetuam emphyteusin contrahere possint, quomodo Cuia. uel quod alij: ut decaeterò com-

m cap. optimũ. 5. n de his dictũ est, C. lib. 12. t. 9. de priuil. schol. o Cuiac. l. 3. uerb. si quid minori. de minorib. p l. ult. C. de pign. l. omnimodo. §. ult. C. de inoff. testa. uide epitomẽ Iuliani de casu militiae. Cuiac. hic. & No. 35. & l. 3. de minor. q l. ult. & pass. C. de pig. & qui pot. in pig. r c. ult. b. t. s adde l. ul. de leg. haered. C. Theod. No. 21. 74. 117. Nou. le. 106. t Bal & Cast. in Auth. praeterea. C. unde uir & ux. u uide de his. C. de agri. & cens. & de colo. x l. leges. C. de legib. y ex̃. de rer. permuta. z de his solennib. uide c. nulli. & t. t. ex̃. de reb. eccl. non alie. & l. iubemus. 14. cũ seq. & de sacr. Eccles.

commutationes Ecclesiasticarum rerum non fictæ fiant ad pijssimum Imperatorem 8, neq; hoc modo per ipsius manum ad alias personas, quæ id per Principem sibi præstari petant, res transeant: sed tãtummodo fiant ad Imperialem domum: ita ut res ab Ecclesia permutata, apud Principem perpetuò remaneat[a]. Vt liceat perpetuas emphyteuses agi ab oratorijs in oratoria: hoc est Ecclesijs inter se perpetuos emphyteuticos contractus facere[b]: cum priuilegiati cesset priuilegium contra similiter priuilegiatum[c]: decreto tamen interposito, ut in alienatione rerum minoris[d], cuius iure Ecclesia utitur[e]: excepta hac maiore Ecclesia: & ita ne subinde in priuatam personam transeat emphyteusis.

LVI.

Vt ea quæ uocantur insinuatiua, Iuliano ἐμφανιστικὰ, à clericis recèns ordinatis priusquam ab Ecclesia recipiantur[f], in maiori quidem Ecclesia uelut introitus nomine, ueteribus clericis dentur: in alijs autem penitùs non dentur 9.

LVII.

De subrogatis clericis: & ut qui ędificant ædem sacram, ordinent in ea clericos Patriarchæ authoritate, ut Cuiac. ut alij: De clericis, qui à suis destiterunt Ecclesijs 10, & alijs in eorum locum & diaria subrogandis[g]. Et de his qui oratoria ædificant ac fundãt, & quod præcedere necesse est[h], dotant: quos nunc patronos appellant[i]: ut liceat eis clericos præsentare, non etiam facere[k].

LVIII.

Vt ne domi fiat communio sacra, Cuiac. quomodo alij: Vt in priuatis ædibus sacra mysteria seu ministeria (quæ hac sancta synaxi Christianis peraguntur) non fiant 12: sed Dei cultus publicè celebretur[l].

LIX.

De sumptibus funerũ, Cuiac. seu de exequijs, quas fieri oporteat in defunctorum funerationibus Constantinopoli, suppeditante sumptus & feretra Ecclesia maiore: cui ad eum usum certi reditus & 1100. officinæ[m] concessæ erant: nèue quid per eam causam ab hæredibus exigatur[n]. Porrò

H 2 reli-

8. Vt de cæterò cõmutationes non fictæ fiant ad pijssimum Imperatorẽ, & hoc modo ad alias personas transeant res: sed hęc tantummodo fiãt ad Imperialem domum: & ut liceat perpetuas emphyteuses agi ab oratorijs in oratoria, decreto uidelicet interposito, excepta hac maiore Ecclesia: nec tamen in priuatam personã transeat emphyteusis. 9. Vt ea quę uocantur insinuatiua super clericis in maiore quidẽ Ecclesia dentur: in alijs autem Ecclesijs penitùs non dentur. 10. Vt clerici qui recedunt, alijs pro eis subrogatis, præbeant emolumenta, recedentes autem remeare uolentes non suscipi: & ut si quis ædificans Ecclesiam, aut in eadem seruientibus ministrans emolumenta, uoluerit aliquos clericos instituere: non fortuitò eos, sed probatione sanctissimi Patriarchæ suscipiat. 11. De his qui ingrediuntur ad appellationem, sup. Nouell. 50. 12. Vt in priuatis domibus sacra ministeria non fiant.

a hoc infrà correctum est, No. 119. in fi.
b cap. ult. h. t
c l. assiduis. §. pen. C. qui pot.
d l. 1. 3. 5. de rebus eo. & C. de præd. min.
e c. 2. 3. de in integ. rest.
f in prin. h. t.
g cap. 1. h. t.
h c. 2. cum seq. ĩ. ut null. fab. ex̃. de iur. patronat.
i cap. ult. h. t.
k l. 3. C. de sum. trin. l. conuenticula. 15. C. de epis. & cler.
l s. Nou. 43.
m c. pen. ubi gl. tamen pen. distinguit. de sepul. c. non satis. c. cum Ecclesia. de Simo. c. in Ecclesiastica. et passim. 13. q. 2.

relictum [a] aut datum rectè capitur [b]: ſicut & alias quædam honeſtè capiuntur non etiam exiguntur.

LX.

Ne reliquiæ debitorum à creditoribus iniuria afficiantur: & ne aſſeſſores cauſarum cognitionem ſuſcipiant, ut Cuiac. ut alij: Ne defuncti 13, ſeu reliquiæ à creditoribus afficiantur contumelia [c]. & ne aſſeſſores cognitionem cauſarum abſq; iudicibus ſuſcipiant [d].

LXI.

Vt ne conſentiente quidem muliere, alienentur uel obligentur prædia donationis propter nuptias, Cuiac. ſeu, ut res immobiles (nam mobilium, quæ non tanti reputantur [e], facilior [f], nec æquè interdicta [g] lege Iulia, quæ de fundo dotali loquitur [h], eſt alienatio) donationis ante uel propter nuptias, quam ſponſalitiam largitatem uocant [i], à marito, ne conſentiente quidem uxore [k], quaſi contra S. C. Velleianum [l] intercedente [m], uel pignori obligare liceat [n], uel omnino alienare [o]: niſi iterum mulier conſentiat, & poſtea ęquè illi de dote ſatisfieri poſsit: alioqui ne ſic quidem ratihabitio ei nocet [p]. quoniam incideret in prohibitam inter coniuges donationem [q]: eademq́ue ut & in dote, hoc eſt omnibus dotalibus rebus, nimirum inæſtimatis, obtineant [r] 14: ſcilicet ut hinc nihil, ne conſentiẽte quidem muliere niſi ex neceſsitate [s], cognita ſcilicet eius cauſa, & cum decreto iudicis [t] alienari poſsit [u].

LXII.

De Senatu, Cuiac. ut alij, de cõſultationibus: quo loco, numero, forma & modo, ordine, Senatus Principis haberi, & appellationes eo inſtitutæ cognoſci, deliberationesq́; ab eo ſuſcipi, non tamen abſque Principis aſſenſu definiri, & ad executionem perduci debeant [x].

LXIII.

De proſpectu maris: Cuiac. ſeu de nouis operibus contra proſpectum in mare 15, factis ſcilicet, demoliendis [y].

LXIIII.

De hortulanis [z], olerumq́; ac fructuum hortenſiũ æſtimatio-

a c. 1. cum ſeq. de ſepult.
b Hoſt. eod. tit. num. 8. uide Dd. d. c. pen.
c c. 1. h. t. l. 1. de iniur. dixi ad tit. de relig. et ſump. fun. & de ſep. uiola.
d cap. ult. h. t. l. 2. C. eod.
e l. ſi rem mobilem. 47. de acq. dom.
f l. 1. de ſer. pigno. dat.
g l. 3. C. de iur. dot. l. res in dotem. 43. eo. gloſ. 1. C. de ſeru. pig. dat.
h t. tit. de fund. dota. l. un. §. & cũ lex. C. de rei ux. act.
i in princ. & t. hoc tit.
k §. 1. Inſt. quib. alie. lic. uel non. d. l. unic.
l ad S. C. Velle.
m l. 1. §. iubet. 7. de coll. bon. l. 1. de præto. ſtip.
n c. 1. hoc t. §. 1. Inſtit. quibus alien. lic.
o d. c. 1. d. l. unic. C. de fund. dotal. l. unic. de rei ux. act.
p Bar. l. iubemus. 21. num. 4. C. ad S. C. Velleia.
q tot. tit. ff. C. ex. de donat. inter uir.
r glo. uerb. in dote. c. 1. h. t.
s l. 1. de fund. dot.
t arg. Nou. 55. ſup. eo. C. de præd. mino.
u in princ. h. t. & c. 1. d. l. unic. §. & cũ lex. C. de rei uxo. act. l. unic. C. de fund. dot. §. 1. Inſt. quib. alien. lic.
x uid. C. de appel.
y uid. l. pen. C. de ædif. priua. dixi in l. 1. C. de ſeruit.
z Cuiac.

13. Vti defuncti ſeu funera eorum non iniurientur à creditorib. & ut conſiliarij non ſuſcipiãt cognitiones abſq; iudicibus.

14. Vt immobilia antenuptialis donationis neq; hypothecæ dentur, neque omnino alienẽtur à uiro, ne quidẽ conſentiente uxore: niſi poſtea ſatisfieri poſſit uxori, hæc uerò etiam in dote ualere.

15. De noui operis nunciatione maritimi aſpectus.

16. Vt factæ nouæ cõstitutiones post insinuationẽ earũ post duos menses ualeãt: parcit aũt non custodiẽtib. subtilitatẽ cõstitutionũ super testamẽtis in relinquendo quadrãte, aut nõ subscribendo nomẽ hęredis, aut nõ dicendo. 17. Vt nullus fabricet Oratorij domos, præter uoluntatẽ episcopi: & ut deputet prius q̃ circa diligentiã & statũ in fabricando Oratorio sufficiant: & ut Episcopi non desint suis Ecclesijs: & de alienatione Ecclesiasticarum rerum immobilium. 18. infrà tit.3.Nouell.71.ut ab illustrib.&c. 19. infrà tit.2.Nouell.70.ut ordinariæ præfecturæ urbanæ,&c. 20. Vt omnes obediãt iudicibus prouinciarum, & in criminalibus, & in pecuniarijs causis, & ibi negocia examinentur, nullo excepto per priuilegium, nec huc conuenti deducantur, nisi sacra pragmatica forma exhiberi aliquem iusserit.

matione [a], iureiurando, ut & aliàs [b], facienda: deq; hortorum melioratione [c].

LXV.

De relictis ecclesiæ Mysiæ: Cuiac. seu de his quæ relicta sunt ecclesiæ Mysię [d] in redemptionem captiuorum & pauperum sustentationẽ, an & ex qua causa quando uendi possint [e]. Is qui in iure postulatur seu conuenitur [f], si se absentet contumaciter, ut post litem contestatam cõdemnetur [g].

LXVI.

De successionibus: Cuiac. Vt nouę constitutiones, post alios duos menses quàm insinuatæ fuerint [h], obtineant 16. ut parcatur his qui subtilitatem constitutionũ in testamentis non obseruant, non relinquendo quadrantem [i], hoc est quartam Falcidię, aut hæredis nomen non inscribendo uel nuncupando [k].

LXVII.

De his qui templa ædificãt, & ne Episcopi Ecclesijs suis aberrent: & de alienatione prædiorum Ecclesiasticorum. Cuiac. seu ne quis Oratorium contra scientiam [l] Episcopi ædificet 17: & ut prius definiat quæ ad curam & institutionem Oratorij ædificandi necessaria futura sunt [m]. Ne Episcopi absint à suis Ecclesijs [n]. De alienatione immobilium rerum Ecclesiasticarum [o].

LXVIII.

De constitutione successionum in lucra nuptialia [p]: seu ut constitutio pientissimi Principis, quę in successionibus nuptialium lucrorum ex pacto, Si liberi non existent, lucra introducit, in facti speciebus, quæ post constitutionem inciderint, obtineat [q]: in illis uerò quæ ante eam incidissent, Leonis constitutio locum habeat [r].

LXIX.

Vt omnes obediant præsidibus [s]: seu ut omnes prouinciarum magistratibus obtemperent 20, siue de criminibus siue de pecunijs agatur [t]. & ut causæ illic examinentur [u].

a *l.1.C.de episc. aud. cap.1.de emp.*
b *l. hac edict. §.his illud.C. de sec.nupt.*
c Nou.49. *de causa & occasione huius* Nou. *uide hic* Cuiac. *de melioratione, uero ad tit.C. de iur. emph. uide epit.* Iu*liani de his quæ relicta sunt ecclesiæ Mysiæ.*
d
e *cap.consensus.h.t. l.iubemus.14.* C. *de sacr.eccle. & ex.de reb. eccles. non alie. hanc partem* Iulia. & Cuiac. *non agnoscunt.*
f
g *c.15.qui se.h. t. l.properandum.11.§.1.2.* C. *de iudi. & ex. de dol. & cont.*
h *uide* Cod. *de man.prin.de diuer.rescri.*
i *uid.C. ad l.* Falc.
k *c.1.sancimus.h.t.l.hac cõsultiss.C.de test.et C. de hær.inst.*
l *c.1.*
m *c.2.deinde.ex.de eccl. æd.*
n *c.ult.ex.de cler.non resi.*
o *c.ult.ex. de reb.eccl.non alien.*
p *Cuiac.inscr.*
q *ut l. leges.9.C.de legib.*
r *de his uid.* Cuiac. *hic & 5.Nou.2.c.3.*
s *Cuia.inscrip.*
t *l.ex omnibus. 10.cum seq. & t.t.de off.præs.*
u *c.1.h.t.*

nemine prorſus exempto, per aliquod priuilegiū abſq; ſacra pragmatica ſanctione[a]. Quomodo erga pręſentes reos procedatur[b]. quomodo in abſentes[c].

LXX.

De liberationibus decurionum[d]: uel de decurionibus, ut accepta dignitate præfectoria, prętorij ſcilicet Auguſtalis uel urbis[e] uel magiſterij militum[f], tunc demum curia liberentur, cum in actu poſitam, non uerò titulotenus honorariam, munerisq; expertem acceperint 19: quod in militum quoque priuilegijs tralaticium eſt[g].

LXXI.

De litibus eorum qui in dignitate poſiti ſunt[h]: ſeu ut illuſtres in pecuniarijs omnimodo per procuratores cauſas agant 18. Cum uerò de iniuria criminaliter agitur, duntaxat ſecundum priuilegium ipſis cōceſſum. Clariſsimis autem tam per ſe, quàm per procuratores liceat pecuniarias cauſas agere[i].

COLLATIO VI.

LXXII.

De tutoribus[a] ut qui ſe res minorum obligatas habere perhibent[b], aut eis obligati ſunt 2, ad illorum gubernationem & tutelam penitùs non accedant[c] & ut curatores nullo modo ceſsiones iuris alieni ſuſcipiāt[d], aduerſus eos quorum curam gerūt, geſſerûntue. Et ut hæc generaliter in omni curatione ualeant, in quibus caſibus leges curatores dari præcipiunt[e]. Item de adminiſtratione pecuniarum illis competentium, & quando eas deponi oporteat, aut reditus ex eis comparari.

LXXIII.

De inſtrumentis: Quomodo inſtrumentis, quæ apud iudices inſinuanda ſunt, fidem apponere oporteat 3, ſuper depoſi

a c.ult.h.t.to.t. C. ubi de cri. ubi Senato.
b c.2. ſi igitur.
c c.3. ſi uerò. ut tit. C. de exhiben. reis. et ff. de req. reis.
d Cuia. inſcrip.
e ca.1.h.t.
f Cuiac. hîc ex l.1.C. de præfec. prætor. Illyr.
g Inſtit. de mil. teſta. in prin. & §.1. & C. de mil. teſta. ubi dixi.
h Cuia. inſcrip.
i de quo l.ul. C. de proc. l. ult. de iniur.

a Cuiac.
b in prin. c.1.2. cum ſeq. h.t.
c §.q. ſi quis. cū ſeq. h.t. dixi C. qui dari tut.
d §.q. ſi quis. cū ſeq. h.t.
e t.t. de cura. furio. Inſt. de curat. §.2.

19. Vt ordinariæ præfecturę urbanæ & prætorianæ duæ, & præfecturæ quæ in cingulo & quæ in actu ſunt, ſolæ, non etiam honorariæ liberent à curiali fortuna.

18. Vt ab illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem ſunt, omnimodo ſuper pecuniarijs cauſis, ſed & iniuriarū criminaliter per procuratorem dicantur. Clariſsimis autem in pecuniarijs licere per procuratorem & per ſe litigare.

1. Quibus mod. naturales filij effic. legit. infr. Nou. 74. tit. 3. 2. Vt ij qui obligatas ſe habere perhibent res minorum, aut obligati ſunt eis, ad eorum gubernationem penitùs non accedant: & ut curatores nullo modo ſuſcipiant ceſsiones aduerſus eos, quorum curationem agunt, aut egerunt. Hæc autem generaliter ualebunt in omni curatione, in quibus perſonis leges curatores præbent: & de gubernatione pecuniarum competentium eis, quorum negocia adminiſtrantur: & quando eas recondi aut mutari oporteat: aut ex eis reditus comparari.
3. De inſtrumentorū cautela & fide: & primùm de depoſito & mutuo & alijs documentis, priuatè quidē ſcriptis, habentib. aūt teſtes, & de non habentib. teſtes: & de inſtrumētis publicè confectis: & de collationib. manus propriæ ſcripturę: & de expoſitis inſtrumētis ab illiteratis, aut paucas literas ſcientibus: & de non ſcriptis cōtractibus, & de contractib. uſq; ad unam librā auri: & de contractib. qui in agris fiunt, & ut in documentis & contractib. futuris habeat locum lex.

depoſito[a] mutuo[b],&c. quomodo priuata ſcriptura[c] uel publica[d], etiam abſq; ſcriptura[e] ab imperitis literarum[f], cautè contrahatur. De comparatione literarum[g] & fide, ſi teſtimonia à ſcripto diſſonent[h].

LXXIIII.

De ſuitate liberorum, & de nuptijs: ſeu de liberis, quomodo eos oporteat uel legitimos uel naturales intelligi[i] 1 & de indotatis nuptijs[k].

LXXV.

De appellationibus Siciliæ: ut quomodo olim ad præfectum prætorio[l], ſic deinceps ad quæſtorem Palatij referantur, eiuſdemque decreto defenſores plebis in Sicilia creati & patres ciuitatum confirmentur.

LXXVI.

De monachis: conſtitutio quæ interpretatur priorẽ conſtitutionem quæ de his lata eſt, qui ingrediuntur monaſteria, & ſubſtantias ſuas conſecrant, & ex quo ipſam tempore ualere oporteat 4.

LXXVII.

De impudicis & de iuratoribus: ut qui contra naturam luxuriantur[m], & per Deum contumelioſè ac leuiter adiurant 5, item blaſphemias in Deum ingerunt, afficiantur ſupplicio.

LXXVIII.

De dotalibus inſtrumentis & manumiſsionibus: ne libertini decætero iure aureorum annulorum & reſtitutorũ natalium opus habeant 6. Item ut dotalium inſtrumentorum confectio in libertinabus ipſo etiam facto legitimas reddat nuptias, & ſuos patri filios: nec ulla dignitas prohibeat, cum liberta matrimonium: ſi fortè ea ancilla ſit, ut & ipſa dotis confectione libera exiſtat, & nuptiæ legitimæ & ex ea progeniti ſui patri filij ſint.

LXXIX.

De monachis litigatoribus[n], ſeu apud quos 7 oporteat litigare monachos & aſcetrias[o].

LXXX.

De Quęſtore 8 alio nimirum quàm de quo tractatur. C. de off. quæſt. nempe de quæſtore inquirendis & coercendis mendicis, inertibus, erronibus, &c. præfecto.

De ſo-

3. Quibus mod. naturales filij efficiãtur legitimi & ſui ſupra illos modos, qui in ſuperioribus conſtitutionib. cõtinẽtur. 4. Hęc conſtitutio interp̃tatur priorẽ conſtitutionẽ, de ijs qui ingrediuntur monaſteriũ, & de ſubſtantijs eorũ, & ex quo tp̃e oporteat eã ualere. 5. Vt nõ luxurientur homines cõtra naturam, nec iurent per capillos Dei, aut aliud huiuſmodi, neq; blaſphemetur in Deum. 6. Vt liberti decæterò aureo nõ indigeant annulo, & ut priſtinis reſtituantur natalib. & de celebratione dotaliũ inſtrumentorum in libertis mulierib. facta. & hoc ipſo etiam nuptias legitimas fieri, & filios ſuos. ſi nuper etiam ancilla fuerit, & ipſam liberã eſſe celebratione dotis, & nuptias legitimas: et qui ex ea proceſſerint filios ſuos. 7. Apud quos oporteat cauſam dicere monachos et aſcetrias. 8. De Quæſtore.

a *cap.1.*
b *ca. ſed etſi.2.*
c *c. ſi tamen. 4.*
d *ca. ſed etſi.5.*
e *c. hæc autẽ. 9.*
f *ca. oportet.8.*
g *c. oportet. 6.*
c. ſi uerò. h.t.
h *ca. ſi uerò. 3.*
Dd. l. in exercendis. C. de fid. inſtru. l. 1. quem. teſt. aper. l. teſtium. C. de teſtib.
i *l. 27. C. Theo. de appell.*
k *C. de nat. lib.*
l *l. ult. C.*
m *Nouel. 141. §.*
n *Cuiac.*
o *Aſcetrias à monachis, & aſceteria à monaſterijs diſtinguit Cuiac. Nou. 59.*

LXXXI.

De solutione patriæ potestatis constitutio, quæ per dignitates, puta consulatum, patriciatum, & alias quæ à curiali liberant fortuna [a], ut præfecturam, magisterium militum [b], itẽ & Episcopale munus, filios liberat ptãte patria 9.

LXXXII.

De iudicibus 10: scilicet pedaneis, qui uice magistratuũ iudicant [c], & ut in locum remoti, alius à Principe subrogetur [d], & de eorum iurisdictione [e]. ordine, loco, tempore: ut à mane ad uesperam audientes causas sedeant [f]. de eorum sportulis [g], executoribus [h], de taxatione expensarum [i], ne compromissarij per sacramentum assumantur [k] ut iustè magistratus iudicent, nullo rescripto quod lite pendente impetratum sit [l], nulla pragmatica etiam sanctione obstante [m]. ut de dubijs ad Principem referant [n] ne cui appellationes non recipere liceat [o]. ut duo menses dentur appellationi [p] ab horũ sententijs institutæ: pòst incipiant fatalia fluere [q].

LXXXIII.

De clericis litigatoribus: Vt clerici apud proprios Episcopos primùm conueniantur 11: & post hoc si fortè illic non licet uel propter causæ naturam, uel alias difficultates & impedimenta, apud ciuiles iudices [r].

LXXXIIII.

De fratribus seu de cõsanguineis & uterinis [s] fratrib. 12, qũo post fratres ex utroq; parente germanos succedant.

LXXXV.

De armis 13: Vt Principis tantùm concessu publica arma fabricentur, priuata nec facere neque uendere liceat, præter cultellos minores.

LXXXVI.

Vt pręsidi suspecto in audiendis litibus adiungatur Episcopus [t]: seu ut præsides, qui interpellantis allegata audire differunt, compellantur id facere ab Episcopis. * Et ut, si quis præsidem suspectum habet, in cognitionem litis adhibeat, societque etiam ciuitatis Episcopum [u]. Item ut qui à præside offensionem patiuntur & iniuriam, uel quibus audientia denegatur, adeant ea de re Episcopum, qui de iniu-

sticia

a ĩ. Nou. 70.
b in prin. h. t.
c l. 2. 3. ult. C. de pedan. iudic. l. pen. & ult. de offi. eius. l. 2. §. ult. C. de offic. eius. qui uic.
d c. si quis. 8.
e c. 5. audient.
f c. sedebũt. 93.
g ca. nullo. 7. c. ne autem. 9.
h d. c. nullo. 7. §. 1.
i c. oportet. 10. qua de agitur C. t. de fruc. et lit. expen. l. properandũ. 11. §. fine. l. sancimus. 13. C. de iud.
k c. quia. 11. ut l. pen. cũ auth. inserta. C. de recept. arbit.
l c. oĩs. l. pen. de fruc. et lit. expens. l. properandum. 11. l. sancimus. C. de iud.
m ĩ. Nou. 113.
n c. ult. h. t.
o c. nostros. 12.
p gl. hic. §. appellationes. uerb. menses. ubi in fine concludit non esse hoc speciale in horum sententia: sed communiter hodie ante fatale dari duos menses præparationi: uasallis tantùm sex hebdomades. ĩ. lib. 1. feud. tit. 23. Cuiac. existimat in his speciale, ut peragendæ appellationi duo menses dentur. quem hìc uide. q c. appellationes. 6. ubi Angel. r uide Cuiac. sup. Nou. 79. s Cuiac. t Cuiac. u c. 1. propterea.

9. Cõstitutio q̃ dignitatibus, & episcopatu filiũ liberat patria potestate.
10. De iudicibus & ut nullatenus cum iureiurãdo eligatur aliquis iudex, qd' permaneat ei: & ut appellatiões accipiant modis omnibus iudices: & ut in media lite sacræ formę, qũo oporteat decidi cognitionem, nõ attendant iudices.
11. Vt clerici apud ꝓprios Episcopos primùm cõueniantur, & post hoc apud ciuiles iudices.
12. De consanguineis & uterinis fratribus.
13. De armis.
* Vide infrà col. 9. t. 10. Vt differ. iudic. &c. quò hæc Nouell. est translata.

sticia iudicis & læsione subditorum cognoscit[a]: deque alia cautela, quæ ab Episcopis corroborari, à præsidibus uerò fieri debet[b].

LXXXVII.

De donationibus factis à decurionibus[c]: seu de donatione mortis causa facta à decurionibus[d]: ne liceat eis in ultima uoluntate supra quartam relinquere, & dodrante curiam fraudare. néue permittatur illis inter uiuos donatio: rerumque immobilium, nisi ad certum tempus & ex iusta causa, puta dotis, donationis propter nuptias suas, uel liberorum, & cum decreto alia quæuis alienatio.

LXXXVIII.

De deposito 14 & denunciatione inquilinis facta, & de suspensione erogationis annonarum[e]: non ualere denunciationem alterius, puta tertij ut creditoris, quamlibet testato factã, ne reddatur deponenti id petenti depositũ[f]: aut ne ciuiles annonæ[g] uel pensiones ab inquilinis soluãtur[h].

COLLATIO VII.

LXXXIX.

De filijs naturalibus[a]: seu de naturalib. liberis 1, quomodo sui, per curiæ oblationem[b], dotalia instrumenta[c], Principis rescriptum[d] efficiantur: & ex testamento uel ab intestato parentibus succedant[e], dummodo ex certa concubina sint, non ex effusa incertaque libidine[f], neq; damnato coitu[g]: quibus ne alimenta quidem hoc iure[h], quanquam Canonico[i], debentur.

XC.

De testibus 2: ut non nisi illæsæ existimationis[k], etiam serui[l], non tamen mediatores, nisi de partium consensu[m], recipiantur, uilissimi tormentis subijciantur[n], inimici partium repudientur[o], rogati non fortuiti instrumentis adhibeantur[p]: perinde atq; testamentis[q]: ut in propria prouincia[r], præsente uel citato aduersario[s], ad quartam usq; productionem, non ulterius[t], examinentur.

XCI.

De duarum dotium debito, & de eo qui accipere dotem non uult, seu ut primæ & secundæ dotis exactione instante*, nempe uiro ad secundas digresso nuptias, prior uxor, aut ex priore matrimonio suscepti liberi præferantur uxori secundæ, eiusdemque filijs suam quoque dotem petentibus:

14. De deposito & denũciationib. inquilinorũ, & de erogatione panũ ciuiliũ.

1. Quibus mod. naturales efficiuntur sui, & de eorũ ex testamẽto siue ab intestato successiõe.

2. De testibus.

* Est infrà huius collat. tit. 5. ut exactione instãte dotis primæ & scdæ, uiro ad scdã uota migranti preponatur uxor prima, uel ex priore matrimonio filij: & si uoluerit uxor, aut is qui pro ea dotem scripserit, dare uiro q̃ scripta sunt, distulerit aũt uir suscipere: soluto matrimonio exigi eũ ab ea ẽt conscriptã antenuptialem donationem.

a cap. si uerò. 2. h. t.
b c. 1. 2.
c Cuiac.
d uide infrà collat. 10. const. 27. quò est translata. & ad idem suprà. Nouel. 18.
e Cuia. inscrip.
f cap. 1. h. tit. ut l. penul. l. ult. & t. t. C. de pos.
g de his uid. hîc Cuiac.
h c. 2. & ult. h. tit.

a Nou. 89.
b c. 11. cum multis §§. seq.
c c. 2. reliqui.
d c. 3. illud.
e cap. discre. 4.
f c. pen.
g c. ult.
h c. ult. h. t.
i c. cùm haberet. de eo qui duxit. ubi Alex. cons. 67. uol. 4.
k cap. sancimus. 1.
l c. si uerò. 7.
m ca. quoniam. 9.
n c. si uerò. 2.
o c. si uerò. 8.
p c. & licet. 3.
q l. hæredes. 21. §. 2. de testa.
r c. & quoniam. 6.
s c. ult.
t c. quia uerò. 5.

tibus [a]: utq; si uxor, aut is qui dotem pro ea conscripsit, in dotem conscripta tradere uoluerit, & maritus ea suscipere distulerit: soluto pôst matrimonio, nihilominus ab eo per ipsum conscripta, exigatur donatio ante nuptias, æquè ac si dos uerè soluta esset: quia per ipsum stat, quo minus dotem accepit: eoq; mora ipsi sua, non alij nocere debet [b]: nec attendenda est debitoris mora, ubi ipsus creditor in mora fuit [c]. Ne cõtra donationem ante nuptias præstet, qui quo minus dotem acciperet, in causa non fuit [d].

XCII.

De immensis donationibus 3. collatis in filios seu liberos, ut quo ad legitimam aliorum liberorum, qui quidem grati sint, reuocentur, ingratis penitùs exclusis [e].

3. De immens. donationib. in filios factis.

XCIII.

De appellationibus *: ut si mota apud appellationis iudicem causa, litigatores ad arbitros deueniant, intereaque temporis biennium fatale decurrat, & contingat denuò causam ad appellationis redire iudicem, ne biennij decursus obijciatur [f].

* Est infrà tit. 2. col. 8. de appel.

XCIIII.

De tutela matrum: ut sine ullo impedimento matres filiorum tutelam suscipiant 4, licet obnoxios eos sibi habeant, aut etiam ipsæ illis aliquo debito obnoxiæ sint, quamuis iusiurandum (ut olim) de nuptijs non iterandis nullum præstent [g].

4. Vt sine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelã gerant minorũ, neq; iusiurandũ prestent, ꝙ non ueniãt ad secũda uota.

XCV.

De presidibus: ut deposito magistratu 50. dies maneant in prouincia, siue militarem siue ciuilem gesserint administrationem: uel ut magistratus à deposita administratione, quinquaginta dies commorentur in suis prouincijs, siue militarem siue ciuilem functionem gesserint 6: quo ab omnibus qui quid de administratione gesta desiderant, reposcunt, & queruntur, conueniri possint [h]. Ne præses antequam prouinciam ingrediatur, ulla edicta in prouinciam mittat [i].

5. Vt exactione instante dotis. suprà Nou. 91.

6. De administratoribus.

XCVI.

De exactoribus & mutuis petitionibus [k]: seu de executoribus [l] 7. & de in ius uocando, & ut actor caueat de contestanda intra duos menses lite [m]. De his qui conueniuntur & reconueniuntur, & ut reconuentio mox à principio coram eodem iudice proponatur [n].

7. De executorib. & de ijs qui cõueniuntur & recõueniũtur.

De iu-

a de quo in l. aßiduis. C. qui pot. in pig. c. 1. h. t.

b l. in condemnatione. 134. §. unicuiq;. 2. de reg. iur. c. mora. eod. in 6.

c l. si & per. 53. de act. empt.

d c. 2. h. t.

e de his & errore, c. Raynutius. ext. de testa. uide hic Cuiac.

f exceptio l. ult. §. illud. C. de temp appell.

g de quo tit. C. quand. mul. tute. off. &c.

h l. unic. ubi uide Ias. et Dd. C. ut oẽs. No. 8. ĩ. ut in l. unic. C. ut om. iud.

i l. 4. §. antequam. de off. procos.

k Cuia. inscrip.

l de quib. C. tit. de sportulis et execu.

m c. 1. ne igitur. iuxta Auth. offeratur. C. de lit. contest. Auth. qui semel. C. qũo et quando iud.

n c. illud. 2. de qua l. cum Papin. C. qũo & qñ iudex. & ext. de mut. pet.

XCVII.

De iure dotis [a], seu de æqualitate dotis 8 & donationis ante nuptias [b], eiusdemq; augmento [c]. & de alijs capitulis, puta priuilegio dotis [d]: quod cæteris præponitur priuilegijs, sic ut mulier alijs creditoribus omnibus excepto eo, cuius pecunia militia empta est, præferatur [e]. Vt eadem quantitas dotis in secundis nuptijs filiæ conseruetur, nec liceat patri dotem liberorum ad se reuersam, in secundis nuptijs imminuere [f]. Vt non admittatur filia ad communem successionem, nisi dotem cõferat [g]. aut si ob inopiam mariti recuperari nequit, actiones saltem contra maritum cohæredibus cedat.

XCVIII.

De lucris nuptialibus [h]: ne uir ex dote *, aut mulier ex donatione ante nuptias proueniens lucrum proprietatis iure teneat, sed conseruet dominium filijs suis, etiamsi ad secundas nuptias non ueniant, solum usumfructum in lucro obtinentes. Et ut qui diuortio matrimonium dirimũt, si dotem, aut ante nuptias donationem lucrentur, similiter dominium filijs conseruẽt: persona quæ usumfructum habet, cogenda liberos alere. Si uerò bona gratia soluatur matrimonium, & uideantur quædam occasione damni dati detenta esse: ut hac arte perempta, quæ detinentur, ea reseruentur filijs.

XCIX.

De duobus reis [i] promittendi 9: qui uice mutua fideiussores accepti sunt: ut in solidum teneantur singuli, alijs absentibus uel non existentibus soluendo [k].

C.

De non numerata dote [l], seu de tempore non numeratę pecuniæ dotalis 10: ut exceptio non numeratæ dotis, quæ olim toto tempore matrimonij, & eo soluto intra annum competebat [m]: hodie si matrimonium intra biennium duret, intra idem duntaxat tempus ad exemplum exceptionis non numeratæ pecuniæ [n], & eo soluto intra annum: si uerò ultra biennium illud durauerit, intra decennium uiro & hæredibus eius competat [o].

8. De æqualita. dotis, & propter nup. donationis: & de augmẽto dotis, & ꝓpter nuptias donationis: & de priuile. dotis, quod alijs præponitur priuilegijs: & ut excipiãtur hoc priuilegio creditores in emptione militiæ: & de dote remeante ad patrem, & rursum datã ꝑ eadẽ filia scđo uiro: & de dot. collatiõe, inope marito moriente.

* Est infrà col. 8. tit. 1. neq; uirũ, qđ ex dote est, neque mulierẽ ex sponsalitia largitate lucrũ proprium habere: sed seruare dominiũ suis filijs, uel si ad secundas nuptias non ueniant, usu solo in lucro consistente: & ut repudio transigentes nuptias, lucrantes aut dotem aut ante nuptias donationẽ, & ipsis similiter dominium seruent filijs: usum habente persona cogenda filios alere. Si uerò bona gratia soluantur nuptiæ, & uideantur occasione damni detineri quædam: & hac arte perimenda quæ detinentur, & filijs seruentur. 9. De duobus reis promittendi. 10. De tempore non solutæ pecuniæ super dote.

a *Cuiac.*
b *in prin. c. 1.*
c *c. aliud. 2. de quo tit. C. de pact. conuen.*
d *cap. bis consequens. 3.*
e *de quo* Dd. *l. assiduis. C. qui pot. in pigno.*
f *c. quia. 4.*
g *cap. ult.*
h *Cuia. inscrip.*
i *hactenus* Cuiac.
k *de quo C. tit. de duob. reis & de fideius.*
l *Cuia. inscrip.*
m *l. ult. C. de dot. caut.*
n *l. si intra. 8. l. in contractibus. 14. C. de nõ num. pec. Inst. de liter. oblig.*
o *ut l. ult. C. de iur. dot. & t. t. de dotis promiss. de dote caut. nõ num.*

COLLATIO VIII.

CI.

DE decurionibus & dodrante, ex eorum bonis curiæ debito. C. tit. & de hæred. decur.

1. Neq; uirum ꝙ est, &c. suprà Nou. 98.

CII.

De moderatore Arabiæ.

CIII.

De procos. Palæstinæ.

2. De appellat. No. 93.

CIIII.

De prætore Siciliæ.

CV.

De consulibus *.

* Est suprà const. 3. collat. 4.

CVI.

De nautico fœnore: quod ob periculum susceptum creditori centesima usura est.

CVII.

De testamentis factis inter liberos [a]: seu de extremis uoluntatibus & testamentis imperfectis 3, à parentibus inter liberos factis, & de diuisionibus bonorum inter filios [b].

CVIII.

De fideicommissarijs hæreditatibus [c], seu de restitutionibus 4: ut si unus ex filijs aut hęredibus grauetur generatim ut hæreditatẽ totam restituat, quarta sibi retenta, tres reliquas partes fideicõmissario debeat: contraria uerò rõe quando conditionaliter singulari oneratur fideicommisso, huiusmodi si sine liberis decedat, ut omnia quæ habet, hoc est, quę sibi supererunt, fratribus suis restituat: id fideicõmissum tantùm in quarta ualeat, & hacten⁹ alienationẽ, nisi piam, uel in propria alimenta, inhibeat: de reliquo suorum bonorum dodrante testari nihilominus, & alienationes facere grauatus, possit [d]: de restituenda tamen quarta cauere, nisi testator idem prohibuerit, idoneè debeat [e].

3. De testamentis imperfectis, à parẽtib. in fil. factis: & de diuisione rerũ à filijs corã parente, & de eius facultatib. facta & subscripta.

4. De restitutionib.

CIX.

De hæreticis [f], seu de mulieribus fide hæreticis 5: & ne hæretici ad aliquam dignitatem aspirẽt: & quinam sint hæretici: & de priuilegijs dotis, puta prælationis [g], aut [h] alijs hæreticis mulieribus non præstandis.

5. De priuilegijs dotis, hæreticis mulieribus nõ pręstandis.

CX.

De usuris nauticis 6, ad rationem uetusti iuris redigendis, abrogata constitutione de his antè facta [i].

6. De usuris nauticis.

CXI.

De tempore actionum sacris locis competentium [k], seu quæ

a Cuia. inscrip.

b de quo l. hac consultißima. 20. §. ex imperfecto. eo. de testamen.

c Cuiac.

d uide Cuia. s̃. Nou. 39.

e de quo Auth. res quæ, Cod. com. de legat.

f Cuia. inscrip.

g l. aßiduis. C. qui potio.

h de priuil. dotis, uide C. de priuileg. dot. Dd. l. 1. solut. matri. Bald. trac. de dote.

i No. 106. s̃. de nautico fœnore.

k Cuiac.

quæ ſacris locis competunt, conſtitutio 7: innouans eam, quæ præſcriptionem centum annorum uenerabilibus locis indulſerat [a].

CXII.

De litigioſis 8 non alienandis [b] & de cautione decimæ partis litis, per quam actor nomine expenſarum ſi ſuccubuerit, reo obligatur, initio cauſæ, aut per fideiuſſores, aut ſi haberi nequeant, iureiurando [c] præſtanda. Et quando actor priuilegio iuris ſiue beneficio iuris communis: quòd inuitus agere non compellatur [d], uti nequeat: ſcilicet poſtquam alteri controuerſiam mouit, & lis iam cœpta eſt [e].

CXIII.

Ne ſacræ formæ fiant in medio litis [f]: ſeu ne in medio litis fiant [g] ſacræ formæ, hoc eſt, leges [h], edicta, reſcripta priuata, ad iuriſdictionem & cauſam pertinentia [i], aut ſacrę ad iudices [k] iuſsiones 11: ſed ſecundum generales leges cauſæ decidantur [l].

CXIIII.

De ſacris iuſsionibus 10, hoc eſt, mandatis, reſcriptis ad iudices factis, ut habeant ſubſcriptionem glorioſiſsimi (uidelicet præcipui & ſummi: nam & alij erant inferiores [m]) quæſtoris: nec aliter per iudicem recipiantur, niſi ſubſcriptione eiuſdem denotáte, inter quos & ad quem iudicem & per quem directæ ſint [n].

CXV.

De appellationibus, & de litigationibus, & de Falcidia & de exhæredatione, & de ijs qui lugent, & de conſtituta pecunia [o]. uel, ut alij, Conſt. 115. quæ ſex habet capitula. I. Vt cum de appellationibus 12, & retractationibus, & relationibus iudicum cognoſcitur, ſecundum illas leges controuerſiæ decidantur, quæ tempore latæ ſententiæ & ſuggeſtionis obtinebant, non quæ poſtea promulgatę ſunt [p]. II. Si altera litigantium pars renunciet, ſe allegationibus contentam fore, altera uerò differat, quaſi non contenta: iudex det unius & item alterius & tertij mēſis dilationem. His autem præteritis, non amplius expectet, ſed ſentētiam proferat [q]. III. Quæ cauſæ ingratitudinis rationabiliter, hoc eſt iuſtę, & ad exhęredationem ſufficientes filijs à pa-

7. Hęc conſtitutio innouat conſtitutionē, quæ præſcriptionē centū annorum uenerabilib. locis indulſerat.

8. De litigioſ. & de decima parte litis ab actore cautela præſtanda.

9. De militibus, infrà No. 116.

10. Vt diuinæ iuſſiones, infrà Nouel. 114.

11. In medio litis nō fieri ſacras form. aut ſacras iuſſiones, ſed ſecūdū antiquas leges generales decidi. hæc in Nouellis præcedit conſtitutionē ſequētem.

10. Vt diuinę iuſsiones ſubſcriptionē habeant glorioſiſsimi quæſtoris.

11. ſuprà tit. 2. No. 113. in medio, &c. 12. Vt cum de appellationib. cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat iudicari, quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant: non ſecundū eas, quæ poſtea promulgatę ſunt, & de alijs capitulis.

a l. ult. cum Authen. ſequen. C. de ſacroſ. Eccleſ. Rom. Nouell. 10.
b ut C. de litigioſ.
c cap. ad excludendas. 2. uerſic. ſi autem dixerit, non ualere fideiuſſorem dare, &c. h. t.
d l. unic. C. ut nemo inuit.
e c. omnem. 3. l. conſentaneū. 8. cum Auth. ſeq. C. de ſenten.
f Cuiac.
g ſup. No. 82.
h l. humanum. ubi Alb. C. de legib. qualis forma extat No. 126.
i l. 1. C. de rei uend. l. in integr. 22. ff. de min. l. 1. C. de uen. rer. fiſc. li. 10. l. 1. l. nō aduerſus. 15. C. ſi cert. pet.
k Nouell. 114. prox.
l ut ſ. de man. princ. ſecundū tit. C. ut lit. penden.
m uide de offi. quæſt. ſup.
n de quo ad tit. C. de diuerſ. reſcr.
o Cuia.
p c. 1. h. t. iuxta l. leges. 7. C. de ll.
q c. ſed & hoc. 2. l. iudices. 9. cum Auth. ſeq. C. de iudic.

rentibus obijci posſint: ſeu quæ ſint iuſtæ exhęredationis liberorum cauſæ, quas tamen hęres inſtitutus probare debeat[a]. IIII. Quæ cauſę ingratitudinis rationabiliter posſint parentibus obijci à liberis, ſeu quibus ex cauſis parentes exhęredes facere posſint[b]. V. Vt lugentes, & qui illis genere proximi ſunt, nulla de cauſa intra nonum diē prehendantur, uocenturq; in ius[c]. VI. De conſtitutæ pecuniæ obligatione & ſponſionibus, ſi quis ita pecuniam conſtituat aut ſpondeat, Satis tibi facio: aut Satis tibi fiet à me & hoc & illo: aut, Satis tibi fiet à me aut hoc aut illo[d].

a cap. aliud. 3. cum ſeq.
b cap. iuſtū. 4.
c cap. hæc aūt.
d l. 2. C. de conſtitut. pecun.

CXVI.

De militibus: ut neq; miles * neq; fœderatus (genus militum ex fœderatis populis conſcriptum[e]) quos pro libertate Reip. contra inimicos certare, nec ocioſos deliteſcere, ſed militare, exerceri, & communibus utiles eſſe rebus cō uenit[f], in domo priuata, aut poſſeſsione alicuius, ſub pœna publicationis bonorum, retineatur.

* Eſt tit. 9. huius coll. ut neque miles, &c.

e hoc t. paßim. l. ult. C. de locat. Suidas ui de Cuiac. No. 22.
f §. 1. hoc tit.

CXVII.

De diuortijs, & alijs capitulis[g]: ſeu de diuerſis capitulis 13. & ſolutione matrimoniorum: ne in ijs, quæ liberis in poteſtate conſtitutis relinquuntur, uel ultima cuiuſquam uoluntate uel contractu, contra uoluntatem teſtatoris aut contrahentis, patri uſusfructus quæratur. &, ſi minores hîc ſint liberi, de curatore præter patrem eiuſmodi bonis cum cautione dando[h]. de legitimandis naturalib. liberis per ſolam nominationem filiorum, in teſtamento uel inſtrumento publico, à parente factam[i]. Vt ſine dotalibus inſtrumentis non illuſtrium[k], ſed reliquorum nuptiæ conſtent[l]. Vt liberi ex nuptijs minus ſolennibus nati, pariter ſuccedant cum his qui ex iuſto coniugio procreantur[m]. De quarta ſuperſtiti coniugi relinquenda[n], de legitima liberis debita[o]. De alēdis diuortio facto liberis apud eū parentē q. cauſam nō dedit: expēſis alterius, cuius culpa ſeparatio facta eſt[p]. & ut nihilominus ad parentis utriuſq; hæreditatem uocentur[q]. ne diuortiū niſi ex cāis hac lege enumeratis admittatur[r]. Vt adulteria, cùm publica[s], tum priuata, poſt ternam denunciationē, mariti animaduerſione impunè coerceantur[t], & iudicibus etiam hîc negligētibus pœna immineat[u].

13. Vt liceat matri & auiæ, & alijs parentibus poſt legitimam partem liberis derelictá, quomodo uoluerint reſiduam partem diſponere, & alia capitula plura.

g Cuiac.
h cap. 1. h. t.
i cap. ad hoc 2. hoc tit.
k cap. quia. 4. c. illo. 6.
l cap. hoc quoque. 3.
m d. cap. 3. 4.
n iux. Authent. præterea. C. unde uir & uxor.
o cap. quia uerò. 5. h. tit.
p cap. illud. 7.
q d. cap. illud.
r cap. quia uerò plurimas. 8. cum multis ſeq.
s cap. penult. hoc tit.
t cap. ult. h. t.
u d. cap. pen.
a Cuiac.

COLLATIO IX.

CXVIII.

De æqualitate agnatici & cognatici iuris[a]: ſeu Conſtitu-

ſtitutio, quæ iura agnationis & cognationis tollit, hoc eſt, in ſucceſsionibus exęquat[a], & hęredum deſcendentium[b], aſcendentium[c], collateralium[d] ſucceſsiones ab inteſtato[e] deſcribit I.

CXIX.

De donat. propter nuptias, ut ſpecialis ſit contractus, & de alijs capitulis[f]: ſeu ut donatio propter nuptias, ſeu ſponſalitia largitas 2 ſpecialis ſit contractus, abſq; inſinuatione, quantum ad mulierem, non etiam uirum, robur habens[g], cuiuſcunq; tandem quantitatis exiſtat[h]: cum ſit donatio ob cauſam, & reciproca[i]: in quo genere inſinuationes aliàs requiſitæ[k] ceſſant[l]. De alijs capitulis. Qui minor libertates teſtamento relinquere poſsit[m]. Quòd inſtrumentũ ſe ad aliud referens, non mereatur fidem[n], originali non producto[o]. Quòd tempus proſequendę appellationis nõ currit per iudicem impeditis[p]. Quòd à ſentẽtia præfecti prætorio non liceat appellare, ſed tãtùm intra decem dies ſupplicare[q]. Quòd minore petente reſtitutionem, ut hæreditate abſtinere poſsit, citandi ſint curatores[r]. Quòd habens titulum à malæ fidei poſſeſſore, legitimo decennij aut uicennij tempore, prout iſtis annis abſens uel præſens eſt ijs contra quem præſcribitur, poſsidendo uſucapiat cõtra dominum ſcientem[s], contra ignorantem annis 30[t]. ſi non interea teſtato eum conueniat, atq; ita pręſcriptionem interrumpat[u]. Quòd ualeat teſtamentum, ſiue per teſtatorem, ſiue per alium, nomen hæredis conſignetur[x]. Quòd contra ſuperiorem Nouellam[y] liceat Principi ab Eccleſijs per commutationem quæſita in alium transferre[z]. Ne Falcidia locum habeat in rebus alienari à teſtatore prohibitis[a].

CXX.

De Eccleſiaſticis contractibus[b], ſeu de alienatione & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & alijs diuerſis cõtractibus rerum Eccleſiaſticarum 3.

CXXI.

De uſuris[c]: ut particulares uſurarũ ſolutiones in duplũ ſortis

1. De hæredibus ab inteſtato uenientib. & de agnatorum iure ſublato.
2. Vt ſponſalitia largitas ſpecialis ſit cõtractus, & de diuerſis capitulis.
3. De alienatione, & emphyteuſi, & locatiõe, & hypothecis, & alijs diuerſis contractib. in uniuerſis locis rerũ ſacrarum.
Quæ ſequũtur in hac nona collatione authenticę cõſtitutiones, uariè ſunt trãſpoſitæ, quas hoc ordine inueniens ad numerũ No. indicatas.
4. Vt iudices non expectent ſacras iuſsiones. Nou. 125.
5. Vt litigãtes iurẽt in exordio litis. Nou. 124.

a cap. ex his autem. pe. h. t.
b c. 1. h. t.
c c. ſi igitur. 2.
d cap. ſi igitur. cum ſeq.
e in prin. h. t.
f Cuiac.
g uide diſt. §. illud. infr. ut frat. fil.
h in prin. h. t.
i t. h. t. ut ſponſa. larg. et C. de pact. conuent. l. ſi extraneus. 6. l. ſi donaturus. 9. de cõdic. cau. dat. l. ul. de cõdic. ſine cauſ.
k l. pen. l. ult. C. de dona.
l Bart. & Dd. l. Aquil us. de don. l. te Tiraq. l. ſi unquam. uerb. donatiõe largitus. nu. 120. cum mul. ſeq. C. de reuoc. don.
m c. et hoc quoq;. 2. h. t. §. ex eadem. Inſt. quib. ex cauſ. ma. non lic.
n c. & hot. 3. h. t.
o Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.
p c. hoc quoq;. 4. h. tit.
q c. aliud. 5. l. uni. C. de ſent. præfec. prætor. l. 5. cũ Auth. ſeq. C. de precib. imper. offeren.
r c. ad hæc. 6. h. t. C. tit. ſi min. ſe hære.
s c. de præſcriptione. 8.
t c. rurſus. 7. h. tit.
u d. c. rurſus. ut in l. fin. C. de ann. except. l. pen. & paſsim C. de præſcrip. 30. ann.
x cap. quia uerò. 9. de quo Dd. in l. hac conſultiß. §. ex imperfecto. & auth. quod ſine. C. de teſtam.
y ut de cæterò commutationes, &c. Nouell. 55.
z cap. penult. hoc tit.
a cap. ult. hoc tit.
b Cuiac.
c Cuiac.

ſortis computētur, ſupra quod nihil exigi amplius poteſt[a].

CXXII.

De diſpoſitione artificum[b]: edictum de formula artificum: ut omnes artifices & mercenarij ſecundum auctionis formulā, operas locent, mercatores uerò merces uendant.

CXXIII.

De Epiſcopis & clericis[c]: ſeu de Eccleſiaſticis diuerſis capitulis: nempe de ſanctiſsimis Epiſcopis 15, qui & quales eligi[d], quomodo accuſari[e], quid pro cathedratico dare, quomodo ſua Eccleſiæ offerre debeant[f]: & ut electus à ſeruili & adſcriptitia fortuna liberetur[g]. Vt tutela & alijs ſecularibus negocijs extra certos caſus abſtineant[h]. Ne dicendi teſtimonij cauſa euocentur[i]. Ne propter quamlibet cauſam Epiſcopus ad ſecularem iudicem trahatur[k]. Ne proprias Eccleſias relinquant[l]. Vt Archiepiſcopi & Patriarchæ ſæpius in annis ſingulis concilia & ſynodos celebrent[m]. Ne quis ante cauſæ exitum excommunicetur[n]: cũ ab executione & pœna[o] non ſit incipiendum[p]. Vt Epiſcopus apud metropolitanum & nō alibi, niſi ubi deliquerit[q], non tamen legationis tempore[r], conueniatur: nec conuentus ſatiſdare pro lite cogatur: ut coram Epiſcopo œconomi[s], & his ſimiles apocriſarij[t], clerici[u], forum ſortiantur. Quales eſſe debeant[x], & qua ætate[y] (nempe presbyteri 35. diaconi, &c. 25. annorum, lectores 18. diaconiſſa 40. annorum) qui in clericos eligantur. Et an curiales[z], ſerui[a], eligi poſsint. Quomodo à patrono Eccleſiæ præſentari[b], gratis ordinari debeant[c]. De clericorum uxoribus[d], immunitate[e], foro competēte[f], ſportulis[g], procuratoribus[h], bonis[i], de quibus diſponere poſſunt, iniurijs[k], pœnis[l], litanijs[m]. De diaconiſsis[n], œconomis[o], apocriſijs[p], monachis[q].

CXXIIII.

De litigatoribus 5: ut iurent in exordio litis, quia neque pro-

a No.121. Nou. 160. *l. Titius. 44. cum. ſeq. de act. empt. l. unic.* C. *de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. ubi poſt alios* Molin.
b Cuiac.
c Cuiac.
d *cap.1.*
e *cap.2.*
f *cap.3.*
g *cap.4.*
h *cap.5.6.7.*
i *cap.7. nulli.*
k *cap.8. neq;.*
l *cap. 9. interdicimus.*
m *cap.10. ut autem.*
n *cap.11. omnibus.*
o *l.1.* C. *de execut. rei iudic.*
p *c. ſi quis. 22.*
q *c. ſi quis. 24.*
r *c. ſi uerò 26.*
s *cap. œconomos. 23.*
t *c. reuerendiß. 25. h.t. §. & illud. 11. ſ.* No.6. u *c. ſi quis cōtra. 21.* x *c. clericos. 12.* y *e. preſbyteri. 13.* z *c. ſed neq;. 15.* a *c. ſi ſeruus. 17.* b *c. ſi quis. 8.* c *c. ſed neq;. 16.* d *c. ſi autem. 14. c. preſbyteris. 19.* e *c. Deo. 5. c. alium. 6.*
f *c. ſi quis. 21.* g *c. ſportularũ. 28.* h *c. ſi quando. 19.* i *d. c. ſi quando. c. preſbyteris. 19.* k *cap. ſi quis. 31.* l *c. reuerendiß. 20.* m *c. omnibus. 32.*
n *cap. diaconiſſam. 30.* o *c. œconomos. 23.* p *cap. reuerendiß. 25.* q *c. iubemus. 34. cum multis ſeq. quæ tranſcripta ſunt ex* Nouell. 8. *ſupr.*

6. De Eccleſiaſticis titul. & priuileg. No. 131.
7. Vt fratrum filij ſuccedant pariter. No.127.
8. De reſtitut. fidei com. No. 159.
9. Vt nulli liceat habere loci ſeruatorē ſeu locum, ut uocant, tenentem. No.134.
10. Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogātur ab Epiſcopis. No.86.
11. De uſuris nauticis. Nou. 130. in uulg. in Cuia. 106. ſicut & Auguſt. emē. lib. 2. cap. 9.
12. De interd. colleg. hæretic. Nouel.132.
13. De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubũt. No.143.
14. De collatoribus & alijs capitulis. Nouel. 128.
15. De ſanctiſsim. Epiſcop. & Deo amabilibus & reuerendiſsimis clericis & monachis.
5. Vt litigantes iurent in exordio litis, quia neq; promiſerunt dare iudicibus, neque dabunt: & de ſportulis: & ut quæ iubentur referendarij compleant, & non miſceant ſemetipſos cauſæ, & per ſe exequantur.

4. Vt iudices nō expectent sacras iussiones, sed quidentur eis, decernant.

promiserunt dare iudicibus, neq; dabunt. de sportulis, ne indebitè uel supra modum exigantur, néue de his pacta fiant: & ut quæ iubentur referendarij seu executores, compleant: neque se causæ immisceant: & per se, non per substitutum exequantur.

CXXV.

De iudicibus 4: ne ad declinandam inuidiam (nam ubi dignus uindice nodus inciderit, relatio permittitur [a]) causas cognitas ad Prīcipē referāt [b], sed ipsi suo Marte decidāt.

CXXVI.

De appellationibus [c], seu proponens sacram de appellationum ordine & progressu formam.

CXXVII.

7. Vt fratrū filij succedāt pariter ad imitationē fratrū etiā ascēdentib. extātibus. Et ut mulieres non insinuata antenuptiali donatiōe nō lædantur. Non insinuās autē uir, uel si cōpetat nuptiale lucrū, eo nō fruatur. Et rursus ut mulieres nō secūdò nubentes, dominæ sint partis spōsalitiæ largitatis, quantum pars facit unius filij. Et ut similes sint pœnæ utriusq; sexus, dum sine causa rationabili repudiū mittitur.

De successione filiorum fratris, & de insinuatione donationum propter nuptias: seu ut fratrum filij succedant pariter ad imitationem fratrum 7, ascendētibus etiam extantibus, quib. cum ipsi uelut defuncti fratres, hoc est, eorū parentes iure repræsentationis succedunt. Et ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione ne lædantur [d]: non insinuans autem uir, uel si competat nuptiale lucrum, eo ne fruatur [e]. Et rursus ut mulieres non secundò nubentes, dominæ sint partis sponsalitiæ largitatis, quantum pars facit unius filij [f]. Et ut similes sint pœnæ utriusq; sexus, dum sine rationabili causa repudium mittitur.

CXXVIII.

14. De collatoribus, & alijs capitulis.

De exactoribus publicorum tributorum: seu de publicis tributis expediendis [g] & soluendis 14. deq; alijs capitulis: ut de denunciationibus [h], exactoribus [i], executoribus [k] collationum [l]. ut debitor debitoris tributarij in subsidium exigi possit [m]. ut appellare à superindicto liceat [n]. ut exactores iustis ponderib. & mensuris utantur [o]. ne absq; mandato Principis & conscientia præsidis exigant [p]: ut quotannis Episcopo & quinq; primatibus rationem reddant [q]. ut loci seruatores non constituantur, nisi impedito prouinciā ingredi, aut auocato per Principē præside [r]. ut præsides iudicesq; tam militares quàm ciuiles peragrent prouincias ex officio per se, non destinatis ad hoc prouincialium cum sumptu & onere, latronum insecutoribus, quos latrunculatores uocāt [s], aut uiolentiarū inhibitorib. aut tribunis: delicta inquirant & puniant [t]. ut pœnæ pecuniariæ fisco applicentur [u]. ut omnes iudices post depositum magistratum ad reddendam cuiq; gestus rationem 50. dies in prouincia re-

K maneant,

a c. ul. §. de iudicib. ut nullatenus cū iureiu. eligan. Nou. 113. 115. quas tamē per hāc corrigi uult hîc Cuiac.
b uide C. de relat.
c Cuiac.
d §. ut sponsal. largit. Nou. 119.
e c. illud. 7. h. t.
f uide §. No. 2.
g cap. 1. cum seq. h. tit.
h cap. 1. h. t.
i cap. 3.
k cap. 1. 2.
l cap. 1.
m cap. 2.
n cap. 1. in fin.
o cap. 2. in fin.
p cap. 2.
q cap. 3.
r cap 4.
s l. solemus. 61. in fin. de iudic. & §. Nouel. 8.
t cap. 5.
u cap. ult.

maneant, nec absq; iussione Principis recedant: aut læso damnum quantum iurauerit, rependant [a].

CXXIX.

De Samaritis [b], &c.

CXXX.

De transitu militum.

CXXXI.

De Ecclesiasticis canonibus, & de fideicommissis, & de orphanotrophis: Cuiac. seu de Ecclesiasticis canonibus 6, & priuilegijs quæ sacrosanctas Ecclesias respiciunt: ut legum uicem obtineant Ecclesiasticæ regulę quatuor Synodorum Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ primæ, & Chalcedonensis [c]: ut Ecclesiæ habeant immunitatem ab omnib. munerib. refectione uiarum excepta [d], quòd contra Ecclesiam & pia loca, atq; ijs etiam relicta, tantùm quadragenaria currat pręscriptio [e]. quòd oratoria hoc est sacella sacraria (quanquam eiusmodi orationis domus, omnes Ecclesiæ esse debeant [f]) orante & benedicente Episcopo ædificari ac consecrari, & cœpta oratoria ueluti publicum opus intra quinquenniũ [g], xenodochia intra annũ exædificari debeant [h], nec intermitti possint [i]: ne cultus & ministerium diuinum in priuatis ædibus celebretur: aut si contrà factum sit, domus Ecclesiæ applicetur [k]. Vt legatum diuino nomini relictum, debeatur Ecclesiæ, ubi testator domiciliũ habuit [l]. Vt executorib. testamento nominatis cessantibus aut ijs non nominatis, Episcopi ultimarum uolũtatum pia placita exequantur [m]. Vt Falc. in relictis ad pias causas cesset [n]. eademq; post sex mẽses ab insinuatione testamenti, cum usuris & fructib. soluantur [o]. Ne Episcopi de bonis post ademptam dignitatem intuitu Ecclesiæ (quod præsumitur [p], nisi à coniunctis relinquatur [q]) non personæ quæsitis testentur [r]: quamuis inter uiuos ad pias causas expendere possint [s]. Ne hæretici & Iudæi ullo titulo bona Ecclesiæ accipiant, neu ea loca in quibus sit Ecclesia, possideant [t]. Orphanotrophi ut ad similitudinem tutorum & curatorum inuentarium sub gestis monumentorum conficiant [u]: res orphanotrophias accipiant, custodiãt, & cum opus est, debita solennitate [x] alienent [y].

CXXXII.

Margin: 6. De Ecclesiasticis titulis & Priuilegijs, alijsq; capitulis.

a *ut omnes iudices. C. eo. tit.*
b *de his consule hic Cuiac.*
c *cap. 1. h. t.*
d *cap. ad hæc. 2. h. t. l. ad refectionem. C. de sacr. Eccl.*
e *cap. quod temporalibus. 3. h. t.* §. No. 4. *in.* 119. §. 8. 9. *l. ul. cũ Auth. seq. C. de sac. eccles. ex. de præscript.*
f Matt. 21. Luc. 19. *Esa.* 56.
g *uide ff. de pol licita.*
h *cap. si quis ædificationem.*
i *cap. si quis.* 4. *hoc tit.*
k §. *si quis in sua domo.* 5.
l *cap. si quis in nomine.* 8. Dd. *Auth. omnes. C. de sacros. eccles.*
m *cap. si quis autem.* 8. *c.* 3. *ex. de testa.*
n *cap. si autem hæres.* 9.
o *d. c.* 9. *iun. c. de usur. & fruct.*
p *Auth. licentiã. ubi* Bal. *nu.* 3. & 4. *C. de Epis. & cler. quanquã addat secus esse in alio administratore, per l. si defunctus. C. arb. tut. c.* 1. *ubi* Dd. *c. cũ inoff.* 7. *c. quia nos.* 9. *c. relatũ. de test.* q *c. requisiuisti.* 15. *de testa.* r *d. Auth. licentiã. d. c.* 1. 5. *cũ seq.* s *c. interdicimus.* 10. *uide ex. de testa.* t *c. pen.* u *c. ul. h. t.* x *l. orphanotrophos. C. de epis.* y *c. ult. h. t.*

CXXXII.

De hæreticis[a]: seu de fide, & prohibitis priuatis conuenticulis ac hæresibus 12.

CXXXIII.

De uita monachorum[b]: seu de monachis & asceterijs, & eorum conuersatione.

CXXXIIII.

De præsidibus & de adulterijs & pœnis: Cuiac. ut alij, de uicarijs 9, seu locum tenentibus[c]. Item de uiris & mulieribus adulterium committentibus: ideoq; puniendis, & soluendis hac ex causa coniugijs, doteq; retinenda uel amittenda[d]. Vt magistratus diligenter meretrices inquirant, & absq; trãsactionibus, quæ turpes hîc iure putãtur[e], seuerè puniant[f], aut ipsi puniantur[g]. Ne mulier subscribẽdo mariti aut alterius[h] obligationi teneatur[i], neuè carceribus includi possit[k]. Ne filius pro patris debito pignoretur[l]. Quatenus rescriptis & mãdatis magistratus, eorumq; successores parére, uel cognitionem adhibere debeant[m]. Vt exactoribus tributorum auxilio sint, & censuum solutionem procurent[n]. appellationibus deferant[o]. ex contractibus & actionibus priuatorum, ne prætextu authoritatis interponendæ lucrũ captent[p]. Vt in grassatores, non fures pœna capitali animaduertatur[q]: ne bona damnatorũ fisco addicẽtur, si cõiunx, descẽdentes, uel ascẽdẽtes supersint[r].

CXXXV.

Ne quis cogatur cedere bonis[s]: seu, ne quis, qui nõ sua, sed fortunæ culpa decoxit ignominiosè, cum quadam saltem facti infamia, cogatur bonis cedere[t], sed satis sit iusiurandum dari, nihil amplius in bonis esse, & hinc actiones iuraq; omnia creditoribus uelut ex cessione competere.

CXXXVI.

De argentariorum contractibus[u].

CXXXVII.

De Episcopis & clericis.

CXXXVIII.

Ne usuræ excedant duplum[x]: seu de interpretatione legũ à Principe facta: ut uim legis habeat[y]. Et ut usuræ particulatim solutæ duplum sortis non excedant[z].

12 De interdictis collegijs hæreticorum.

9. Vt nulli iudicum liceat habere loci seruatorem (locũ tenentem, & Gallico idiomate lieutenantem nunc uocant.)

a Cuiac.
b Cuiac.
c cap. 1. cum multis seq.
d c. si quando. 7. cum seq.
e l. transigere. C. de pac.
f c. 1. 2. 3. cum seq. c. pen.
g c. 1. 2. cũ seq.
h ita Salic. & Dd. interpretantur. Auth. si qua. C. eod. ut euitetur ll. correctio: licet Cuiac. ex hoc iure intercessiones pro extraneis admittat. ad de Vlp. tit. 1. in fine.
i cap. illud. 5.
k cap. necessariũ. 6. cũ. seq.
l cap. quia. 4.
m cap. & hoc uerò. 3.
n cap. 1.
o cap. 1.
p cap. 1. §. sed & hoc.
q cap. pen.
r cap. ult.
s Cuiac.
t ut l. 1. ubi Dd. C. de ijs qui bon. ced. pos.
u de quibus l. 4. 6. l. argentarius. 10. ff. eod. Huc refer edictum 7. formam prag. de argentariorum contractibus: & edict. 9. de argent. contract. &c. uide hîc Cuiac.
x Cuiac.
y l. 1. C. eod.
z l. Titius. 44. ubi Dd. de act. empt. l. unic. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. profer.

CXXXIX.

Indulgentia incestarum nuptiarum[a]: seu remissio pœnæ (quæ est confiscatio quartæ partis bonorum[b]) illicitè contractarum nuptiarum quibusdam facta, ob susceptos liberos[c], matrimonijq; diuturnitatem (quæ temporis diuturnitas pœnas antiqui delicti solet aut tollere[d], aut mitigare[e]) ne in exemplum trahatur[f].

CXL.

Vt consensu soluatur matrimoniũ[g], sicut contrahitur[h], quod tamẽ hodie non perinde licet. Itaq; sustulit hanc Nouellam Iustinianus[i].

CXLI.

De stupro[k], seu de his qui luxuriantur contra naturam: ut Ecclesiæ peccatũ confitentes pœnitentiã agant, aut pœnis legitimis, hoc est capitalibus[l] absq; spe ueniȩ puniãtur.

CXLII.

De his qui eunuchos faciunt: ut mares idem patiantur quod alijs fecerunt, hoc est, castrentur: mulieres uerò supplicio afficiantur, bonis utrorumq; publicatis[m].

CXLIII.

De raptu mulieris[n], seu de muliere raptum passa 13, ut raptor cum auxiliatoribus supplicium patiatur, bonis eius raptæ adiudicatis: nisi hæc illi nubendo (qua ratione pœnam capitis euadi apparet[o]) indignam se beneficio legis fecerit: cum nefarios certis pœnis corrigi, non præmijs honorari conueniat[p]. 13. De raptis mulieribus, quæ raptorib. nubunt.

CXLIIII.

De Samaritis[q], seu Samaritanis: & ne habeant Christianum mancipium. & ne Christianum mancipium hæreticus uel paganus habeat[r].

CXLV.

De duce uis arcendæ[s]: ut nullam decætero licentiam habeat dux seu biocolysta, hoc est coercẽdis latronum uiolentijs & grassatoribus, necessitate exigẽte, prouincijs impositus, ad utramq; Phrygiam, postquam pacatæ, & à latronibus liberatæ sint, accedendi, aut aliquos ipsis cõiunctos eò dirigendi: ut quosdam sæpe innocẽtes prætextu magistratus & inquisitionis comprehendant. Sed neque earum prouinciarum incolæ ad eos, qui tales magistratus in Lycaonia, item in Lydia (ut quæ essent infestiores) gerũt, decurrant, apudque ipsos aliquam querelam instituant: cum ciuiles iudices, puta præsides, abundè sufficiãt ad eiusmodi

a Cuiac.
b Nouel. 12.
c ut in l. qui in. 57. §. 1. de rit. nupt.
d l. querela. C. de fal. l. 5. C. de adult.
e l. si diuturno. 25. ubi Dd. de pœn. Tiraq. eod. trac. cau. 29.
f ut l. 1. ff. de cõstitut. l. 2. ult. C. de legib.
g ex Nouel. Iustini.
h l. oratiõe. 16. in fin. de rit. nupt.
i Dd. l. consensu, C. repud.
k Cuiac.
l ʒ. ut non luxur. Nou. 77.
m corrigitur No. Leo. 60.
n Cuiac.
o ut hîc. et No. 150. ʒ. alioqui frustra de nuptijs quærere tur. uide c. ul. ex̃. de raptor. l. unic. C. de rap. uirg. Tiraq. de pœnis, caus. 56.
p c. pen. h. t.
q Cuiac.
r ut C. eo. tit. ne christiã. mãc.
s Cuiac.

di emergentes casus, quibus uiolentia absit, persequẽdos.

CXLVI.

Vt Hebræi legant scripturas Hebraicè [a]: seu de Hebręis, quomodo oporteat eos scripturas legere.

a Cuiac.

CXLVII.

De indulgentia reliquorum tributorum [b]: seu ut ea quę præfectis, aut largitionibus, aut rebus Cæsaris, scilicet priuatis, in quacunq; specie, auro, argento, frumento, &c. debentur, in reliquis, hoc est residuis, seu (ut nunc loquuntur) restis [c] usque ad præteritam septimam indictionem, & quo ad ipsam quoque indulgeantur, hoc est remittantur: quod genus liberalitatis & munificentiæ nunc rarius est, postquam in mores abijt non dare subditis, nec remittere, sed auferre, neque tondere tantùm pecus, uerùm & deglubere.

b Cuiac.

c Cast. & Dd. l. unic. C. de erro. cal.

CXLVIII.

De reliquis. [d] alijs: de indulgẽtia tributariorũ reliquorũ.

d Cuiac.

CXLIX.

De præsidibus.

CL.

De ea quæ raptori suo nubit [e].

e de quo s. Nouell. 143.

CLI.

Ne decurio uel cohortalis in iudicium uocetur sine iussione Principis insinuata præfecto prætorio [f]: seu ne decurio aut cohortalis perducatur in ius, sistatúrue iudicio citra iussionem Principis, quæ insinuetur præfectis.

f Cuiac.

CLII.

Ne sacræ iussiones de publicis causis ualeant sine approbatione præfectorum prætorio [g]: seu ne sacræ formæ, quæ de causis pendent publicis, aliter robur accipiant, quàm gloriosiss. prætoriorum præfectis insinuatæ sint uel fuerint, atque illic habeantur ratæ.

g Cuiac.

CLIII.

De infantibus expositis: ut qui exponunt, legitimis pœnis, hoc est extremis, ut hic habet text. [h] ut uero Accurs. interpretatur [i], extraordinarijs subijciantur: expositi autem postmodum in seruitutem repeti à nemine queant [k]: sed plena libertate fruãtur, etiamsi seruitutis conditio demonstrari posit [l].

h c. 1. uerb. extremis pœnis subijcerẽtur.

i l. 2. uerb. animaduersio. C. eod. per l. nec filium. C. de pat. potest. l. 1. §. pœna. de libe. agno.

k contra l. 1. 2. C. eod.

l ut l. 3. & t. t. C. de infant. expos.

CLIIII.

De his qui in Osroena incestas nuptias contrahunt [m]: seu de his qui in Mesopotamia & Osdrœna illicitas contrahunt

m Cuiac.

trahunt nuptias; ut decætero ab eiuſmodi abſtineant, aut pœnas tam in corporibus quàm bonis cuiuſcunque ſint dignitatis, ætatis, uel etiam ſacerdotij[a] (nam & ijs inibi coniugia fuère libera[b]) patiantur.

CLV.

Ne matres tutelæ rationibus obnoxiæ ſint. ſeu quomodo alij malunt[c] ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint[d].

CLVI.

De ſobole cum colonis partienda[e]: ſeu de prole partienda inter ruſticos, qui ſe cum aſſcriptitijs coniunxerunt: ut dimidia pars patrem, altera uerò, tum, & ſi una tantùm ſit proles, aut quod in matrimonio inæquali redundat, uentrem, ut qui plus laborauerit, eiusq; dominium ſequatur[f].

CLVII.

De colonis, qui in alienis prædijs nuptias contrahunt in Meſopotamia & Oſroena[g]: ſeu de ruſticis qui in alienis prædijs nuptias contrahunt, ne contractas eorum domini diſſoluere, liberosque parentibus, aut hos illis adimere poſsint.

CLVIII.

Vt ius deliberandi etiam impuberes tranſmittant[h]: ſeu ut deliberandi ius etiam ad impuberes tranſmittatur.

CLIX.

De ſubſtitutione facta in familiam morientis, uſque ad quotum gradum ualeat[i]: hoc eſt, ut reſtitutiones fideicommiſsi 8 uſque ad unum gradum conſiſtant: neque filijs, ſi ſine liberis decedant, alienare uetitis (unde legitima excipitur[k], in qua pupillariter filio ſubſtitui poteſt, quia prouiſio eſt[l] per fideicommiſſum, quandocunque, uel ſi ſine liberis, quæ ſemper fideicommiſſaria[m] habetur) ad alios eorum ſucceſſores, prohibitio extendatur[n], ſed primo filiorum gradu coerceatur. 8. De reſtitutione fideicommiſsi.

CLX.

De pecunijs & uſuris ciuitatum[o], ſeu exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris: qua conſtitutione[p] de nihil exigendo ſupra duplum ſortis[q], ad reditus & operas, ciuitatibus pro pecunia mutuo data, quotannis debitas, non pertinere, & alium redituum annuorum quàm uſurarum eſſe rationem[r], declaratur.

CLXI.

De præſidibus[s]: ſeu de prouinciarum præſidibus.

De do-

a §. poſt noſtrã.
b uide Cuiac.
c Cuiac.
d ut Cod. titul. quand. mul. tutel. off. & arb. tutelæ. & de ratioc.
e Cuiac.
f ut j. Nou. 162.
g Cuiac.
h Cuiac.
i Cuiac.
k Iaſ. nu. 4. & Dd. Auth. res quæ. C. com. de legat. per l. quoniã. C. de inof. teſta.
l l. ex trib. 26. C. de inoffic. teſtam.
m Bal. d. l. ex tribus. nu. 4.
n Bal. Iaſ. & Dd. d. l. ex tribus.
o Cuiac.
p Nou. 138. & 121.
q l. Titia. in fi. de act. empt. l. unic. C. de ſent. quæ pro eo q. intereſt.
r l. iubemus. 14. C. de ſac. Eccleſ. c. 1. 2. de empt. late Tiraquel. de retrac. prox. §. 1. gl. uerb. rentes.
s Cuiac.

CLXII.

De donationibus sacra forma: & de ascriptitijs[a]: sacra forma transmissa dominico gloriosiss. prætoriorum Illyricianorũ præfecto, de diuersis capitulis; de donatione coniugi facta: ut siquidem insinuationum, aliæque necessariæ solennitates adsint, morte confirmetur, etiamsi traditio facta non sit[b]: neque tantùm ad excipiendum, sed ex stipulatu ualeat ad exigendum[c]. De natis ex libera & adscriptitio, ut quamuis ingenuitatem matris sequantur coloni, tamen & agrorum incolæ ac cultores maneant. Item de natis ex adscriptitio & adscriptitia diuersorum dominorum inter hos diuidendis, sic ut in unitate, & eo quod in dispari numero abundat, prærogatiuam habeat dominus uentris siue matris: maiore studio prosequẽda, quæ partus doloribus distenta fuit, quæ peperit, quæ nutrijt, quàm is qui succisiuam tantummodo libidini operam accommodans, filij generationem procurauit[d].

CLXIII.

De releuatione futurorum[e], seu de releuatione tributorum publicorum.

CLXIIII.

De hæredibus[f]: ut secundum ordinem legibus præstitutum, tam ex testamento quàm ab intestato succedant: neq; is ordo perturbetur à potentioribus, aliisue qui mobilibus rebus signacula, immobilibus titulos imponunt, ut hac ratione ipsis aliorum accrescat succesſio, inq; ea decentem aliquem ordinem atque locum occupet[g].

CLXV.

Generalis forma de prospectu maris[h], seu in mare; qui intra centum pedes esse solet; non solùm per directum, sed etiam transuersum[i]; néue nouo opere impediatur[k].

CLXVI.

De prædiorum sterilium ad fertiles impositione[l].

CLXVII.

Generalis forma de misſione in posſesſionem[m].

CLXVIII.

Forma præfecti prætorio, de his qui eidem domino subiecta prædia posſident: ut defecta desertáue alijs accrescant.

a Cuiac.
b contra l. Papinianus. de don. int. uir. & ux. gl. Salic. in l. 1. C. de donat.
c l. donationes quæ. C. de donat. int. uir. & uxo.
d ut s̄. No. 156.
e Cuiac.
f hactenus Cuiac.
g de quo C. tit. ut nemo priua. Item tit. ut nemini lic. sine iudi. auth. signa reb. imponere quas alius detinet.
h hactenus Cuiac.
i No. 63. ubi uide Cuiac. & obser. 6. c. 10.
k de quo C. de oper. pub. de ædif. priua.
l uid. Dd. ad tit. C. de iur. emphy. in primis hic Cuiac. de hac & seq. quas primus [illegible] dedit.
m de quo C. tit. de bon. auth. iud. posſid.

OECONOMIA CONSVETVDINVM FEVDALIVM.


EVDORVM *consuetudines apud alias gentes, præsertim bellicosiores, aliæ fuerunt* [a]. *Nam harum ius omne, uelut olim Spartanum, tantùm ad disciplinam rémque militarem est aptatum. Vt ergo usum militiæ, sic & huius iuris uarium paßim extitisse consentaneũ est. Quibus uerò huius generis moribus in iure Romano locus datus est, eos credibile est post Iustiniani ætatem, præcipitante iam & exposito barbararum prædæ gentium Imperio Rom. à Longobardis domo, hoc est, ex media Saxonia* [b], *in Italiam translatos esse: ubi condito Insubriæ regno ita coaluerunt, et egêre radices, ut quãuis exciso euersóq; subinde opibus Carol. Magni illorum dominatu, extirpari tamen hæ non potuerint, sed ipsos potiꝰ uictores, quòd res apta militiæ uideretur, in leges & iura pertraxerint sua* [c]. *Cæterùm quod in illis imperiorum mutationibus ac ruinis, & fatalibus generis humani pœnis (cuiusmodi haud scio an iam grauiores instent) uariè paulatim habebantur, ex statutis* [d], *moribus* [e], *interpretationibus prudentum* [f]: *unde iurisdictionum & possessionum perturbationem sequi necesse fuit* [g]. *His de causis Gerardus Niger & Obertus de Orto, Coss. Mediolani, quæ regni Longobardici & ea re iuris feudalis Metropolis erat, circiter tempora Friderici primi Barbarossæ* [h], *eas consuetudines in literas & consonantiam aliquam redigere sunt aggreßi: quorum opera fidem deinceps & approbationem in iurisdictionibus meruit: prout usitatum est in foro, peritis de consuetudine attestantibus, fidem adhiberi* [i]: *& Cæsaribus quoque ipsis probata, eorúmque constitutionibus adaucta* [k], *procedente tempore extra Insubriam*

a No.21. de Armenijs. lib.1. t.1. §.2. t.3. & paßim c.1. de mat. ad mor. contract.
b uide Lehenrecht, Sax. et Spec. Saxo. paßim.
c c. unic. de fil. nat. ex mat. ad morg. con tract.
d d.c. unic.
e §. ult. de alie. feud. pat. c.1. de l. Corra.
f cap.1. qui test. sint neces. c.1. de feu. fœ.
g uide proœ. ff. & const. 1. C.
h c.1. de consue. rect. feud. in uer. q. nuper rex Fride. Otho Frisi. 2. de rebus Freder. c.12.
i Bar. l. de quibus. n.21. ff. de legib. Ias. l.1. num.12. C. de iur. emph. Anto. Gab. Rõ. li.1. de proba. conclu. 4. ubi distinguit.
k Odofr. in Auth. cassa. C. de sacros. Eccl. Bald. Alua. in proœ n. feud. u de ĩ. lib.5.

usu

usu serpẽs, quòd res pace belloq; utilis uideretur, pro cõi quodam feudorum iure scripto, atq; adeò ex quo ab immemoriali usurpatione constitutionis uim induit[a], *in parte quadam iuris Cæsarei, haberi denique cœpit: non modò in Italia, ut Romania*[b], *Neapoli*[c], *&c. sed in regionibus, quas ipsi uocant ultramontanas, Germania*[d], *Gallia*[e], *Burgundia*[f], *&c. ut iam secundum pacta & conuentiones inuestiturarum, quæ primo loco uelut lex contractus*[g] *(cuius iure censentur*[h]*) attendenda sunt*[i], *statutaq; locorum singularia, quibus altera authoritas defertur*[k]*: ex hoc uelut communi feudorum iure, controuersiæ feudales (non etiam reliquæ*[l]*) tam in Ecclesiastico definiantur foro*[m], *quàm ciuili*[n]. *Cæterùm huius operis architecti, rerum magis forensium quàm artium scholasticarum periti, confusè profectò, & absque ullo notabili ordine, rhapsodias hasce suas in uolumina retulerũt: quæ in illa superioris memoriæ barbarie, inconditis rursum indigestisq; commentationum molibus, onerata potius quàm ornata, maiorem indies deformitatem speciemq; horridam & distortam induere cœperunt: cum per se tamen antea non admodum essent concinna neq; coagmentata: donec nostro hoc feliciore, quod ad hanc sanè eruditionis laudem attinet, seculo, alij alia διαιρέσει hanc quoque iuris partem uagam contrahere, confusàm distinguere, indecentem aptare, squalentem uenustare sunt ingreßi. In quibus sine controuersia Coriphæus noster eminet Cuiacius: qui ex duobus, aut ut alij partiebantur, tribus feudorum libris*[o], *quinq; uolumina, multis quæ desiderabantur adiectis, confecit: breuioreq;, sed meliore interpretationis genere dilucidauit: seriem tamen & coagmentationem rerum, qualis antè fuit, suo quodam consilio*

L reliquit:

a l. 2. §. ductus aquæ. de aqua quotid. c. præterea. 24. §. 1. de uerbo. sign.

b c. 1. de cõsuet. rect. feu.

c uide Matt. de Affl. de feu. et in cõstit. reg.

d Kling. in princip. feud. Hennin. God. Schurff. in cons. feud.

e Guid. Pap. decis. 180. Boer. de consuet. Bitur. §. 3. gl. 1.

f Chass. in consuet. Burg. in fi. rub.

g l. 1. §. si conueniat. depos. l. ult. C. de pac. conuen. l. contractus. de reg. iur.

h Menoch. cõs. 101. n. 28. cõs. 103. nu. 53.

i cap. 1. de ben. fra. c. 1. an marit. Bal. cons. 215. uolum. 2. Curt. & alij in prin. feud. Zas. parte 12. nu. 41. Molin. de feud. in princ. num. 50.

k Molin. & Dd. præall. loc. uide Ias. in prælud. feud.

l Curt. in prin. tract. feud. quæst. 3. nu. 4. uid. Ias. in prælud. feu. in prin.

m l. cæterùm. ubi Dd. de iud.

n tit. 1. lib. 2. de feud. cog. uide Alua. in princ. & tit. 1. qui feud. dar. poss. num. 14. Zas. in prin. Ias. l. de quib. nu. 26. de legib.

o uide Dd. tit. 1. lib. 3.

reliquit: quam enimuerò licet inamœnam deformemq́; nos quoque in hac titulorum coaceruatione necesse habuimus sequi. quî enim aliter instituto satisfieri potuit? sed ut amplius consuleretur studiosorum utilitati, rubricas æditionis usitatæ, cum Cuiaciana ex aduerso contulimus: simulq́; ad capita usitatæ methodi compendio digitum intendimus, quo hisce libris quæ sparsè inordinateq́; cumulantur, ea studiosi per hæc distribuere, & ad commodiorem aptare ordinem, atque etiam utilitatem aliquam possint.

In tenui labor, at tenuis non usus eorum est.

Capita autem eiusmodi fermè ordine habentor.

PRIMVM, definitio nominis & rei. Illud à fœdere, quasi fœdum Isidorus deducit[a]: nostri à fide[b] fideum, ut arbitor, initio dictum, & transpositis per metathesin literis feidum, seu, quod idem, mollius tamen sonat, feudum: unde fideles [c] etiamnũ ac fidelitas [d], in hoc argumento passim occurrunt. Cap. 1. Definitio.

REI definitio sumitur à beneficio[e], quod ex beneuolentia ita datur, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ, penes dantem remaneat, usus fructus uerò illius seu dominium utile ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesq́; suos, masculos siue fœminas, si tamen de his nominatim actum sit, transeat: ad hoc, ut ille & sui hæredes fideliter domino seruiant: siue seruitium illud nominatim, quale esse debeat, expressum, siue indeterminatè sit promissum [f]. Cuiacio [g] est ius prædio alieno in perpetuum utendi fruendi: quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit, sibi fidem & militiæ munus, aliúdue seruitium exhibeat.

ALTERVM, differentiæ, notæ, & proprietates feudorum. Differentia specifica, qua feudum à similibus iuribus secernitur, est ea, quam nomen affert, fides seu fidelitas [h]: q̃ ideo pactione, ut quæ contra substantiam rei sit futura [i], remitti nequit [k]: quamuis remitti queat sacramentũ [l], uel seruitium, Cap. 2. Propria, notę, differentiæ.

a *Cuiac. hîc in princ.*
b *§. ultim. per quos fiat inuest. lib. 2. tit. 4. Cuiac. de inuest. uet. uel noui benef.*
c *lib. 1. titul. 17. 23. lib. 2. tit. 20. lib. 4. tit. 9.*
d *de forma fidelitatis, etc.*
e *§. ult. in quib. caus. feud. amitt. libr. 3. tit. 1.*
f *d. §. ult. ubi de hac definitione plura Dd. & Cur. in prin. tract. quæst. 6. & tit. 92. lib. 4.*
g *in princip. de feudis, circa finem.*
h *d. §. ult. per quos fiat inuest.*
i *l. non precario. de precar. l. cum manu. 80. §. ulti. de contrahenda empt.*
k *d. §. ult. per quos fiat inuestit. facit tit. 75. lib. 4. constit. 3. lib. 5.*
l *§. est & alia. ubi Lauden. numero 6. quæ fuit prima causa, cap. 1. §. nulla. per quos fiat inuestitur. cap. 1. de cap. cur. Zas. parte 12, numero 34.*

nitium, missum fieri possit [a]. Notæ sunt [b], inuestitura [c], sacramentum [d], possessio feudalis [e] seruitiorum cumplurimùm incertorum, debitio & præstatio [f]. Propria, quòd respectu originis & causæ efficientis sit beneficium [g]: etiamsi ob causam detur [h]. nam & ob causam donatio est donatio [i]: cum maneat nihilominus ultimus finis, qui est beneficentia: etiamsi aliæ huic causæ subordinentur [k]: item contractus [l] (quanquam impropriè [m]) unde fluit, & uim habet [n]: & quidem nominatus [o]: quantum ad formam uerò, quam substantiam uocant [p], est ius quoddam reale [q] seruitutis [r], à personali [s] contractus iure separatũ [t]: simile personali seruituti usus fructus [u]: quo ad personas, quibus & à quibus debetur, ac prædij unde debetur usum. Quare illius exemplo [x] olim inde usque à principio cum persona extinguebatur [y], uelut quædam militia [z]: quanquam hodie ex pacto quod & ususfructus admittit [a], assiduo [b], eoq; in naturam conuerso transeat in masculos [c], & perpetuum sit [d]: simile etiam realibus prædiorum seruitutibus [e]: quoniá onus prædij est [f]: eoq; illarum exemplo [g], stricti iuris, odiosæq; naturæ est [h]: quáuis, uelut cæteri stri-

a lib.4.tit.104. Matth. de Affl. in §. sed nec est alia. num.29. quæ fuit prima caus. benef. amit.
b de quib. tit. de not. feud.
c c.1. quibus modis feud. constit.
d ca.1. de cons. rect. feud. Zas. part.12. num. 38. ca.1. quid præce. deb. cum seq.
e cap.1. quid sit inuestit. §. si quis per 30. annos. si de feud. def. cont.
f Zas. cap.12. de feu. deg. nu.13. per c.1. de cap. qui cur. uend. c. 1. §. pen. quid sit inuestitura. c.1. in quib. caus. feud.
g §. ult. per quos fiat inuest.
h c.1. in quib. caus. ben. lib.2. tit.3. §. ult. lib.4. tit.5.67.75.89.104.
i l.1. de donat. to t. C. de donat. quæ sub modo. Schurf. in terminis, cons.25. cent.2.
k d. §. ulti. per quos fiat inuestit. cum alijs suprà adductis.
l ca.1. §. ult. de his qui feud. da. poß. cap.1. uerb. nisi emerint. de nat. feud. c.1. de ben. fra. cap.1. de inuestit. in mari. cap.1. quemad. feud. ad fœm. pert. Bald. l. eum. num.11. C. de cond. inser.
m Schurf. cons.198. nu.7. cent.1.
n lib.2. t.7. §. ult. tit. 8.20. lib.4. tit.15.
o Bart. l. iurisgentium. 7. §. quinimò. de pac. Bal. Imol. c. quæ Ecclesiarum. de constit. Ias. l.1. C. de iur. emphy. Curt. qui dicit communem trac. feud. par.1. quæst.10. Molin. de feud. §.1. glos.9. nu.4. Socin. d. consil. 165. num.5.
p l. Iulianus. 9. §. si quis. 2. ad exhib. uide Cuiac. l.2. §.2. & 10. ff. pro empt.
q Cuiacius in fine procem.
r const.5. lib.5. glo. l. si cuius. §. si ususfruct. uerb. oportet. de usufruct. l. altius. C. de seruit. Bald. l. si uxorem. in fin. C. de cond. insert. cap.1. de controu. inuest. Ias. l. si prius. nu.40. de oper. nou. nunc. Affl. c.1. nu.68. ex quibus caus. feud. decis. Neap.277. nu.7. Socin. cons.165. num.23.
s §.1. Instit. de actionib.
t l.3. de usufruct.
u §. ult. uerb. ususfructus. per quos fiat inuestit.
x §.1.2. Instit. de usufr. l.1. quibus mod. usufru. amit.
y cap.1. §.1. tit.1. lib.1. de ijs qui feud. dar. poss.
z l. ult. C. de pignor. Nou.53. cap.5. Nou.97. cum simil.
a l. antiquitas.13. C. de usufr.
b l. quòd si nolit.31. §. quia.18. de ædil. edict.
c d. ca.1. de ijs qui feud. dar. poss. c.1. de success. feud.
d §. pen. & ult. lib.1. tit.2. & 3.
e gl. d. l. si cuius. de usufr. d. l. altius. ubi Dd. C. de seruit.
f c.1. §. sed nec est alia. quæ fuit prima caus. benef. Afflic. c. præterea ducatus. 3. nota. nu.10.11. de probib. feud. alie. per Fed.
g l. non modus. 12. C. de seruit.
h Bal. Alua. c.1. de feud. cog. & communem dicit Zas. par.1. nu.6.

ﬅi iuris actus[a], ex eo quod actum eſt[b], interpretationem boni & æqui admittat[c], fraudem auerſetur & excludat[d].

TERTIVM, diuiſio totius in partes, generis in ſpecies. Cap. 3. Diuiſio.
Culpam unius ex cohæredibus cæteris non obesse, quo minus delinquente cum suis hæredibus mortuo, ad ipsos à domino, cui apertum ex delicto erat, iure successionis reuerti debeat.

LXXIX.

Vt ratio uasalli prius quàm domini discutiatur: si fortè plures his inter se sint conuentiones & reconuentiones. nam pares maiorem habent iurisdictionem de suo pari q̃ domino: de cuius iure uerecundius tardiusq; cognoscunt.

LXXX.

De euictione quam dominus generaliter ex inuestitura debet, nisi uasallus conscientiam rei alienæ habuerit[c].

c *lib.2.tit.8.lib.4.tit.1.& 55.*

LXXXI.

De feudis improprijs, quæ auferuntur dantis arbitrio: cum uidelicet pro mercede functionis & administrationis, puta guardiæ castaldiæ data sunt[d], ut ablata administratione, uelut causa finali cessante, finiatur[e].

d *§.illud.tit.1.lib.1.*

e *lib.4.tit.94.infrà.*

LXXXII.

Prius possessionem restituendam, atq; ita uasallum de suo recto feudo inuestiendũ, & si possessio perturbata uel ablata fuerit, quatenus utrumuis uel utrumque factum sit,

restituendum antè esse (uelut in allodijs [a]) quàm de principali causa agatur [b].

> a l. incerti. C. de interd. l. ordinarij. C. de rei uend. l. si de ui. de iud.
> b li. 2. tit. 4. 20.

LXXXIII.

Si unus ex fratribus dederit suam partem in feudo paterno, fratri uel domino, uel extraneo, domino quidẽ per refutationem, extraneo per subinfeudationem [c], quod licet [d]: ut quandocunq; sine hæredibus decesserit, nulla obstante præscriptione (quæ aduersus agere nõ ualentes currere nunquam debet [e]) à quocunq; possessore uelut hæreditarium, fratres & agnati reuocare possint.

> c ut lib. 1. tit. 2. §. rursus.
> d lib. 2. tit. 4. & 9.
> e l. 1. C. de anna. except.

LXXXIIII.

Patrem in feudo filij non succedere, nisi nominatim id pactum sit.

LXXXV.

De inuestitura facta marito, uel utrique coniugi de feudo uxoris, ut huic acquiratur cuius negocium sit gestum, marito uerò, qui aliàs non succedit, si sibi, uolente & patiente uxore acceperit [f].

> f tit. 12. 13. li. 2.

LXXXVI.

De fructibus feudi: ut feudo ex defectu hæredum aperto, fruges extantes non ad dominum, sed filias uel uxorem uasalli pertineant: & hac ratione creditor eos, licet pignori non sint, uelut allodiale reposcere possit, secundum distinctionem Imperialis constitutionis suprà positam [g].

> g tit. 30.

LXXXVII.

An præscriptione feudum acquiratur: scilicet cùm iusta traditione, hoc est, re ex iusto titulo tradita & accepta, & bona quæ hinc consequi solet fide, longo tẽpore possessa [h]. Nam si mala fide acceperit, nulla se tueri præscriptione (scilicet ordinaria) ut nec de euictione agere potest.

> h §. si quis à nõ domino. Inst. de rer. diuis.

LXXXVIII.

De probatione inuestituræ: ut si non possideat uasallus per Pares curiæ, uel breue testatum, hoc est, breuem tabellionis seu actuarij annotationem, &, ut nunc loquuntur, protocolli inregistraturam de ea factam (ne inopes milites grauioribus probationum parandarum sumptibus onerentur:) sin possideat, alijs adminiculis, puta iureiurando, &c. fieri, atque ita de ingressu Curiæ, hoc est, initio iuris feudalis constare possit.

LXXXIX.

Conditionem tacitè feudum sequi, hoc est, onera, puta seruitia & administrationes [i]: quia prædijs cohærent, ut

> i lib. 4. tit. 5. 75. & 104. li. 2. ti. 3. §. ult.

cæteræ

cæteræ ſeruitutes & qualitates [a]: eoq; cum prædijs, ſi fortè alij ſubinfeudentur, tranſeūt: niſi nominatim, domino ſcilicet conſentiente, abſq; quo alia lege ſubinfeudationes fieri nequeunt, in traditionibus conditiones illę excipiantur.

a *l. uia. 23. §. ſi fundus. 2. l. cum fundo. 36. de ſeruit. ruſt. prædio.*

XC.

Fratrem fratri in feudo nouo nō ſuccedere, niſi pactum de ſucceſsione factum ſit.

XCI.

De inueſtitura ueteris & noui beneficij, ut fieri poſsit ab his quibus ex conſuetudine, lege, &c. ius eſt: tam maribus quàm fœminis: tam minoribus quàm adultis: tam Laicis quàm Eccleſiaſticis: dum tamen hi ut adminiſtratores Eccleſiæ (quod officium in bene gerendo, non dilapidando conſiſtit [b]) neq; diſsipent, nec ambitioſè uni cōiunctionis cauſa eam rem dent: qua de re duos pluréſue uaſallos parare potuiſſent.

b *l. qui fundū. §. ſi tutor. ff. pro emptore.*

XCII.

Iuſto errore excuſari uaſallum, qui fidelitatem nō fecit, ne feudum amittat: ſi fortè de forma fidelitatis contentio ſit, & paratus ſit more maiorum ſuorum iurare.

XCIII.

Factum fratris fratri in feudo paterno non nocere: quia ſcilicet ſi homagio ligium feudum, quod tale non erat, fecerit, poſtq; ſine hærede deceſſerit, feudum ea conditione & qualitate ad fratrem redeat, qua apud patrem fuerat: licet in ſecundam & tertiam generationem, & uſque in infinitum peruenerit.

XCIIII.

De feudo guardiæ & gaſtaldiæ: ut ablata gaſtaldia, uelut cauſa finali, auferri poſsit.

XCV.

De ſucceſsione feudi paterni: ſcilicet quomodo eam fratres reliquiq; collaterales capiant.

XCVI.

De inueſtitura alieni beneficij: ut ſi à ſciente accipiatur, inutilis ſit abſque poſſeſsione: cum euictionis regreſſum non habeat.

XCVII.

Non amittere feudum eum, qui ſine dolo, hoc eſt, ex iuſta cauſa incidente, per annum in petenda inueſtitura ceſſauit; uel etiam cùm amore alicuius inductus ſeruitium ei

præstiterit: amittere autem, si contra ea quæ in fidelitate nominantur, fecerit.

XCVIII.

Ex delicto uasalli feudum ad dominum, non agnatos redire, cum contra dominum est commissum[a].

a ut sup. tit. 78.

XCIX.

De feudo ligio, pro quo nemine excepto fidelitas contra omnes per homagium iuratur: & quamuis nemo duorum ligius homo esse queat, tamē ne feudum aliud ligium iure successionis ligio obueniens aperiatur domino, sed huic acquiratur: cui licet priori ligio domino per substitutum seruire.

C.

Imperatorem feudum amittere, uel alium pro se fidelem dare, nomine feudi quod ab alio recognoscitur.

CI.

Ecclesiam fidelitatem nō facere, quæ ipso iure, cū feudū ab aliquo detinet, ea liberatur, sicut alij conuentione[b].

b lib. 2. tit. 4. §. nulla.

CII.

Non cogi uasallum pro uno feudo duas fidelitates facere, si dominus plures fortè hæredes relinquat, donec partiantur.

CIII.

Filios tantùm secūdi matrimonij matri in feudum succedere, quando contemplatione secundi uiri acquisitum est.

CIIII.

Casus, quibus fœmina in feudo succedit: ut in feudo ad nulla seruitia dato, uel ad ea dato, quæ æquè decenter per fœminam atq; marem præstari possunt: ut cum pro annuo censu datū est, quomodo ab Ecclesia dari solet[c]: uel cum expressum est, ut fœminæ succedant sicut masculi (ex ui scilicet uerbi, sicut & tenore inuestituræ: nam aliàs mares fœminas excludunt) in beneficio, utrisq; coniugibus scilicet, quæsito: ut cum coniugales, hoc est, coniuges, pro se & descendētibus simul accipiunt[d]. Nam tali casu propter fœminā, quæ unà accipit, descendentium appellatione uterq; sexus comprehenditur, sicut uterq; accipit & infeudatur.

c Iaso. in prælud. feud.

d uid. lib. 1. tit. 2. §. penult. Cuiac.

CV.

De feudis habitationum: ut nisi aliud cautum sit, morte accipientis uelut alia habitatio relicta, finiatur[e].

e l. cum antiquitas. 13. C. de usufruc.

CVI.

Seruos post delatam successionem, hoc est, à morte eius

eius de cuius bonis agitur, & cui succedere ratione propinquitatis uel pacti, &c. debeant, manumissos, in feudum non succedere.

CVII.

Vt uasalli sumptibus domini seruitia præstent: cum nemo proprijs cogatur militare stipendijs, maximè suam extra ciuitatem[a]: nisi aliud pactionibus cautum sit.

a Spec. de spor. nu. 6. & 10. & de sal. ad. num. 1.

CVIII.

Vasallum feudum in alium posse arctiore, quàm ipse habeat, non liberiore lege transferre.

CIX.

Clericatu feudum amitti: ut milites Christi Christo, milites seculi seculo seruiant.

DE FEVDIS

LIBER QVINTVS.

Quo uariæ constitutiones Impp. ad hanc partem iuris pertinentes continentur.

I.

CONstitutio Conradi de beneficijs: qua statuit, ne quis militum feudum amittat sine certa & conuicta à seniore, hoc est, domino culpa: ac ne sic quidem, si à parium sententia ad Imp. appellârit: nullo uero modo, nulláue ex causa deuestiatur, hoc est, priuetur ijs quæ proprietario aut simili iure tenet. post descendentes collaterales ad successionem admittit, ita tamen, ut seniori, hoc est, feudi domino secundum morem maiorum equus & arma dentur. eundem sine consensu militum alienare prohibet.

II.

Constitutio Henrici de causis amittẽdi feudi, deq. probatione ac purgatione earundem causarum, atq; adeò de toto iudicio reuocatorio.

III.

Constitutio Henrici de uasallo qui unũ ex dominis refutauit, ne eundem offendere possit, aut feudum amittat.

IIII.

52. lib. 2. De prohibita feudi aliena. per Lothar. in uulg.

Alia constitutio eiusdem Henrici, ut ingratitudo uasalli probetur testibus quinq;, summæ atq; integræ opinionis.

V.

Constitutio Lotharij tertij[a] de feudis non alienandis: & ut uenditor fraudulentus beneficium & precium amittat:

a Cuiac. l. 17. lib. 1.

tat: notarius qui super eo libellum (ut in libellarijs contractibus) aut instrumentum cõfecerit, infamiam subeat [a].

VI.

Alia eiusdem Lotharij constitutio, de inuestitura non petita intra annum, ut si iusta causa impediente factum sit, feudum non amittatur.

VII.

Constitutio Friderici primi [b], de feudis nec à domino, neq; à uasallo alienandis [c]: deq; ducatibus non diuidendis ut feudum ex alienatione uel subinfeudatione fraudulenta amittatur: scriba qui super eo sciens instrumentum conscripsit, super infamiam etiam manu mulctetur [d]. De alijs capitulis, ex quibus feudum amittitur: puta ob non petitam inuestituram [e], non præstitum seruitium [f], neq; debitum redditum subsidium [g], ob offensionem filij, uel domestici, uel subuasalli [h], ut ex diuisione uasallus pro uno feudo plures dominos habere nõ cogatur [i]: in omni sacramento nominatim Imperator excipiatur [k]. ut cõtrouersia duorum uasallorum à domino, huius uerò & uasalli à paribus cognoscatur [l]. 55. De prohib. feudi alien. per Feder. factis.

VIII.

Alia constitutio de iure fisci & regalijs: ut sunt, armania, hoc est, arma [m], armamentaria [n] publica, uiæ publicæ, flumina nauigabilia, uel ex quibus nauigabilia fiunt, portus, ripatica, hoc est, portoria, uectigalia quę uulgò telonea, monetæ cudendæ ius, mulctarũ pœnarumq; compendia seu utilitates, uulgò banna, bona uacãtia, uel quæ indignis aut læsæ maiestatis reis, aut incestas contrahentibus nuptias, aut dãnatis (pręsentibus scilicet [o]) aut proscriptis (absentibus [p]) ex ll. [q] uel nouis cõstitutionibus [r] auferuntur. Angariarum, parangariarum, plaustrorum & nauium præstatio extraordinaria: puta fodri (à Germanico Futter) ad expeditionem Imperatoris collatio: magistratuum creatio [s], argentinæ, hoc est, argentifodinæ: palatia in ciuitatibus [t] piscationem ex publicis fluminibus, & salinarum reditus: thesaurus in loco Cæsaris uel religioso inuentus [u]. 56. Quæ sint regalia.

IX.

Alia constitutio eiusdẽ (scilicet primi Friderici) de pace tenenda 27, ut inuestitura feudi per testimonium inuestitoris probari possit. 27. De pace tenenda, & eius uiolatoribus.

X.

Alia constitutio Friderici Imperatoris, de incendiarijs & pa-

a l. contractibus. 14. C. de fid. instrum. in Auth. de tabell.
b Cuiac. const. 9. lib. 5.
c §. præterea ducatus. h. t.
d §. callidis.
e §. præterea.
f §. firmiter.
g §. insuper.
h §. illud.
i d. §. præterea ducatus.
k §. ult. hoc tit. quod sequitur Sax. lib. 2. art. 1.
l §. pœnitet.
m in Auth. de armis.
n Cuiac. hîc.
o l. autem. de pœn.
p t. t. de req. reis.
q de his quibus ut indig.
r No. 12. 134.
s l. 1.
t l. penult. ult. C. de pub. oper. & lib. 12. circa fin.
u uide s. de iure fisc. & de thesauris. lib. 10. l. 3. ff. eod. de iur. fisc.

& pacis uiolatoribus uelut sunt qui uineas & pomaria excidunt, ut proscribantur, & feudis careant.

XI.

Alia constitutio eiusdem de pace componenda & retinenda inter subiectos (ad affinia:) & de alijs capitulis [a] 53: puta feudo per infeudationem ab Ecclesia acquirendo uel ob non præstitum publicæ expeditionis seruitium, fructuumque subsidium amittendo, postquam id per pares probatum est.

53. De pace tenenda inter subditos, & iuramento firmanda: & de pœna iudicibus apposita, qui eam uindicare, & iusticiam facere neglexerint.

a. In extrauagante.

XII.

Alia eiusdem Friderici constitutio de pace Constantię: de cognitione regalium [b]. Vt uasalli ciues à 16. ad 70. usq; annum fidelitatem Imperatori certo solennique modo faciant [c], & decimo quôq; anno renouent [d]. Vt qui tempore guerræ uel treugæ inuestituram non petierint, neq; debita seruitia bello impediente præstiterint, feudum ne propterea amittant [e]. Vt libellarij & precarij in suo statu permaneant, ciuitates munire liceat, fodrum regale, refectiones uiarum & pontium, mercatus pro precio iusto seu communis cursus, transeunti Imperatori bona fide præstentur.

XIII.

Alia constitutio Friderici de iure protomiseos seu retractus, quod habent iure ciuili conuicarij [f], non propinqui [g]: nisi ex conuentione [h] uel in auctione bonorum [i], iure porrò feudali domini [k] feudi & emphyteuseos [l]. Item parẽtes, hoc est, cognati & consortes [m]. Vt decennio omnis querela protomiseos præscribatur: quam tamen extra materiam feudi, ubi (nisi in extraneum facta sit alienatio [n]) annalis est [o]: quoniam intra hoc spacium inuestitura peti debet [p]: alij perpetuò, hoc est 30. annis durare uolunt [q]: nisi disertè statutis aliter caueatur [r]. Vt si ad eludendum ius protomiseos, simulatio alterius liciti contractus insimuletur, rem & precium contrahentes amittant, eademq; fisco cedant, post iuramentum fraude probata: antè uerò simulatione detecta, contractus annihiletur, & res ei qui ius habet protomiseos, uendatur.

XIIII.

Alia eiusdem de iure protomiseos, ut pertineat ad uenditiones, non donationes, dotes, ultimas uoluntates, permuta-

a §. pen. §. ult.
b §. uolumus.
c §. omnes.
d §. nobis.
e §. uasalli.
f l. 1. C. non licere hab. metro. lib. 10.
g l. dudum. C. de contrah. emp.
h l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerb. obligat. uide Tiraq. de ret. conuent.
i l. cum bona. de reb. aut. iud. poss. l. Imperator. de pac.
k lib. 2. tit. 4. et 9. lib. 4. tit. 14.
l l. ult. C. de iur. emph.
m ut hac constit.
n gl. & Dd. §. Titius. si de feud. contr. latè Tiraq. de retrac. lig. §. 1. glo. 10. nu. 9. cum infinitis ibi allega.
o §. Titius. si de feud. fuer. controu.
p Ias. l. prætor. §. ult. de op. no nunc. Dec. cons. 328. in casu. Tiraq. præall. loc. num. 8. allegantes hanc rationem. c. 1. §. præterea. de prob. feu. al. per Feder. c. 1. de cap. Corr.
q Tiraq. præall. §. 1. gl. 10. nu. 10.
r ut d. §. 1. de retrac. lig. cons. 32. parte 2.

mutationes, transactiones, fraudis expertes.

XV.

Nouella Romani eadem de re: ut denunciatis qui retrahere possint præsentibus, detur mẽsis: procuratoribus eorum absentium, quatuor menses: non denunciatis, decennium [a]: domino feudi, annus [b]: emphyteuseos, bimestre [c].

XVI.

Nouella Constantini Porphyrogennetæ de militaribus prædijs, quæ modo feudi, sine recognitione tamen, militibus, præcipuè ad limites Imperij, ob custodiam & defensionem conceduntur, non alienandis [d].

XVII.

Aurea bulla Caroli IIII. de electione Imperatoris, de pace ac ordinationibus Imperij, sub pœna amissionis feudorum obseruandis de feudis ab Electoribus tempore interregni dandis: maioribus non dandis: scilicet regalibus, quæ Fhanlehn uocantur [e] de feudis non alienandis, de fraudulentis refutationibus ac renunciationibus feudorum, factis in hoc, ut dominus offendi possit, cassandis: de feudo ex eiusmodi causa committendo.

a s. cõstit. præcedente.
b s. lib. 2. tit. 9.
c l. ult. C. de iur. emphyt.
d uid. Duar. Hanneto. in orig. feudo.
e de his uide Speculum & Lehenrecht, Sax.

OECONOMIA IVRIS CANONICI.



ALTERAM *Iuris politici partẽ, diximus esse ius Pontificium seu Canonicum, quod multis post ius Ciuile seculis, à pontificibus Rom. ad illius credo æmulationẽ conditum est & concinnatum. Canon in foro ciuili præstationem seu pensionem notat annuã* [a], *in Ecclesiastico regulã* [b], *& hinc cõstitutiones conciliorũ* [c], *aliasq; ad Ecclesiam pertinentes, bene beateq; uiuendi regulas quasdã, significat* [d]*: cuiusmodi primò fecerunt, ut fertur, Apostoli* [e], *pòst concilia* [f], *subinde pontifices Rom.* [g] *qui ut Augusti ius populi* [h], *sic ad se ipsi authoritatem cõciliorum, atq; ipsorum adeò Cæsarum traduxerunt* [i]. *Eos canones extrauagantium instar prius habitos (unde manet fortè in allegandis decretalibus per Extra indicatio) sæpe diuersos & contrarios, quòd alia alijs successoribus placerent,*

a l. 1. C. de iudic. lib. 10. l. ult. C. de colla. fun. patr. lib. 11. & passim in titulis ultimis lib. Cod.
b c. Canon. dist. 3.
c Nouell. 131. de Eccl. ca. cap. nonnulli. de rescrip. c. 1. 2. 3. de for. cõp.
d l. priuilegia. 12. C. de sacros. Eccles.
e uide Cano. Apostol. & c. Apostolorum. cum seq. dist. 16.
f d. c. nonnulli.
g c. 1. ubi Panor. & Dd. de constitut.
h l. 1. de constit. princ.
i cap. 1. 2. cum sequent. 17. distinct. uide Anton. Ros. de potest. pap. Dec. consil. 151. num. 20.

rent, multi in uolumina, exemplo Iustiniani referre, & dispunctis ijs qui nō placerēt, ad aliquā redigere cōcordiam sunt conati. Ac Gratianus quidē monachus Bononiensis, circiter annum Domini 1109.[a] ut alij uolunt, 1150. ætate nimirū Irnerij, ciuilis Iurisprudentiæ instauratoris, magnam eorū copiam, in librū qui Decretum inscribitur, comportauit: & modo Digestorum fermè compositum, in tres partes, pro numero obiectorum iuris, distinxit[b]: prima quæ ad iuris principia, partes & species, iuraq́; personarum Ecclesiasticarum pertinent, uelut τὰ πρῶτα distinctionibus centum & una (unde nomen) complexus: altera materiam rerū iuridicarum ac iudiciorum Ecclesiasticorum, per causas trigintasex (quibus & pœnitentiæ tractatus, ut eiusdem audētiæ subiectum inseritur[c]) & uarias earundem causarum quæstiones, per rationes dubitandi ac decidendi resolutas (ex quo causarum & quæstionum appellatio) distributam: tertia totius iurisdictionis ac ministerij Ecclesiastici iura, ritus, ordinationes & consecrationes (unde uelut à principaliori nomen est[d]) quinq; distinctionibus absolutas. Vt aūt Adrianus ex perpetuo edicto, quod Iulianus priuatim composuerat, ius publicè dici postea uoluit: sic Eugenius pontifex hoc nuperū Decreti opus, quamuis à priuato tantùm homine utcunq; digestum, ad gratiam tamen sedis, ut apparet, Romanæ cōscriptum, publicè in Academijs pro iure proponi & doceri deinceps iussit. Consentaneū est etiam gloria & dignitate iuris ciuilis, quod iam acerrimis studijs, quia præclara res esset, instaurabatur, unde non minimum authoritatis etiam & splendoris Impp. accederet: commotos esse Pōtifices, ne qua re inferiores illis essent, néue suis legislationibus illorū sanctiones aliquando præuerterent: ut de componendo instar iuris ciuilis, certo quodam suæ iurisdictionis iure cogitationē rationemq́; inirent. Subinde roborata Paparū authoritate, & multiplicatis eorū constitutionibus, diuersis interdū, uel etiā

a gl. c. post appellationem. §. ego Adeling. uerb. si quis. 2. q. 6. Cald. in proœ. Decreta. Card. Alex. in proœ. Decreti.

b l. 1. 2. de sta. hom. §. ult. Instit. de iure natura. gent. & ciuili.

c 33. quæst. 3.

d l. 1. ubi Dd. de uerb. obligat. l. imperium. de iurisdic. ubi Ias. Felyn. in rub. de off. delega.

cõtrarijs, quas iã traductis ad se Imperij fascibus, iure principali, uelut reges regum & domini dominãtium, propalàm faciebant, cœperunt eorum agentes in rebus & administri, pari studio has in uolumina referre[a]*. ex quibus omnibus Gregorius* IX. *unum tandem reliquis absolutius, usibus & temporibus opportunum, per Raymundum Barcinonensem capellanum & pœnitentiarium suum, circiter tempora Accursij, & annum Domini 1231. concinnari iußit*[b]*: & compositum inscripto Decretalium (epistolarum uidelicet seu rescriptorum*[c]*) titulo, pro iure Pontificio, ex quo ius in foro Ecclesiastico diceretur, publicauit*[d]*. Hoc opus ad rationem Pandectarum atque Codicis informatũ esse, facilè ex collatione intelligi potest. Nam ut in his ciuile, ita in illo omne canonum ius, ad iudiciorum rationem digeritur & explicatur. In primo etenim libro post iuris canonici principia, exponuntur statim ordines, gradus, iurisdictiones & officia magistratuum, qui iurisdictioni Ecclesiasticæ præsunt: unà cum his quæ circa personas resq; litigantiũ initio iudiciorum uersantur: ut sunt pacta, transactiones, postulationes, restitutiones, arbitria: prorsus ut in prima Digestorum ac Codicis parte. Deinceps in secundo libro, partes, ordo, progressus, & exitus communes iudiciorum, tam ciuilium quàm criminalium. In tertio & quarto, materia iudiciorum ciuilium. In quinto, causæ iudiciorũ criminalium: ut uersiculo antiquo comprehensum est:*

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

Et alijs eiusmodi aliquanto fusius:

Pars prior officia creat, Ecclesiæq; ministros,
Altera dat testes, & cætera iudiciorum,
Tertia de rebus & uita presbyterorum.
Nubendi formã dat sponsis quarta decẽtem,
Vltima de uitijs & pœnis tractat eorum.

Hunc ueluti codicem Pontificiarum iußionum subsecutæ subinde sunt uelut Nouellæ quædam succedentium

Papa-

a uide Hostiens. in proœ. Decret. nu. 10.

b 1. constit. Decret.

c c. 1. de rescr. c. bonæ. de elect.

d uide const. 1. Decretal.

Paparum constitutiones: quibus pro rerum incidentiũ usu alia supplentur, alia emendantur, alia declarãtur. Ex quarum cumulo, authore Bonifacio VIII. confectus est anno 1298. sextus Decretalium liber, in quinque uolumina consimili ordine, iisdemque titulis (non tamen omnibus) distributus. Eadem item paulo pòst diuisione & ratione à Clemente V. Pontifice, anno 1311. in concilio Galliæ Viennensi informatæ, & illo rebus humanis exempto, per successorem Ioannem XXII. anno 1329. absolutæ ac publicatæ Clementinæ, ab authore sic nuncupatæ. Ac super hæc postmodum æditæ à uariis Pontificibus cõstitutiones, quæ nullo certo deinceps authore in libros Extrauagantium, quarundã uice legum Imperialium, eadem tamen qua Decretales methodo, iisdemque sub titulis, sunt relatæ [a]. Nã ut in Decretalibus, ita in sexto, Clementinis, et Extrauagãtibus, hæc quinque, ut dixi, totidem libris tractantur:

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

excepto quòd quartus in Extrauagantibus liber, ut loquuntur, uacat. Ex quibus scire licet, partibus Decreti summatim distributis, & exposito titulorũ qui in Decretalibus extãt ordine, simul & reliquarum iuris Canonici partium, seriem ac œconomiam abundè cognosci: ut opus non sit de iisdem eadem pluribus locis frustra repetere & inculcare.

a ut l. uni. uerb. extra corpus Codicis diuagabantur. C. de emendan. Cod. uide extra. Nouell. Freder. Extra. colla. 10.

DECRETVM GRATIANI.



TRES in partes opus Gratiani, secundum tria iuris obiecta, distinctum esse diximus [a]. Ius enim omne, tam Ciuile quàm Pontificium, refertur partim ad personas, quæ ius statuunt, & quibus statuitur, tanquam ad causam efficientem & finalem (nam ab his & harum causa ius omne conditur [b]:) partim ad res, de quibus statuitur, uelut ad materiam & subiectum: partim ad actiones & iudicia, per quę ius redditur, quasi causam ad instrumentalem, formam & euentum.

a l. 1. de stat. homin. §. ult. Insti. de iur. nat.

b l. 2. de stat. homin. l. in pecudum. §. 1. de usur. §. ul. Insti. de iur. nat. gent. et ciuil.

euentum. Vt igitur in Inst. Pandec. & Cod. iuxta seriem horum obiectorum ius ciuile tres in partes dispertitum est: quarum primæ iuris fontes & principia rectè præponuntur[a]: sic Decreti pars anterior, princeps iuris Canonici obiectum, nempe caput & ortum Pontificij iuris, & ea quæ personas Ecclesiasticas attingunt iura, complectitur & exhibet. Altera materiam, hoc est, causas & quæstiones huius iuris. Tertia ritus, actiones, consecrationes, iurisdictiones, executiones: cuiusmodi est sacramentorum concessio uel denegatio, quam excommunicationem uocant.

I. pars. II. pars. III. pars.

a Instit. de iur. nat. ff. de iust. & iur. C. li. 1.

Prima pars 101. distinctionibus conficitur: quarũ priore ad 21. usq; distinct. fontes iuris Canonici per definitiones & diuisiones aperiuntur: posteriore iura, dignitates, gradus, electiones, ordinationes, officia personarum Ecclesiasticarum describuntur hoc modo.

I. Distinctio, ius in diuinum & humanum partitur, ac utriusque species & exempla subijcit.

II. Tribuit ius Quiritum & Ro. proprium, in leges, plebiscita, S.C. constitutiones principum, edicta magistratuum, responsa prudentum.

III. Constitutiones & leges omnes (nomine generatim & ἐν πλάτει sumpto[b]) diuidit in ciuiles & Ecclesiasticas: qui canones, tanquam bene uiuendi regulæ nominantur[c]: atque his officium & effectio legum cunctarum subiungitur.

b ut l. 1. cum seq. de leg.
c c. 3. h. t.

IIII. Quarta docet quales esse leges oporteat, & quæ uis earum ac potestas sit.

V. De ortu ac perpetuitate iuris naturalis.

VI. Est digressio de superfluitatibus naturæ, & illusionibus nocturnis.

VII. De origine Constitutionum.

VIII. De differentia iuris naturalis, constitutionis & consuetudinis, ab effectu potissimùm sumpta: quia naturale ius cæteris anteferri debet.

IX. Constitutiones hominum iuribus naturæ cedere multipliciter probat. Natura quippe diuinæ sapientię pars est, & ante omnes imperauit: nec leges accipit, sed dat.

X. Leges Cæsareas, ipsumq; adeò Cæsarem, legibus diuinis & naturalibus subiungit.

XI. Consuetudinẽ quamlibet inueteratam iuri diuino naturæque postponit.

XII. Morem ritumq; in Ecclesijs admittit: qui non iuri diuino, pijsq; canonibus aduersetur.

XIII.

XIII. De iure naturæ, quo diuinum etiam amplectimur, docet nihil esse dispensandum.

XIIII. Excipit necessitatem, quæ de duobus malis, minus ut eligatur, suadet.

XV. Post exposita iuris huius genera speciesq;, originem Canonum, Conciliorum, Decretorum, tam laudabilium quàm illaudatorum historicè recenset.

XVI. Qui canones quos Apostolorum uocant, & quæ concilia, potissimùm recepta sint. (possit.

XVII. De causa conciliorũ efficiente, & quis ea cogere

XVIII. Quatenus & ad quem usum Episcopis in sua diœcesi synodum instituere liceat.

XIX. De effectu & authoritate decretalium epistolarũ.

XX. De affinibus harum & contrarijs, per collationem cum reliquis Doctorum in Ecclesia scriptis factam.

XXI. Principijs ita iuris patefactis, ad iura personarum Ecclesiæ fit transitus: & nomina, dignitates, ordines, functiones Ecclesiasticorum proponuntur.

XXII. De Pontificum gradibus, & authoritate ecclesię Ro. Constantinopolitanæ, Alexandrinæ, Ierosolymitanæ.

XXIII. De electione & ordinatione Pontificum.

XXIIII. De electione & ordinatione Episcoporum, & inferiorum Ecclesiæ ministrorum cum examine facienda.

XXV. Cur eligantur, cui rei præponantur: quod cuiusque sit officium.

XXVI. Prælatum oportere unius esse uxoris uirum.

XXVII. Vtrum hoc de tempore ordinationis, an administrationis sit accipiendum.

XXVIII. Quibus ordinibus coniugia permittantur.

XXIX. Decreta ex cã, tp̃e, loco, p̃sonis esse æstimanda.

XXX. Damnantur qui coniugia damnant, prætextuq; religionis dissoluunt. (ignotũ.

XXXI. Primitiuæ Ecclesiæ cœlibatũ clericorum fuisse

XXXII. De continentia & castitate sacerdotum.

XXXIII. De concubinarijs, pollutis & uitiosis non ordinandis.

XXXIIII. Suspiciosa mulierũ ẽt propinquarũ familiaritate, uenationib. itẽ & aucupijs prælatos abstinẽdos esse.

XXXV. Vinolentum non esse ordinandum.

XXXVI. Nec illiteratum, aut corpore uitiatum.

XXXVII. An literis sæcularibus Ecclesiasten erudiri conueniat.

XXXVIII.

XXXVIII. Ignorantiam ſacerdotum & ipſis & populo perniciosam eſſe.

XXXIX. Prælatum oportere ſæcularium negociorum eſſe peritum.

XL. Item bene moratum & hoſpitalem.

XLI. Omni cultu externo nec affectatè ſordidum, nec exquiſitè lautum.

XLII. Non ſolùm hoſpitalem, ſed & liberalem.

XLIII. Prudentem & διδακτικόν. (trem.

XLIIII. Non uinolentũ, lurconem, intemperantẽ, uen

XLV. Non percuſſorem & aſperum.

XLVI. Non arrogantem & litigioſum.

XLVII. Non uſurarium.

XLVIII. Non neophytum.

XLIX. Integrum uitæ ſcelerisq; purum.

L. Non prolapſum in crimina, pœnitentiæq; relictum, multo minus impœnitentem.

LI. Non militem, pragmaticum, curialem.

LII. Vt ordine per gradus ſemper à minoribus ad maiora clerici promoueantur.

LIII. Quare ſit conſtitutum, ne curiales ordinentur.

LIIII. De ſeruis clientibus, libertis, ſine dñorum & patronorũ, qui ius ſuum repudient, conſenſu, nõ ordinandis.

LV. De mutilatis & uitiatis, non ordinandis.

LVI. De presbyterorum liberis, alijsque ſpurijs ordinandis, uel non.

LVII. De baptizatis in ægritudine, quorum fides non uoluntaria, ſed ex neceſsitate eſt, non admittendis, niſi fides pòſt approbetur, & hominum id raritas exigat.

LVIII. De monachis non recipiendis.

LIX. De non recipiendo, qui diſciplinis Eccleſiæ neceſſarijs non rectè ſit imbutus: & ut gradatim ad ſummam epiſcopen aſpiretur.

LX. Quibus ex ordinibus archipresbyteri, præpoſiti, archiepiſcopi, eligantur.

LXI. Laicos non eſſe ad archiepiſcopen arceſſendos.

LXII. Epiſcopi & clerici à quibus eligantur, & dein conſecrentur.

LXIII. An & quatenus Eccleſiaſticorum electioni, laici etiam principes intereſſe uel præeſſe poſsint.

LXIIII. A` quibus, quo tempore, & quibus in locis ſacri ordines diſtribuantur.

LXV. Comprouincialium Episcoporum, aut certè maioris ex partis consensu Episcopus eliguntor.

LXVI. Archiepiscopus ab omnibus suæ prouinciæ Episcopis ordinantor.

LXVII. Presbyteri & Chorepiscopi [a] (quorum ordo hodie sublatus est [b]) cum consensu tamen sacerdotum & ciuium ordinantor.

a de his c.3.4. 5.dist.68.

b c.antepe.& pen. dist.68.

LXVIII. Qui ab his quos constat non fuisse Episcopos, ordinantur, an iterum sint consecrandi.

LXIX. De tonsura & exorcismo.

LXX. Neminem ab externo Episcopo, sed nec à suo absolutè, hoc est, sine titulo & Ecclesia, uel Ecclesiastico munere, ad quod uocatus sit, esse ordinandum.

LXXI. De clericis ab Episcopo alterius ciuitatis non ordinandis: & ne quis sine literis sui Episcopi commendatitijs, in alia Ecclesia recipiatur aut ministret.

LXXII. Dimissorias eiusmodi literas non facilè concedendas esse: sed unumquemque in Ecclesia, ad quam allectus sit, esse retinendum [c].

c adde c.ult. 5. dist.70.& tot.dist.71.

LXXIII. Forma commendatitiarum & dimissoriarũ.

LXXIIII. De inuitis non promouendis.

LXXV. De tempore, locoq; ordinationis: & ne post tres ab electione menses differatur.

LXXVI. De ieiunijs tum & aliàs obseruandis.

LXXVII. De gradibus dignitatum, & quæ tempora ac interualla, priusquam ab inferioribus ad altiores aspiretur, in singulis sint seruanda.

LXXVIII. Cuius ætatis ordinandos esse conueniat: & de examine.

LXXIX. De canonica Pontificũ electione & inthronisatione.

LXXX. De locis, in quibus primates & Episcopos domicilium constituere oporteat: & ut non nisi in nobilioribus urbibus collocentur.

LXXXI. De non promouendis, imò potius loco mouendis criminosis.

LXXXII. Vt Episcopi pauperibus, qui suis sibi manibus suppeditare nequeunt, necessaria prouideant.

LXXXIII. Vt non tantùm ipsi peccatis abstineant, uerumetiam alijs ne quid in his indulgeant, assentiantur, assententur, aut parcant.

LXXXIIII. De Episcopi officio, quod pauperibus, oppressis, pijs locis, eorumq; bonis debet.

LXXXV. De hospitalitate Episcoporum: & ne inhospitales admittantur.

LXXXVI. Doctorem esse Episcopum oportere, qui doctrina non Grammaticæ, sed sacræ Scripturæ suis præeat: & ut liberalitatem, cum prudentia tamen & iudicio, hoc est, in dignos & egẽtes, non in res inanes & sumptuosas necquicquam exerceat.

LXXXVII. De patrocinio quod uiduis, orphanis, & alijs opem suam implorantibus, Episcopus debet.

LXXXVIII. Prohibentur clerici sęcularia cupiditatis negocia suscipere: non etiam pietatis curam uiduis & orphanis impendere.

LXXXIX. Oportere Episcopũ domi suæ bene præesse: nulli quálibet exercitatæ personę duo simul officia committere: nec res Ecclesiæ sæcularib. gubernandas tradere.

XC. De litigioso non ordinando.

XCI. Ne turpi lucro clericus sit deditus: sed si quantũ satis est ad necessitatẽ non suppeditent oblationes & reditus Ecclesię, ut proprio artificio, ac honesto manuum labore, Apostolorum exemplo, quod opus est, quærat: ita tñ, ne ministerijs Ecclesiæ, excepta inualetudinis causa, desit.

XCII. De hymnis in Ecclesia corde magis quàm uoce decantandis: & de Episcopis & clericis, aut non receptis à sua Ecclesia, aut eam non adeuntibus.

XCIII. Inferior ordo superiori obedientiam & reuerentiam præstet.

XCIIII. De uicariorum & archidiaconorũ potestate.

XCV. Distinctio recens inter Episcopum & presbyterum: cum olim idem munus fuerit [a].

a c. olim. 6.

XCVI. De discrimine Pontificiæ potestatis & regiæ, cui ius in Ecclesiam adimitur.

XCVII. De Cęsarea in Ecclesiá ptãte, & de legationib.

XCVIII. De peregrinis non ordinandis, nisi quinque Episcoporum literis sint designati.

XCIX. De primatibus & patriarchis.

C. De Episcopis ante pallium acceptũ non ordinandis.

CI. In una prouincia duo ne metropolitani sunto.

DECRETI PARS II.

CAVSA I.

De eo qui non gratis, sed exacta, dataque ab eius patre mercede, ad ordines receptus est.

Cuius quæstiones.

I. An sit peccatum emere spiritualia. Respondetur esse.

II. An pro ingressu Ecclesiæ pecunia sit exigenda: uel si exacta fuerit, an persoluenda. R. nihil exigi, ne quidem promissum posse: ultrò tamen oblatum rectè recipi.

III. An initiationem ordinis uel præbendas nundinari sit simoniacum. R. esse.

IIII. An crimen paternum ignoranti imputetur. R. non imputari.

V. An liceat ei functionem Ecclesiasticam patris nummis emptam obire. R. non licere.

VI. An ualeat ordinatio à simoniaco collata. R. ignoranti ualere.

VII. An hæresin abiurantes in pristinum ordinis locum recipiantur. R. recipi post palinodian publicam, & nouam ordinationem.

CAVSA II.

De Episcopo notorij criminis accusato, & ea re spoliato.

Cuius quæstiones.

I. An in manifestis iudiciarius ordo requiratur. R. in dubio requiri: in certis & notis non iudici tantùm, uerùm & alijs non item.

II. An spoliatus accusari & iudicari debeat. R. non antè posse, quàm sit in integrum restitutus.

III. Qua pœna teneantur, quos accusationis ueritas deficit. R. infamia, talione, excommunicatione, nisi per abolitionem ritè impetratam destiterint.

IIII. An duorum testimonijs Episcopus conuincatur. R. Ex lege quidem diuina duorum uel trium uerbo stari, sed iure Canon. plures ad Episcopum arguendum requiri.

V. An accusatoribus causa cadentibus, cogendus sit reus ad purgationem. R. ex probabili suspicione, nec aliter urgeri posse ad Canonicam iurisiurandi purgationem: non ad uulgarem duelli, candentis ferri, &c.

VI. An causa iacens, appellationis beneficio posit subleuari. R. posse: siquidē iusta, riteq; ꝓposita sit prouocatio.

VII. An laici uel inferiores ordines accusare posint superiores. R. post multas dubitandi ac decidendi rationes, testimoniaque contraria (quod his in omnibus ferè tralatitium est) posse: dummodo tales sint, qui ad eos ordines promoueri queant.

VIII. An accusationem in scriptis & cum inscriptione fieri oporteat. R. oportere.

CAVSA III.

De Episcopo post spoliationem restituto, & deinceps ab accusatoribus & testibus parum idoneis insimulato.

Cuius quæstiones.

I. An restitutio q̃buslibet spoliatis sit impertiẽda. R. esse.

II. An & quales à restitutione induciȩ spoliato sint indulgendæ. R. semestre saltẽ tempus antequã rñdere cogatur.

III. An post in ius uocationem iterum induciæ sint concedendæ. R. Episcopo quidem ad semestre rursum dari, alijs alio interuallo.

IIII. An infames, aut illegitimo matrimonio iuncti, natiq́; accusare possint. R. infames, apostatas, incestuosos, nec ritè copulatos, inimicos, in necem rei coniuratos, sacrilegos, exules, alienigenas, sortilegos, diuinos, anathemisatos, peccatis immortuos, accusare non posse.

V. An testes de domo accusatorum producantur, & uox inimicorum audienda sit. R. audiendos non esse, nec ut accusatores, nec ut testes.

VI. An extra suã reus prouinciã sit producendus. R. nec producendum, nec extra suum forum extrahendum esse.

VII. An sit is audiendus, cui crimen cuius reus insimulatur, adhæret. R. nedum iudicem aut testem, sed nec aduocatum esse in causa eiusmodi posse.

VIII. An ab uno audiendus uel iudicandus sit Episcopus. R. non esse, sed potius à xij. nec tamen absentem, nisi ex contumacia, iudicandum aut condemnandum esse.

IX. An accusatores uel testes in absentẽ accusationis uel testificationis uocẽ mittere queant. R. absentẽ nec accusari nec iudicari, nisi propter contumaciã: nec ullũ testimoniũ, prӕterq̃ eius iurati qui rebus interfuit, recipiendum esse.

X. An accusatores in primo accusationis articulo probatione deficientes, sint ad sequentiũ prosecutionem admittendi. R. non admitti.

XI. An reo liceat dicam in accusatorem retorquere. R. non antè licere, quàm innocentiam probârit suam, aut saltem se de reatu purgârit.

CAVSA IIII.

De Episcopo sua die non comparente, accusato ab excommunicato, qui puerũ impuberem testem citat, ac pòst accusatione deiectus, eundem pro se accusatorem subornat,

nat, partibus teſtimonij dicendi ſibi aſſumptis.

Cuius quæſtiones.

I. An excõmunicatus aliũ accuſare poſsit. R. non poſſe.

II. An in criminali cauſa puer infra decem annos teſtis eſſe poſsit. R. non poſſe.

III. An accuſatione deiectus teſtimonium dicere poſſit. R. non poſſe.

IIII. An idẽ poſsit eſſe teſtis & accuſator. R. non poſſe: nec quenquam duas in iudicio perſonas rectè ſuſtinere.

V. An die conſtituta non occurrens, neq; ſe uadimonio ſiſtens, à communione ſit remouendus. R. remoueri, niſi iuſtam emanſionis cauſam probet.

VI. An ob uitium accuſatione depulſus, poſsit ſuam nihilominus cauſam ſuſcipere propugnandam. R. poſſe.

CAVSA V.

De Epiſcopo clàm occulta charta deformato, & tãdem accuſato, & quamuis procuratorem miſiſſet, ob emanſionem condemnato, & hinc prouocante: qua in prouocationis inſtantia accuſator nihil eorũ quæ arguiſſet, probauit.

Cuius quæſtiones.

I. Qua ſit pœna coercendus, qui famoſo quæ ſparſit libello, probare nequit. R. fuſtigatiõe, excommunicatione, anathemate: etiã capite, ſi delictũ alteri capitale obiecerit.

II. Quoties ad cauſam reus antè ſit uocãdus, quàm condemnetur. R. ſæpius, arbitrio iudicis, interuallis congruis ac canonicis, & accuſatione in ſcriptis, non miſſo libello, ſed per certum accuſatorem inſtituta.

III. An per procuratorẽ agere ualeat, qui ipſus adeſſe nequit. R. non poſſe, niſi ad allegandas abſentiæ cauſas.

IIII. An abſq; ſynodali audientia Epiſcopus damnandus ſit. R. à duodecim Epiſcopis cauſam audiendam eſſe.

V. An ideo quiſpiam ſit inimicus, quòd crimẽ alterius indicet. R. non eſſe, ſi bono ſtudio faciat: cæteroqui cõtrà.

VI. Qua dignus animaduerſione ſit, qui quod arguit, probare nequit. R. præter infamiã illa, quã reus eſſet ſubiturus ſi probaſſet, etiam fuſtigatione & excommunicatione, & ob delationem capitalem ex inuidia factam, capitis.

CAVSA VI.

De epiſcopo à duobus ſtupratoribus accuſato, & ad alterius prouinciæ archiepiſcopum prouocante.

Cuius quæſtiones.

I. An crimine irretiti, & infamia notati, cuiuſmodi ha-

bentur omnes manifestis contra conscientiá peccatis ob- liti, ad eiusmodi accusationé admittantur [a]. R. nó admitti.

II. Si Episcopus in eos accusationé côuertere uelit, an simplici huius asseuerationi fides adhibeatur. R. nó adhiberi, quálibet côfirmet sibi in côfessiôe patefactú esse. Probare enim debet qđ obijcit: non ꝓferre, q̃ ꝓbare nequeat.

III. An liceat ei alterius ad prouinciæ archiepiscopum prouocare. R. non licere: sed unumquemque subijci suæ prouinciæ primati & Episcopis, saltem XI. [b] qui illi uelut assessores adiunguntur [c].

IIII. Cuius iudiciú sit expetendú, si dissidere iudicátes in sentétia côtigerit. R. hoc casu discordantib. Episcopis, & alijs reú absoluétib. alijs dánantib. si res primatis & metropolitani authoritate côponi nequeat, partes rectè suas interponere archiepiscopú seu metropolitanú uicinæ ꝓuinciæ, cú alijs aliquot Episcopis aduocatú [d]. Quod aút semel à iuratis iudicibus definitú est, id non esse retractandum [e].

V. An actore probationibus destituto, reus ad suæ innocentiæ ostensionem sit adigédus. R. non esse, sed potius actore non probante, reum etiási nihil præstiterit, absolui.

CAVSA VII.

De Episcopo propter inualetudinem alterum substituente, & recuperata sanitate locum repetente.

Cuius quæstiones.

I. An uiuente Episcopo alius eadem in ecclesia posit ordinari. R. non posse [f], ne quidem ob eius ægrotationes, ne afflicto afflictio addatur [g], aut ex consensu [h]: nisi aliud perpetua infirmitas & desperata facultas exigant [i]. Vicinos tamen collegas in eiusmodi casibus operas tradere mutuas oportere [k]: senibus etiá non successorem, qui uiuo dari non debet, sed coadiutorem, qui mortuo succedat, & uicariam interim operam præstet, rectè adiungi [l]. Deserere uerò Ecclesiam, uel ex alia in aliam demigrare ac transire, sine causæ cognitione neminem posse [m].

II. An posit reposcere cathedram, cuius cômendatione illam alter accepit. R. non posse, siquidem prorsus alteri cessa sit: posse uerò, si duntaxat ad tempus propter inualetudinem substituto commendata sit.

CAVSA VIII.

De Episcopo, antecessoris ultima uolútate electo: & secundum hác amicorú suffragationibus electo, postq; electionem canonicis iurato, & eapropter simoniæ accusato: ac

a c. illi. cap. omnes.
b cap. 2.
c c. si inter. inf. q. 4. c. si quis. 15. q. 7. & sup. 3. q. 8.
d cap. 2.
e c. quod bene.
f c. 1. 2. 3. 4.
g cap. 2.
h c. quam sit. c. sicut.
i c. qualiter.
k c. illud. cum seq.
l cap. petisti. cum seq.
m c. non oportet. cum multis seq.

ac quáuis à clericis defereretur, Ecclesiam tamẽ usurpáte.

Cuius quæstiones.

I. An liceat Episcopo sibi successorem designare. R. non licere: cùm hoc pertineat ad iudicium synodumq; Episcoporum, & electionem cleri.

II. An amicorum suffragia pondus ad electionem afferant. R. nihil afferre: quando nõ ex fauore, sed iudicio pro utriusq; doctrina, institutione, morib. electio sit facienda [a].

III. An sit habendus simoniacus, qui post electionem iusiurandum de indemnitate, rerumq; conseruatione Canonicis præstat. R ante electionem tale iuramentum uelut illicium ambitus suspectum esse: post non item.

IIII. An liceat clericis ante sentẽtiam, ab Episcopo accusato discedere. R. non licere.

V. An sine literis dimissorijs accusatus ad propriam Ecclesiã redire posſit. R. non antè posse, quàm in iudicio quo sistitur purgatus, & cum eiusdem literis remissus sit.

CAVSA IX.

De archiepiscopo, post excõmunicationem sui nihilominus exteros homines ordinante, & sui suffraganei capellanum deponente.

Cuius quæstiones.

I. An ordinatio ab excõmunicatis facta sit rata. R. exerationem potius quàm consecrationem esse: posse tamen ex misericordia & æquitate eiusmodi ordinationem tolerari: siquidem à catholicis, quamlibet excõmunicatis, sine alio tamen uitio facta sit: & qui ordines sic acceperunt, religiosa uita bonisq; moribus ita promereantur.

II. An liceat Episcopo clericos alterius prouinciæ sine literis proprij Episcopi ordinare. R. sine permissu uel ratificatione eiusdem non licere.

III. An archiepiscopus clericos suffraganei sui hoc inconsulto dãnare, uel dãnatos absoluere posſit. R. nõ posse.

CAVSA X.

De Episcopo, qui basilicã à laico factã cũ omni dote sibi subiũgere, & quæ sunt Ecclesiæ, pro suis usurpare instituit.

Cuius quæstiones.

I. An basilica cũ omni sua dote ad ordinationem Episcopi pertineat. R pertinere.

II. An res Ecclesiarum Episcopis liceat usurpare R. licere dispensando, nõ etiam distrahendo aut dilapidando.

III. Quid nomine cathedratici à sacerdotibus exigere posſit.

[a] c. nec nouum. c. qui episcopatum. cum sequen. quæst. præced.

posſit. R. duos ſolidos & tertiam oblationũ partem: ſic tamen ut baſilicam inde reparet, & ſartam tectam tueatur.

CAVSA XI.

De clerico ad laici forũ alterũ pertrahente ac ſpoliante, & propterea ſuſpẽſo: tandẽq; quòd in cõtumacia perſeueraret, ſine ſpe reſtitutiõis per ſententiã Epiſcopi depoſito.

Cuius quæſtiones.

I. An clericus ad ciuilẽ iudicẽ ꝑduci poſsit. R. nõ poſſe.

II. An hæc culpa ſuſpenſione digna ſit. R. eſſe.

III. An contemptorem iuſtæ Epiſcopi ſententiæ irreparabiliter deponi oporteat. R. oportere.

CAVSA XII.

De clericis res ſuas teſtamento relinquentibus.

Cuius quæſtiones.

I. Vtrum liceat clericis proprium habere. Concluditur poſt longam tandem diſputationem, non ſolùm clericis, uerùm & Epiſcopis licere [a]: ſic ut propria hæredibus relinquere queant: ita tamẽ, ut ab Eccleſia quæſita, penes hanc reliquantur.

a *c. certè. cum ſeq.*

II. An res Eccleſiæ alijs datæ, iure firmiterq; poſsideantur. R. non rectè poſsideri: niſi ſolenniter & ex iuſta cauſa ſit alienatio facta.

III. An qui ante ordinationẽ pauperes, poſt pecuniam fecerũt, eandem quibuslibet relinquere poſsint. R. poſſe: quatenus tamen aliunde quàm ab Eccleſia quæſierint.

IIII. Si tã de Eccleſia quàm aliunde quæſierint, ad quẽ quæſita pertineant. R. pro rata alterutrius acquiſitionis, aut æqualiter inter hæredes & Eccleſiam diuidi.

V. An his teſtamentũ condere liceat. R. de proprijs, non etiam ab Eccleſia quæſitis bonis condi poſſe. Nullo condito teſtamento, nec alio ab inteſtato hærede relicto, Eccleſiam ex aſſe ſuccedere.

CAVSA XIII.

De diocœſanis, qui bellis hoſtiliq; metu cõpulſi deſerta ſua Eccleſia, poſſeſsionibus tamen retentis, alibi domicilium & ſepulturam elegerunt, ac decimas perſoluerunt: quas poſt 40. demum annos priores clerici, quibus in loco originis ſolutum erat, repetunt.

Cuius quæſtiones.

I. An ibi decimas ſoluere & ſepeliri debeãt, ubi parẽtes, ſepulti ſunt, & antea ſoluerũt. R. decimas eorũ prædiorũ, q̃ intra terminos ueteris Eccleſiæ ſita ſũt, ijs auferri nõ poſſe.

II. An

II. An præſcriptione temporis ius funerãdi & tollendi decimas præſcribatur. R. quadraginta annorũ quieta poſſeſsione præſcribi [a].

CAVSA XIIII.

De clericis mutuum repoſcentibus, quod negociatoribus ea lege dederát, ut ex illorum mercibus emolumenta perciperent: & eam in rẽ teſtes ex ſuo cœtu producẽtibus.

Cuius quæſtiones.

I. An liceat clericis ſua repetere. R. non eſſe crimini habendum, debitionẽ repoſcere: ſed ſuprà quàm debeatur, exigere, id uerò non uacare culpa.

II. An illi teſtes ſint audiendi. R. Quanquam conficiendis inſtrumentis & cõtractibus adhiberi ſacerdotes nõ oporteat: ſi tamen caſu affuerint, in defectũ aliarum probationum, ſuum apud Epiſcopũ, teſtimonium dicere poſſe.

III. An ſupra ſortem debitam lucellum quærere ſit uſurarium. R. quicquid ſorti accedit, uſuram eſſe.

IIII. An liceat clericis uel laicis uſurã accipere. R. Mortis inſtar & rapinæ eſſe, niſi q̃d ab hoſtib. quos ſpoliare fas ſit, hoc nomine exigatur. Nã ubi ius rapinæ, ibi & uſuræ [b]. Ad uſurariam aũt fraudẽ & hoc pertinere, ſi annona uilius empta in tempus caritatis, quo carius uæneat, aſſeruetur.

V. An de uſuris eleemoſynæ fieri poſsint. R. poſſe.

VI. An uſurarij pœnitentiam antè rectè agant, quàm malè parta reſtituant. R. non remitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum: aut ſi reſtitui nequeat, niſi precium eius & æſtimatio reddatur.

CAVSA XV.

De clerico dãnato ſtupri & cædis ꝑ furorẽ cõmiſſæ, cuiꝰ patrociniũ clerici precio inducti ſuſceperũt: cõfeſsio uerò poſt examẽ die dñico inſtitutũ, per quæſtiones extorta eſt.

Cuius quæſtiones.

I. An ea quæ per furorem perpetrantur, imputanda ſint. R. ut in caſuali homicidio. Quantum ad legem reus eſt: quantum ad gratiã, innocens eſt. Nec uerò furioſum eſſe ſacerdotio priuandum, niſi perpetuus morbus ſit. Quamuis enim hic impediat ordinandum, non tamen deijcere ordinatum [c]. Ebrietatis cauſam non eſſe prorſus ſimilem: quòd culpa accerſatur [d].

II. An pro patrocinio liceat clericis honorarium exigere. R. non quidem ſecundum canones, ſed ex recepta Eccleſiæ conſuetudine licere.

a *c. 1. uide c. 1. de præſcript. in ſext. Hoſt. de dec. c. cum contingat. ubi Panorm. eod. & c. ad decimas. de reſt. ſpol. Balb. de præſcript. 1. part. 5. part. princ. quæſt. 7. no. 13.*

b *c. ult.*

c *cap. ult.*

d *c. inebriauerunt. c. ſanè.*

III. An ex mulieris stupratæ testimonio conuinci hic stupri possit. R. non posse: cùm quia mulieri de se confessæ credi non debeat[a]: tum quòd non nisi certis ea casibus ad accusandum admittatur.

IIII. An die Dominico procedere Episcopus potuerit. R. non potuisse.

V. An neganti purgatio sit imponenda. R. ex mala fama, iustisq; suspicionibus posse, imposito clàm arbitris, purgationis iureiurando. Cæteroqui delicto nō probato confessoue, reum non esse damnandum.

VI. An huius confessio tormētis potuerit extorqueri. R. non potuisse.

VII. An synodalem extra cognitionem Episcopus sacerdotem condemnare possit. R. non posse.

VIII. Si sponte confessus aut conuictus fuerit criminis ante ordinationem commissi, an susceptum ordinis officium nihilominus exequi possit. R. non posse: usq; ad sententiam tamē depositionis si toleretur, rectè administrare.

CAVSA XVI.

De Abbate in Ecclesia parochiali, quā annis 40. possedit, monachū diuinis pręficiēte: cui quæstio mouetur à baptismalis Ecclesiæ clericis, quorū in diœcesi parochia sita sit.

Cuius quæstiones.

I. An liceat monachis sacramentum in Ecclesijs administrare. R. licere.

II. Vtrum ab Abbate an Episcopo sint ad hoc officium instituendi. R. ab Abbate: de consensu tamen Episcopi: qui in omnes suæ diœceseos Ecclesias summum ius habet.

III. An iura Ecclesiarum præscriptione tollantur. R. tolli, si nihil præscriptioni obstet.

IIII. An monasterium aduersus Ecclesiam præscribere possit. R. 40. annis posse.

V. An capellam in sua diœcesi exstructā Episcopus iure territorij rectè sibi uendicet[b]. R. propria authoritate perperam occupare, iudicio uerò & ordine rectè uendicare.

VI. Si Episcopus authoritate sua, nō sententia iudiciali in eiusmodi capellā irrepserit, an causa cadat, sic ut Ecclesia cui præsidet, nō ultrà reposcendi ius habeat in eo, quod pastor illicitè usurpauit. R. quáuis Episcopus causa ꝓpter uim suā iureq; cadat[c], non tā eius delictū Ecclesiæ obesse.

VII. An si laici capellam teneant, & Abbati cedāt, ea cessio rata sit. R. nō esse, nisi ex Episcopi cōsensu: cuius in potestate

a *latè Boer. decis. 319. per tot. Bald. l. quoniā. in 2. nota. C. de testib. l. ult. C. de accusat. c. si quis. 79. dist. c. ueniēs. 1. ubi Dd. de testib. & c. 1. de conf.*

b *Panor. Host. Imol. & Cano. in cap. nimis. de iureiur. Bald. l. unic. C. si de mo. poss. Ias. l. 3. in princ. Alex. l. naturaliter. 11. §. 1. de acq. poss. Anchor. cōs. 211. in princ. per l. bene. C. de quad. præscrip. l. depre catio. ad l. Rhod. de iac. c. ult. de off. ord.*

c *l. extat. 13. quod met. caus. l. meminerint. l. si quis. C. unde ui.*

testate omnes sint basilicæ, quæ eius in territorio cõstruantur. Laicos nec decimas, nec aliud ius præter patronatus, in Ecclesiam usurpare posse.

CAVSA XVII.

De presbytero, tempore morbi monachatum professo, & ea re Ecclesiam in manũ aduocati seu patroni resignante, eandemq; post recuperatam sanitatem repetente.

Cuius quæstiones.

I. An uoti reus posit à proposito discedere. R. non posse. Aliud tamen esse uotum re ipsa præstitum post annum probationis in notis [a], triennium in ignotis [b] aliud uerò propositum de futuro uoto conceptum corde, & oretenus enunciatum, quod reuocari potest [c].

[a] c. pen. q. 2.
[b] c. ult. q. 2.
[c] c. 1. 2. q. 2.

II. An Ecclesia & beneficium ei reddẽda sint, qui libera uoluntate cesit. R. si re integra pœniteat, reddi oportere,

III. Si contigisset eum se suaq; monasterio tradere, an solutum ei sit ad propria reuerti. R. non esse, ne quidem facilè de consensu Abbatis.

IIII. Si sine permissu Abbatis retrò abierit, an propria sint ei reddenda. R. non restitui: sed tamen ob iustum metum, ne quid detrimenti hostiliter monasterio inferatur, permitti posse ut auferat.

CAVSA XVIII.

De Abbate in Episcopum electo, qui multa monasterio cõtulit, & cui successorem in monasterio inuitis fratribus Episcopus loci designare contendit.

Cuius quæstiones.

I. Vtrum monasterium petere posit, quæ ab Episcopo quęsita sunt, an cõtrà Episcopalis Ecclesia uindicare queat, quæ monasterio fuerãt tradita. R. quæ ante Episcopatum quæsiuit, monasterio: quæ pôst, Ecclesiæ deberi.

II. Vtrum ab Episcopo an fratribus Abbas sit eligẽdus. R. à fratribus, cum consensu patroni, dominiq; prouinciæ eligi, & deinceps electum ab Episcopo confirmari.

CAVSA XIX.

De clericis relicta sua Ecclesia uel regula Canonica ad monasterium transeuntibus.

Vnde quæritur.

I. An Episcopus permittere debeat, ut clericus relicta propria Ecclesia monasterium ingrediatur. R. debere.

II. Si Episcopus potestatem eius facere nolit, an eo in-

uito monasterium adiri posit. R. non posse, nisi melioris uitæ degendæ gratia.

III. An regularibus canonicis cócedendus sit monasterij ingressus. R. non aliter quàm de patris sui uenia cócedi.

CAVSA XX.

De pueris monasterio traditis, quorum alter pœniteat, alter districtius cœnobium petat.

Cuius quæstiones.

I. An in pueritia oblati posint relinquere professionem. R. posse.

II. Si præter uoluntatem parentum in pueritia religionis uestis suscipiatur, an detrahi posit. R. posse.

III. Qui inuitus sit cuculla indutus, num posit retineri. R. non posse: deceptum maximè uel compulsum [a].

a *cap. ult.*

IIII. An ex alio monasterio in aliud districtius transire fas sit. R. esse, ad disciplinã adstringendã, nõ ad relaxandã.

CAVSA XXI.

De archipresbytero cuiusdam Ecclesiæ, præposituram alterius accipiente, & secularis se iudicis præsidio contra Episcopi correctionem muniente.

Cuius quæstiones.

I. An clericus in duabus Ecclesijs posit conscribi. R. non posse: sicut nec una Ecclesia tanquam sponsa duobus diuidi debet [b]: uni tamen ut titulatæ, alteri uelut commendatæ unum præesse posse.

b *c. pen. infrà quæst. seq.*

II. An liceat ab alia Ecclesia ad aliam transire. R. non propria authoritate, sed ex causa, cum dimissorijs Episcopi literis licere.

III. An sæcularium negociorum procurationes clericis permittantur. R. non permitti.

IIII. An claro fulgidoq; uestitu liceat eis uti. R. non licere.

V. An ab Episcopo correcti, suum officiũ relinquere, & ad sæcularem iudicem confugere posint. R. non posse.

CAVSA XXII.

De Episcopo duplicis periurij insimulato: & qa falsum iurauit, quod uerum credidit: & quòd archidiaconũ suum qui obedientiam abiurasset, ad obedientiam coëgit.

Cuius quæstiones.

I. Vtrum iurare omnino liceat. R. iurare non esse peccatum, sed peierare: dummodo per Deum iuretur uiuum, nõ aliud quicquam [c] in ueritate, iudicio & iusticia [d].

c *c. & iurabũt. c. etsi. de iureiur.*

d *d. c. & iurabunt. c. 2. ĩ. quæst. seq.*

II. An

II. An ſit periurus qui iurat falſum, quod eſſe uerum opinabatur. R. temerè potius eum iurare quàm peierare [a], cùm dolo careat. Sicut aliud eſt, mentiri: aliud, mendaciū per errorem dicere [b].

III. An liceat archidiacono hac in cauſa obedientiam Epiſcopo denegare. R. ante ſententiam non licuiſſe.

IIII. Siquidem illicitū eſt archidiaconi de non præſtanda obedientia iuramentum, an ſit ſeruandum. R. non eſſe.

V. An reus ſit periurij, qui diaconum contra tale iuſiurandum ad obedientiam cogit. R. non eſſe, niſi quoties apparet licitum eſſe iuſiurandum.

CAVSA XXIII.

De Epiſcopo & populo hæretico per catholicos ad unitatem Eccleſiæ reducto.

Cuius quæſtiones.

I. An militare peccatum ſit. R. ex iuſta belli cauſa non eſſe.

II. Quod bellum ſit iuſtum. R. quod ex edicto Principis geritur, propulſandæ iniuriæ aut rei repetendæ cauſæ.

III. An iniuria ſociorum armis ſit propulſanda. R. eſſe.

IIII. An uindictam bello expetere liceat. R. licere ad emendationem uel iuſtam pœnam, non etiam ad ultionem.

V. An ſit peccatum iudici uel miniſtro reum occidere. R. ex neceſsitate officij non eſſe, ſi quidem uerè rei ſint, iuſteque bellum geratur [c].

VI. An mali ad bonum ſint cogendi. R. ex officio Eccleſiæ & magiſtratus cogendos eſſe [d].

VII. An hæretici rebus Eccleſiæ ſuæ ſint ſpoliandi: & qui poſsidet hæc ab hæreticis ablata, an poſsidere dicatur aliena. R. quæ ab hæreticis malè poſsidentur, à catholicis iuſtè auferuntur: ſic tamen, ut ad uſum ueræ Eccleſiæ debeant accommodari [e].

VIII. An Epiſcopis & clericis ſua authoritate, ſine conſenſu Principis bellum liceat mouere. R. non licere: poſſe tamen eos pro ſuo officio alios ad iuſtū bellum exhortari.

CAVSA XXIIII.

De Epiſcopo in hereſim lapſo, qui nihilominus aliquos ſententia ſua notauit, & poſt mortem cum tota ſua familia hæreſeos accuſatus ac damnatus eſt.

Cuius quæſtiones.

I. An hæreticus poſsit aliquem ſententia ſua damnare,

a *c.1.ij.quæſt.3.*

b *c.is autem. cū ſeq.*

c *uide l.ult. ubi Salicet. C. de his qui ad Eccleſ. confug. l. quemadmod. §. magiſtratus. ubi Bal. ad l. Aquil. l. qui dolo. §. fi. de ui public. Bald. l. fin. in fi. C. de exhi. reis. & l. itaque. ad l. Aquil. Boſſ. de cap. nu. 11. 12. Hyppol. in prac. crimi. §. aggrediar. n. 78. & copioſius in l. lege. in prin. n. 78. ad l. Corn. de ſicar.*

d *l. 1. §. 1. ubi Salo. & Dd. de iuſt. & iu.*

e *Nou. 37. de eccle. Aphr. l. omnia. Cod. de paga. l. ſancimus. 17. C. de ſacr. Eccl. uide Schurff. conſ. 48. per tot. cent. 1.*

uel officio mouere. R. non posse, si damnatæ prius hæreseos particeps factus sit[a]. Nam cùm ipso iure sit excommunicatus, nihil eum in Ecclesia rectè definire[b].

II. An quis post mortem excommunicari damnariue possit. R. non regulariter, sed ex causa hæreseos posse[c].

III. An pro peccato alterius tota familia sit excommunicanda[d]. R. non esse, nec quenquam nisi de suo crimine confessum, ordinéue conuictum[e], hoc fulmine feriendum esse[f]: uitam enim, non sententiam quemlibet ligare: & illicitam excommunicationem non lædere notatum, sed excommunicantem condemnare[g].

CAVSA XXV.

De contentione inter baptismalé Ecclesiam & monasterium orta, quarum illa prius, hæc posterius sit priuilegiata.

Cuius quæstiones.

I. An clerici baptismalis Ecclesiæ decimas suæ diœcesis integras sibi posint uindicare. R. posse.

II. An subsequente monachorum priuilegio derogetur antiquioribus baptismalis Ecclesiæ priuilegijs. R. non derogari[h].

CAVSA XXVI.

De sacerdote sortilego, & ab Episcopo propterea excommunicato: ac sub exitum uitæ, à quodam sacerdote, citra consensum Episcopi, reconciliato.

Cuius quæstiones.

I. Quínam sint sortilegi. R. qui de quacunque scripturarum inspectione futura promittunt.

II. An sit peccatum, esse sortilegum, uel sortilegio uti. R. esse.

III. A' quibus diuinationum genus exordium sumpserit. R. à dæmonibus.

IIII. Quot sint genera diuinationum. R. duo, artem & furorem.

V. An sortilegi diuiniq; si desistere noluerint, excommunicandi sint. Rñ. esse, uelut dæmonũ & idolorũ cultores[i].

VI. An excommunicatus ab Episcopo, posit ab inferiore reconciliari, clam Episcopo. Rñ. non posse publica reconciliatione: at priuata, in extremis præsertim, & absente Episcopo, posse.

VII. An morientibus indicenda sit sub quantitate temporis pœnitentia. Respon. non esse.

CAVSA

- a c.1.2.
- b c. excommunicamus. 13. de hæret. c. 2. & paßim eod. in 6.
- c c. accusatus. 7. §. pen. de hæret. lib. 6.
- d de tota ciuitate uide Gundissal. de hæret. q. 24.
- e uid. c. ult. de hær. in 6.
- f c. sacros. 48. & paßim de sent. excom.
- g c. 2. 3. 4.
- h uide Ias. & Dd. l. beneficia. de consti. princ. l. quominus. de flumin. l. 2. §. merito. ne quid in loc. publ.
- i uide c. accusatus. 8. §. sanc. de hære. in 6.

CAVSA XXVII.

De quodam uoti cœlibatus reo: qui sibi postmodum uxorem desponsauit, quæ pôst alteri nupsit.

Cuius quæstiones.

I. An ad coniugium adspirare posint uouentes. R. post longam disceptationem posse [a].

II. An liceat sponsæ priori conditioni renunciare, & alteri iungi. Rñ. ante benedictionem & deductionem in domum si alij nupserit, eas nuptias non esse dissoluendas.

a c. nuptiarum. cum seq. ad fin. usque.

CAVSA XXVIII.

De infideli coniuge ad fidem conuerso: qui postquam sua uxor odio fidei diuertit, alteram duxit fidelem, cuius à morte clericus & pôst Episcopus factus est.

Cuius quæstiones.

I. An sit coniugium inter infideles. Respon. esse.

II. An liceat aliam ducere, infidele discedente. R. licere.

III. An sit perhibendus bigamus, cui alia ante baptismum, alia post baptismum uxor fuit. Respon. esse.

CAVSA XXIX.

De nobili muliere nobilis uiri nuptias pacta, & eius ante aduentum à seruo illum ementito decepta, ductaq;.

Cuius quæstiones.

I. An coniugium hoc consistat. R. propter errorem personæ non consistere: quamuis error in qualitate & conditione uitiare non soleat.

II. An liceat mulieri à seruo, cui ut ingenuo nupsit, diuertere. Respon. licere.

CAVSA XXX.

De cognatione spirituali.

Cuius quæstiones.

I. An ab uxore sit separandus, qui pro suo ipsius filio in baptismate fideiusit, aut eundem baptizauit. R. non esse.

II. An spôsalia inter infantes rectè côtrahantur. R. ante septenniũ, ætatẽq; consensus compotẽ, non rectè côtrahi.

III. An spirituales uel adoptiui liberi naturalib. côiugari queant. R. non posse: coniunctos tñ non esse separâdos.

IIII. An relictam compatris suæ uxoris ducere liceat. Respon. licere.

V. An clandestina sponsalia derogent manifestis. R. non derogare: nisi probari manifestè, saltem ex utriusque confesione queant.

CAVSA

CAVSA XXXI.

De eo qui adulterio cognitam duxit, filiam ex ea susceptam cuidam dare promisit: cui tamen pôst eam ut inuitam non dedit, sed alij locauit.

Cuius quæstiones.

I. An adulterio pollutam ducere liceat. R. post pœnitentiam licere.

II. An filia inuita elocari possit. R. non posse, ne per iusiurandum quidem patris.

III. An post patris sponsionem illa alij nubere possit. R. posse, siquidem nunquam sponsalibus consentijt.

CAVSA XXXII.

De nuptijs meretricijs, adulterinis & seruilibus.

Cuius quæstiones.

I. An meretrix licitè ducatur in uxorem. R. rectè duci.

II. An quæ solius incontinentiæ causa ducitur, reuerà uxor sit. R. esse.

III. Vtrum in elocatione puellæ arbitrium serui patris, an liberi aui præponderet. R. aui.

IIII. An uiua coniuge liceat ex ancilla liberos quærere. R. non licere.

V. An pudicitiam amittat, quæ uim patitur. R. non amittere, nec propterea repudiari posse.

VI. An adulter adulteram dimittere possit. R. nõ posse.

VII. An uiuente dimissa aliam ducere liceat. R. non licere: nisi quid ob incontinentiæ scandalũ hîc indulgeatur.

VIII. An possit saltem infidelem ducere, hac conditione, ut ad fidem reuertatur. R. non posse.

CAVSA XXXIII.

De uiro maleficijs impedito, quo minus uxori debitum reddere queat: & uxore eius corrupta, corruptorique suo nubente, ac apud se pœnitente: quam prior maritus recuperata sanitate repetit, eiusq; repetitæ sine consensu, postea continentiam uouet.

Cuius quæstiones.

I. An ob impotentiam aliqua sit à uiro separanda. R. petenti, nec se continere ualenti, concedendum id esse.

II. An post separationem ei nubere possit, à quo sit corrupta. R. posse.

III. An sola cordis confessione crimen deleatur. R. per distinctiones septem.

DISTIN-

DISTINCTIONES DE POENITENTIA.

I. Distinctione. R. latentia peccata remitti pœnitentia occulta, manifesta uerò notoriaq;, manifestam etiam confessionem ac satisfactionem exposcere.

II. Pœnitentes iterum labi posse, nisi spirituali gratia confirmentur.

III. Pœnitentiã iterari tam publicam q̃ priuatam posse.

IIII. Peccata remissa redire & cumulari in eo qui relabitur.

V. Veram pœnitentiam uitare priora commissa & occasiones eorundem.

VI. Proprio pastori, si quidem doctus, prudens & fidus sit, confessionem ædendam, & ab eodem pœnitentiæ documenta esse capienda.

VII. Pœnitentiam ad extremum usq; uitæ tempus peragendam esse.

Sequitur quarta præcedentis causæ quæstio.

IIII. An tempore orationis posint coniuges sibi mutuò debitum reddere. R. posse, nisi de consensu abstineant.

V. An uir sine consensu uxoris continentiã uouere, uel eius assensum minis extorquere posit. R. non posse.

CAVSA XXXIIII.

De muliere q̃ capto uiro, quẽ mortuũ credebat, alij nupsit.

Cuius quæstiones.

I. An sit adulterij rea, quæ uiuente suo uiro alteri nupsit. R. non esse, si iustam opinationis suæ causam habuerit.

II. An ad redeuntem priorem redire debeat. R. debere.

CAVSA XXXV.

De eo qui mortua prima coniuge duxit ignorãs alterã, sibi sexto, defunctæ quarto cognationis gradu iunctam.

Cuius quæstiones.

I. An liceat aliquam ex propria cognatione ducere. R. non licere.

II. An uxoris consanguineam ducere fas sit. R. non esse.

III. Quem ad usq; gradum sit abstinendum. R. ad sextum & septimum, hoc quidem iure: quod pòst ad quartum redactum est [a].

IIII. Cur ad sextum usq; gradum coniunctio prohibita est? R. quoniam ad illum usque gradum consanguinitas durat, & in eo definit: sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur.

[a] *c.pen. & ult. de consang.*

V. Quomodo gradus consanguinitatis sint computandi. R. ut quoto gradu remotior distat à stipite, totidem inter se distare putentur.

VI. Qui consanguinitatem quomodo probare debeát. R. propinqui & senes per iusiurandum.

VII. An qui ex incestu nascuntur, in liberis sint. R. ne nomine quidem liberorum dignos esse.

VIII. Ignorantia iuncti quando non separentur. R. si ultra quartum gradum iuncti sint.

IX. An post separationem deceptione testium pronunciatam, nuptiæ contractæ rescindantur. Rñd. sententiam non transire in rem iudicatam: itaq; Ecclesiæ esse, dispicere an retractari debeant.

X. An nati de secundo mulieris coniugio, prioris uiri consanguineis ea iungantur affinitate, quæ nuptias prohibeat. Respond. iungi.

CAVSA XXXVI.

De eo qui domo patris illectam ad conuiuium puellam stuprauit, & pòst duxit.

Cuius quæstiones.

I. An hic raptum commiserit. R. commisisse.

II. An purgato uitio ducere raptam raptor posit. Rñ. post pœnitentiam de consensu parentum posse.

DECRETI PARS III.

DE CONSECRATIONE

Distinctiones.

I. De consecratione Ecclesiarum ritè facienda.
II. De sacramento panis & uini in Eucharistia.
III. De festis & temporibus quæ synaxi destinantur.
IIII. De sacramento baptismi.
V. De manuum impositione.

DECRETALIVM
LIBER I.



TIVRIS ciuilis principia & κεφάλαια unde primordia rerum capiũtur [a], sunt natura [b], recta ratio [c], & rõcinatio [d]: sic fons & norma iuris Canon. est, & uerò esse debet, uera de sum. Trin. ac fide catholica 1 doctrina [e]: scriptis Propheticis & Apostolicis cõprehensa, & quatuor primis cõcilijs declarata [f]. Species eędem q̃ iuris ciuilis [g]: uidelicet ius

1. De sum. Trin. & fide cathol.

a l. 1. 2. de iust. & iur. l. 1. 2. de legib. Inst. eod.
b l. 1. §. ult. de iust. & iur. Inst. de iur. nat.
c l. oẽs. 9. l. pen. de iust. et iur. Inst. de iu. na.
d §. 2. 3. Inst. de iur. nat.
e dist. 8. & 9.
f Nou. 131. & dist. 16.
g §. constat. Instit. de iu. nat. l. 6. de iustic.

2. De cõstitutionib.
3. De rescriptis.
4. De consuetudine.

ius scriptum: quod in constitutiones 2 ac rescripta 3 diuiditur: & ius nõ scriptum: quod consuetudo 4 nominatur. Hæc præponderant in argumento doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ[a], item peccati & conscientię[b], iuriq; ciuili ẽt in foro politico derogant[c]: in alijs utriq; iurisdictioni suũ ius constat[d]: nisi cum aliquid altero controuersum uel nõ expressum est, altero definitũ: nam tum hoc etiá in altero foro ualere debet[e]. Obiecta item sunt eadem quæ iuris ciuilis: nempe personæ à quibus & quibus redditur, res de quibus redditur, actiones & iudicia per quæ redditur[f]: quæ tria sicut in omni iurisdictione semper uersantur[g], sic de explicatione iudiciorum rectißimè cognoscuntur. Itaque in primo hoc libro, post principia & species iuris Pontificij, de iure personarum quæ iudicia sustinent[h]: in secundo, de ordine & forma actionum & iudiciorum communi: in reliquis, de materia iudiciorum, hoc est, rebus ciuilibus & criminalibus tractatur. Prima autem in omni contentione forensi de magistratibus, & officijs eorum penes quos est iurisdictio competens, quæstio occurrit[i]. Cuiusmodi sunt in foro Ecclesiastico Prælati & Episcopi, alijque Ecclesiarum superintendentes[k]: qui uel postulantur 5 ex gratia, cum propter defectum impedimentúmue aliquod iure communi eligi prohibétur[l]: uel iure moreq; usitato, quoties nihil prohibet, eliguntur 6: uel iure singulari, contra ius scilicet canonum commune[m], ob necessitatem utilitatemq; publicam[n], cui multa præter regulas indulgentur[o], ex alia Ecclesia ad aliam per translationem 7 assumuntur: authoritateq; 8 & solenni deinceps ritu ac ceremonijs confirmantur[p]: quam ante confirmationé custo-

5. De postulat. prælat.
6. De elec. & elect. potest.
7. De transl. Episc. uel cler.
8. De authorita. & usu pallij.

a cap.1.uerb.in Eccle.de consti. c.1.2.3.4.5. dist.12. & paßim dist.8. & dist.9. & dist.10.

b c. cum uenerabilis. 7. ca. ad audientiã. c.ult. de cons. c.1.eo. in 6.l. 6. ubi Bald. & Dd. C.de sacros. Eccle. & in Auth. de Eccle.tit. c.per uenerabilem.13.ubi Panorm. & Dd. qui fil. sint legit.glo. ord.in §. hactenus. uerb. generata.Instit.de grad. cogn. Bald.l. 4. 5. Cod. de nupt. Leos. Cod. de usur. Socin. consil. 39.uisis.Nouell 5. uolum.1.Neguzanz. de pignorib.parte 5. Nouell.10. Balb. de præscript. in princip.Schurff.consilio 83.prædictæ.num.11.cent.3. & cons. 1. num.16.cent.1.

c uide Dd.præalleg.loc. & Mynsing.obseru.6.cent.4.

d c.ult.de arbit.in 6.ca.1.2.de oper. no.nunc.Bal.l.6.C.de sacrosanc.Eccle.Cast.Auth.qui semel.num.10.C.de probat.Blanc.de compro.quæst.2.num.47.

e c.1.in fin.de iureiur.in 6.c.1.2.de oper.nou.nunciat. in Authent.ut cler.apud prop.Episc.in fin.Ias. l.2.num.23.Cod.si contra ius uel utilit.pub.Corsus indag.lib.2.cap.6.Blanc.præalleg.loc.

f d.l.2.de stat.hom.§.ult.Institut.de iur.natur.

g c.forus.de uerbor.signific.

h d.c.forus.de uerb.sign.l.inter.de iud.cum simil.

i l.1.2.5.l.sed etsi.52.de iud.Felin.c.exceptionem.num.20.21.22.de except.gloss.& Dd. l.exceptionem.C.de probat.l.ult.C.de except.Mynsing.obser.59.centur.4.

k c.cleros.21.dist.

l gl.c.unic.eo.in 6.Host.Panor.hîc,nu.1.

m c.ult.distin.70.& paßim dist.71.

n c.Episc.c.omnis.c.scias.7.q.1.c.in causis.§.ult.de elect.Nouell.16.

o c.antepen.dist.50.l.1.de offic.eius cui mand.

p uide dist.24.& 75.cum sequen.

diam potius habent[a] quàm administrationis potestatem[b]: dum ne ipsi renunciẽt 9 ex iusta causa[c] aut superioris cum uenia[d] post confirmationem & inthronizationem[e], antea uerò liberè, quamuis electi[f] nisi aliud postulat publica Ecclesiæ necessitas[g], dum item electio ritè, non negligenter fiat 10, iusto tempore atq; ordine 11, adhibito etiam ante ordinationem examine[h] scrutinioq; 12 ordinandorũ, ab idoneis Episcopis 13, saltem tribus[i] aut quatuor[k] in electione Episcopi: in reliquis Episcopi delectu adhibitis idoneis examinatoribus[l], qui de doctrina, uita, ætate, qualitate, ordine 14 præficiendorum quęrant[m], ut exquiratur & palam fiat an eiusmodi sint qui sacris rectè 15, ut iteratione 16 mutationeque non sit futurum opus, sicut nec esse debet (nec enim eiusmodi sacramenta baptismi instar[n] sunt iteranda[o]) initiari possint: an legitimè nati, non spurij 17: num serui 18, qui sine nota Ecclesiæ cœtui liberorum præesse nequeunt: num ad ratiocinia, & reliqua administrationis alicuius publicæ priuatæque obligati 19: qui priusquam se liberauerint, promoueri non debent[p], ne molestia dedecusq; creetur Ecclesiæ[q], néue uideri possint non pietatis ergò, sed magis ad conturbandas rationes ad Ecclesię pręsidium confugisse[r]: utrũ corpore uitiati 20, & an eiusmodi uitio deformati uel mutilati, quod ministerio Ecclesiæ impedimento uel dedecori esse possit[s]: an bigami 21 plurium uxorum[t] aut uiduarum mariti[u]: qui non prohibentur ob peccatum, sed propter normam sacramenti amissam: non ad uitæ meritum, sed ad ordinationis signaculum, ut Pontificij canones habent[x]. an denique exteri sine Episcoporum literis, sine iusta causa peregrinantes 22, uagi, & errones[y]. Sunt autem prælatorum, ut gradus, dignitates, officia, sic & nomina uaria: Episcopi Superintendentum generale nomen[z]: Archidiaconi 23, Episcoporum ferè uicarij[a]: & his paulo minores Archipresbyteri 24, ordinis clericorum antesignani atque iudices[b]: Primicerij 25, qui disciplinæ

9. De renunciat.
10. De supplen. neg. prælat.
11. De tempo. ord. & qual. ord.
12. De scrutin. in ord. fac.
13. De ord. ab Episco. qui renun.
14. De ætate, qual. & ord. præficiend.
15. De sacra unct.
16. De sacram. non iteran.
17. De fil. præs. ordinand. uel non.
18. De seruis non ordinan.
19. De obligat. ad ratiocin. nõ ordin.
20. De corpore uitia. ordin. uel non.
21. De bigamis nõ ordinan.
22. De cler. peregr.
23. De offi. archidiac.
24. De off. archipres.
25. De offi. primicer.

a c. sicut. de simon. c. cum olim. 11. §. ult. de do.
b c. postquam. ca. nihili. ca. transmissa. c. cum in cunctis. de elec.
c c. ad supplicationem. 9. ubi sex causæ. in fine. hoc tit. de renuncia.
d c. ult. c. quidam. 12. c. 1. hoc tit. uide Bal. l. 4. num. 3. C. de appellat.
e c. Ecclesia. de electio. ca. si quis. 2. & paßim dist. 79.
f ca. cum inter. de elect. c. inter. §. 1. de translat. uide dist. 74.
g c. literas. c. nisi. de renunc. & ibid. Host. num. 6.
h uide omnino dist. 23. 24. cum multis seq. *i uide distinc. 68.* *k c. ult. dist. 80. c. ult. dist. 50. c. exceptionem. dist. 64.* *l dist. 63. & 64.* *m uide dist. 23. 24. 25. cum sequen.* *n tot. tit. C. ne sac. baptis. c. sacram 1. dist. 1.* *o c. 1. 68. dist. c. manus. 1. dist. 1.* *p l. officiales. C. de Episc. & cler.* *q c. præterea. distin. 51.* *r c. 1. 2. 3. distin. 51. c. legem. distin. 53.* *s uide dist. 55.* *t dist. 26. c. unà & paßim.* *u c. 1. 2. h. ti. paßim, 32. & 33. dist.* *x c. acutius. 26. dist. uid. etiam §. clericos. Nou. 123. de Eccl. diuer. cap.* *y uid. dist. 98. c. cum secundum. de præben.* *z d. c. cleros. 21. dist. c. qui episcopatum. 81. dist.* *a de his & alijs uide d. c. cleros.* *b l. presbyteri. 8. cum simil. C. de Epis. & cler. d. c. cleros.*

26. De off. sacristæ. 27. De offic. custod.

28. De off. uicar. 29. De off. iud. delega. 30. De off. legati. 31. De off. iud. ordin. 32. De off. iudicis.

sciplinæ Ecclesiasticę: Sacristæ 26, qui bonis: Custodes 27, qui templis Ecclesiæ, causisq; quæ eò pertinent peragendis, præsunt. Eódem referri possunt & Commendatarij, quibus Ecclesia in commendam concedi solet [a], ac uelut tutoribus gubernanda commendari [b]: ut fructus qui supersunt Ecclesiæ usui & necessitati, suos faciant, indeq; se sustentent: qui & ipse titulus est legitimus [c], reuocabilis tamen arbitrio commendantium, cum sit instar depositi [d], & commendationis, custodiæq; causa fiat [e]: nisi ad certum tempus, & ex causa necessitatis aut utilitatis fiat [f], quomodo hac memoria & ex recepto usu nedum ad tempus & percipienda alimenta ut olim [g], sed etiam in perpetuum Ecclesiæ commendantur [h]: ut quibus commendatæ sunt, iustum titulum habeant, & de fructibus illarum liberè disponere possint [i]: nec auferri illis, quádiu uiuunt, ius suum sine iusta causa, ne quidem à summo Pontifice queat [k]. Iurisdictio porrò omnis, quá eiusmodi personæ in audientia Episcopali seu Ecclesiastica iurisdictione sustinent & exercent [l], aut est delegata [m]: ut uicarij 28, iudicis delegati domi 29, legati foris 30 (quáquam & hic cum à Principe mittitur, pro ordinario habetur [n]) aut ordinaria [o]: ut ordinari 31, qui ex lege aut canone ordinariam iurisdictionem habent, ut Archiepiscopi, Episcopi [p], ex quo sunt ordinati [q]: utriq; commune iudicis officium 32, tam nobile quàm mercenarium [r]: siue proprio exerceatur motu [s], siue ad instantiam & postulationem partium [t]. Et hæc quidem de principe iudiciorum persona, nempe iudice, eiusq; iurisdictione & officio: nunc de litigatoribus est subijciendum.

T 3 Nam

a uide c. nemo deinceps. & ibi gl. ac Dd. de duobus generibus commendæ. uidelicet tituli & custodiæ: & præcipuè Ioann. And. de elec. lib. 6.

b c. querelam. ubi Panorm. num. 113. de elect. c. monachis. ubi Panor. num. 5. de præb.

c Arch. c. quia. 21. q. 1. Rebuff. de commen. num. 3. Cornæ. cons. 66. nu. 2. lib. 3. Cass. reg. Can. decis. 32. numer. 6. Menoch. remed. recup. 15. num. 40. 41.

d Felyn. c. si constiterit. nu. 4. de accus. cap. decis. 3. num. 4. *e* c. nemo. de elect. in 6. Rebuf. de commen. num. 1. Cepha. consil. 97. num. 15. lib. 1. Franc. Mar. quæst. 1247. Menoch. præælleg. loc. num. 39. *f* glo. Panorm. Felyn. & Dd. c. si constiterit. de accusat. c. nemo. de elect. in 6. c. dudum. 2. de elec. *g* c. 1. de solut. Archid. c. quia. 21. q. 1. Rebuf. de commend. num. 3. *h* Menoch. præælleg. loc. num. 42. *i* Rebuf. ibidem, num. 26. Præpos. c. cum autem. dist. 44. Gomes. in reg. can. de infir. res. quæst. 13. & de anna. poss. q. 26. & de trien. pos. q. 5. Capic. decis. 3. num. 8. 9. decis. Rom. 1. de præben. num. 2. Menoch. ibidem, num. 41. 42. *k* Rebuf. num. 98. Ias. l. ult. C. si cont. ius. & consil. 145. lib. 2. Ripa. lib. 1. resp. cap. 14. Crauet. de antiq. temp. §. 2. num. 37. Menoch. præælleg. lo. nu. 43. 44. *l* uid. C. de Episcop. audien. *m* uide Spec. de off. & de iurisd. omn. iud. Maran. in diuisio. iudic. parte 4. *n* Host. in princip. de offic. ord. l. 5. ubi Dd. C. de iudic. *o* uide Specul. de off. ord. & Dd. extrà eod. *p* Hostiens. ibid. num. 1. *q* c. transmissa. c. electi. de elect. Host. ibid. *r* c. 1. 2. ult. h. tit. Spec. de off. iud. *s* c. iudicantem. 30. q. 5. de his quæ prop. mo. fie. deb. uid. Hostiens. num. 3. hic. *t* uide Host. præall. loc.

Nam hæ tres perſonæ, iudex, actor, reus, iudicium omne
ſuſtinent & exercent [a]. Litigatores ex æquo reuerentiam 33. De maior. & obed.
& obedientiam iudici, ut ſuperiori ac maiori debent 33: niſi
quatenus non ut iudex, ſed ut arbitrator, & uir bonus
compoſitionem tentat [b], non iudicando, quod ante ple-
nam cauſæ cognitionem fieri nequit [c], ſed cohortando &
ſuadendo: id quod ante omnia tentari conueniens eſt [d], ad
coagmentandam pacem uel temporalem, puta inducias
dilationum [e] multiplices [f], & ſecuritatem (treugam Itali-
cè ſeu treugiam 34, noſtri fœderis interuallum uocant [g]) 34. De treuga & pace.
uel perpetuam, propoſitis pactorum 35 gratuitorum [h] aut
tranſactionum 36, q̃ συνάλλαγμα continent, conditionibus [i], 35. De pactis.
quæ compoſitio cùm aliàs ſemper, ut dixi, ante iudicij cu-
iuslibet ingreſſum pertentanda eſt [k], tum præcipuè in fo- 36. De tranſac.
ro & controuerſijs Eccleſiaſticis [l], priuſquam ad odia, &
hinc (ut plerunque fit) ad arma eatur, inter Eccleſiæ ci-
ues ſemper eſt initiò periclitanda [m]: præterquam in cau-
ſis matrimonialibus [n], capitalibus [o], & ſimilibus [p], quæ
tranſactionem non admittunt. Quòd ſi res coire nequit,
poſtulationes 37 iudiciales tum demum admittendæ ſunt: 37. De poſtula.
quæ initiò potiſsimùm ad perſonas litigatorum perti-
nent [q]: ut quibus diſceptetur, an ſuo nomine alteruter 38. De procurato.
litigantium poſtulare poſsit, an alieno ut procurator 38
hominis priuati, aut ut ſyndicus 39 alicuius uniuerſita- 39. De ſyndico.
tis, collegij, ordinis in iudicio eſſe [r]: an ex iure aliquo
ſingulari & extraordinario reſtitui, tam minorum ex æ- 40. De ijs quæ ui met.
tate [s], quàm maiorum ex aliqua iuſta cauſa [t], erroris [u],
metus 40, priuilegij Eccleſiaſtici 41 (nam Eccleſiæ piá- 41 De in integ. reſtit.
que loca iure minorum utuntur [x]:) factæ indebitè alie-
nationis 42, an ad arbitrum remitti controuerſia de- 42. De aliena. iudic. mut. cauſ. fac.
beat tanquam pacificatorem priuatum [y] & uirum bonum [z],
qui tamen non per conuentionem tranſigit ut arbitrator,
ſed

a cap. forus. de uerb. ſignif.
b l. uir bonus. 18. iud. ſol. Bart. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. numer. 4. ff. pro ſoc.
c l. nequicquã. 9. §. 1. ubi Iaſo. & Dd. de offic. procons. l. iudices. 9. C. de iudic. Bald. num. 3. 4. l. prolatam. 4. Cod. de ſenten. gloſſ. & Dd. l. argentarius. 10. §. cum autem. uerb. de iudice. de æden.
d §. 1. in Auth. ut diff. iudic. cap. ult. ubi glo. de tranſact. Auth. ſi uerò contigerit. ubi gloſſ. uerb. compoſitionem. & Dd. C. de iudic.
e §. temporales. Inſt. de excep. & 3. q. 2. per tot. Varro apud Gell. lib. 1. c. 25. l. poſtliminium. 19. §. 1. de cap. & poſt. reu.
f nã quintuplices facit gl. 3. q. 2.
g l. ult. C. de fer.
h Iaſ. l. 4. C. de pac. l. 1. ff. de trãſac.
i l. 1. de trãſac. l. tranſactio. 38. C. eo. t.
k d. §. 1. in Auth. ut diff. iud.
l 1. Corint. 6. Matth. 5. 18. &c.
m c. diſcordantes. 90. diſtinc. cum ſequen. Hoſtien. & Dd. in rub. de treug. & pac. & c. ult. de tranſact.
n c. ult. hoc tit.
o l. tranſigere. C. eod.
p l. de his. D. eod. ubi dixi.
q Iaſ. l. 1. in princ. C. qui admitti.
r uide paßim hoc tit. Hoſt. & Dd. & D. quod cuiuſq. uniuerſ.
s l. in cauſæ. 17. de minor.
t glo. & Dd. l. 4. de in integ. reſt. l. 1. ex quibus cauſ. maio.
u l. 1. 2. & paßim, de in integr. reſtit.
x cap. 1. 2. 3. ubi Panorm. hoc tit.
y l. priuatorum. C. de iurisdict.
z l. ſi ſocietatem. §. 1. pro ſoc.

sed tanquam iudex cognoscit[a] ex aliqua causa, ut quia conuentum[b] receptumque sit arbitrium 43[c].

43. De arbitris.

a d. §. 1. l. 1. de recep. arbit.

b l. rem. 12. C. de iudic. l. 3. & paßim de recep. arbit.

c d. l. 3. D. eod.

LIBER II.

EXposito primo iuris obiecto, quod circa personas uersatur: reliqua duo, nempe res & actiones, ordine perlustrátur[a]. Res, ut materia iuris & iudiciorum, naturà priores sunt[b], eoq; de his iuris prudétiæ ciuilis cōditores, ante actiones tractāt[c]. Actiones porrò iudiciales, uelut forma digniores sunt, magisq; uniuersales: cū autem digniora & uniuersalia præmittenda sint[d], placuit Canonistis, ut & Cæsaribus[e] (quod ipsum à uera methodo non abhorret) formam actionesq; iudiciorū, rebus & materiæ præmittere. Actionū porrò harū iudicialiū seu iudiciorū 1 cōmunis forma est, ut instituantur in foro rei[f], quod actor sequi debet, cōpetente 2, propter domiciliū, contractum, delictum, rem qua de agitur, aut aliam iustam causam, ex qua quisque competens forum sortitur[g]: oblato per actorem libello[h] 3 petitionis[i] in scriptis[k] unde nomen est[l] qui litis futuræ speciem idoneè demonstret[m]: mutuis etiam reconuētionis[n] petitionibus admissis 4, quas actor, quamuis alieni sit fori, detrectare, domúmue reijcere non potest[o], alijsûe responsionibus reorum auditis, per quas lis 5 contestetur[p], antequam ad testium receptionem, uel sententiam definitiuam procedatur 6. Nec enim antè sciri potest, utrum intentionem agentis neget reus, an confiteatur: quare nec illud sciri potest, an & quatenus probatione sit opus: qua sanè non opus est in his quæ reus confitetur[q]. Est autem contestatio, eius rei de qua apud iudicem controuersia est, ex utraq; parte facta testibus præsentibus (unde contestatio dicta) narratio[r]: seu quædam inter eos qui controuersiam habent, de iudicio suscipiendo apud iudicem per narrationem iuris, quod uterq; prætendit, iudicialis cōuentio[s]. Quanquam autem quidam actorem,

1. De iudicijs.
2. De foro competente.
3. De libelli oblatione.
4. De mutuis petitionibus.
5. De litis contest.
6. Vt lit. non contest. non proced. ad test. recep. uel sentēt.

a l. 1. 2. de sta. hom. §. ult. Instit. de iur. nat.

b l. 1. de acq. dom.

c ut Inst. & ff.

d §. ult. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil. & l. 1. de rei uindica.

e lib. 2. 3. Cod. ubi prius de ordine iudiciorum quàm de materia actionum.

f c. 5. cap. cum sit generale. 8. de for. cōp. l. 2. C. de iurisdict.

g uide c. fin. de for. comp. c. 2. §. 1. eod. in 6. l. hæres. 19. de iudic. & C. ubi de crim. cum tit. sequen.

h Authen. offeratur. C. de lit. contestat.

i l. 3. C de æden. cap. dilecti. 6. cap. examinata. 15. de iudic. ubi Dd.

k cap. 1. de libel. oblat. cap. quoniam. 11. ubi. gloss. uerb. petitionem. de probat.

l l. 3. de accusat.

m d. l. 3. C. de ædendo.

n Socin. in rub. & cap. 1. hoc tit. ubi genera quoq; & species recenset.

o l. 2. §. sed etsi agant. 5. de iudic. l. penult. C. de sent. & inter.

p l. 1. cum Authent. seq. C. de lit. contest.

q cap. 1. 2. de confes. in 6.

r Cuiac. lib. obs. 9. cap. 21. l. 1. 2. hoc tit. Spec. eod. Socin. latè cap. unic. num. 93. hoc tit.

s l. 3. §. idem. 8. de pecul. Alcia. l. pecuniæ. in fin. de uerb. sig. Ramus. regul. 177.

rem, non reum contestari putent [a]: tamen receptius est, utrunq; contestationē facere [b], & potissimùm reum [c], per responsionem ad actoris petitionem, tanquam interrogationem, in iure factam [d]. Lite uerò hunc ad modum contestata [e], ordinariū est calumniæ utrinq; præstari iuramētum 7: dilationes 8 ob ferias 9, aliamúe causam dari, ordine deinceps rē cognosci 10: ut ne quid plus iusto petatur 11 (quod olim damno multabatur litis [f], hodie impensarum plectitur [g]) ut possessionis causa tanquā summaria, & petitorium ordinante, huic præuertatur [h] 12: & hic ante omnia spoliatus sine causæ cognitione, in possessionem, etiamsi nullum præter spoliationis allegationē ius habeat, restituatur [i] 13. Quòd si altera pars iudicium subterfugiat & frustretur [k], solenne est contra dolū frustrantis, uel contumaciam 14 fugientis ac latitantis, missionē in bonorū possessionem 15 (quanquā pendente aliàs lite nihil sit innouandum 16) decerni [l]: aut quod missioni succedit [m], possessionem fructúsque rei litigiosæ sequestrari 17. quod tamen quia spoliationis est instar, extraordinarium & odiosum remedium est [n]: ad quod perueniri nō debet, nisi ex magna causa, eaq; cognita, & proinde citata auditaq; parte [o], cuius intersit [p]. Cæterùm utroq; litigatorū copiā sui faciēte, si quidē affirmatiuè lis cōtestetur, tātùm superest iuris, nō facti quęstio [q], nec aliud restat, quàm ut in cōfessum 18 sententia feratur [r]: sin negatiuè sic ut plerunq; fiat contestatio: puta negando narrata prout narrátur [s] (quæ nimirū sunt facti) & petita (scilicet in conclusione) quæ sunt iuris negando prout petuntur [t]: hoc casu probatio 19 intentionis, quatenus facti est [u], actori

7. De iuram. calū.
8. De dilatio.
9. De ferijs.
10. De ord. cognit.
11. De plus petitio.
12. De caus. poss. & propriet.
13. De restit. spol.
14. De dolo & contumacia.
15. De eo qui mitt. in poss. causa rei ser.
16. Vt lit. pend. nihil innoue.
17. De sequest. poss. & fruct.
18. De con fess.
19. De probat.

a Cuiac. præal. fac. Auth. libellū. C. eod.
b Socin. d. cap. unic. nu. 67. & 93. Bart. l. 1. C. eod.
c l. præscriptionem. 8. cum seq. C. de except.
d l. 1. C. h. t. Socin. num. 92. & num. 76. præall. loc. c. dudum. 54. ubi gloss. de elect. Castr. consil. 401. num. 2. uol. 1. l. 2. in princ. C. de iura. calum. l. rem non nouam. §. 1. C. de iudic.
e l. 1. in uerb. non aliter probationes. ubi Bal. & Dd. C. de iureiu. prop. cal. c. cū causam. 6. ex. de iur. calum. c. dudum. 54. de elec. Spec. de iur. calum. in prin. nu. 1. & de posit. §. 1, nu. 11.
f §. plus aūt. Inst. de act. l. unic. C. eo. ubi dixi.
g c. unic. h. t.
h l. inter. 62. de iud.
i c. 5. h. t. c. 1. 2. eo. in 6. uide latißimè Ias. & Soc. iuniorem in l. naturaliter. 11. §. 1. de acq. poss. & quæ dixi ad tit. de ui arma.
k uide l. properandum. 11. C. de iud.
l C. quo. & quand. iud. ff. de bon. auth. iud. & ex quib. caus. in poss.
m c. 2. ubi Pan. nu. 11. 12. Imol. nu. 3. de dol. & contumac. Ioan. And. c. locupletari. de reg. iur. in 6.
